LIBRARY OF PRINCETON
MAR 5 1953
THEOLOGICAL SEMINARY

BX3701
.M8L94
v. 3

MONUMENTA HISTORICA SOCIETATIS JESU

A PATRIBUS EJUSDEM SOCIETATIS EDITA

VOL. 65

MONUMENTA IGNATIANA

MONUMENTA IGNATIANA

EX AUTOGRAPHIS VEL EX ANTIQUIORIBUS EXEMPLIS
COLLECTA

SERIES TERTIA

SANCTI IGNATII DE LOYOLA

CONSTITUTIONES SOCIETATIS JESU

TOMUS TERTIUS

TEXTUS LATINUS

ROMA (113)
BORGO S. SPIRITO, 5
—
1938

APPROBATIONES HUJUS OPERIS

IMPRIMI POTEST

Romae, 18 Ian. 1938.

RAPHAËL BITETTI
Praep. Prov. Rom. S. I.

IMPRIMATUR

Romae, 25 Febr. 1938.

† A. TRAGLIA
Archiep. Caesarien., Vic. Ger.

ROMAE, 1938 — TYPIS PONTIFICIAE UNIVERSITATIS GREGORIANAE

ANNO · CHRISTI · M · DCCCC · XXXVIII

CONGREGATIONI · GENERALI

SOCIETATIS · IESV

DVODETRICESIMAE

EDITORES

MONVMENTORVM · HISTORICORVM · S · I ·

REVERENTES · OFFERVNT

A · M · D · G ·

PROLEGOMENA

DE TRANSLATIONE LATINA CONSTITUTIONUM

Quid nomine Constitutionum intelligamus, hujusque nominis varium sensum in Prooemio totius operis, initio tomi primi, declaravimus. De illarum ergo Constitutionum translatione latina loquimur, quarum textus hispanus in tomo secundo continetur. Loquimur autem de una, non de pluribus latinis translationibus, quia re vera, etsi fragmenta quaedam supersunt ad aliam vel etiam alias fortasse translationes pertinentia, integra tamen translatio una tantum est, id quod ex his Prolegomenis facile constabit. Haec autem translatio latina unica illa est, quae, praeter editiones quasdam separatim impressas, in omnibus Instituti Societatis Jesu editionibus invenitur. Illius historia et evolutio, a textibus manu scriptis exorsa, in quarta editione typis expressa desinit; posterae enim editiones mera illius iteratio sunt.

Textus vero manu scripti partim integri, partim non integri, sunt; atque hi quidem integritate privantur, sive quia totus Constitutionum textus in compendium redactus est, sive quia aliqua vel aliquibus earum partibus caret, praeter quam quod aliquot exempla foliis nonnullis injuria temporis diminuta sunt.

Jam textus typis primo expressus est anno 1558 et 1559, tum anno 1570, tertio anno 1577, quarto anno 1583, pluries postea. In tribus editionibus post primam, maxime in secunda, plura pauciora emendata sunt; post quartam vero nihil publica, quod sciamus, congregationis alicujus generalis auctoritate immutatum est, etsi editiones novae congregationum auctoritate factae sunt; mutationes tamen nonnullas, levissimas eas quidem, notare suis locis debebimus, quae jam inde ab editione romana anni 1605, maxime vero ab antuerpiensi anni 1635 acciderunt.

Unius ergo interpretationis latinae historiam, initio facto a textibus Examinis, pertexere aggredimur.

CAPUT PRIMUM

De Examinis textibus manu scriptis [1]

Si modo illo maxime communi nomen Constitutionum intelligimus, quo non solum Constitutiones stricte dictas, sed etiam earum Declarationes et ipsum Examen ejusque Declarationes complectimur, vix, aut ne vix quidem habemus integrum exemplum latinum manu scriptum, quod uno codice ita contineatur, ut textus hispanus in codicibus v. g. *B, C, D* continetur. Quod si varias res illas distinguimus, duo habemus Examinis exempla manu scripta, totidem Declarationum illius, plura Constitutionum earumque Declarationum. Sunt etiam tam Examinis quam Constitutionum compendia nonnulla, quorum ratio aliqua erit habenda. Nunc de Examine ejusque Declarationibus tractandum est.

ARTICULUS UNICUS

De duobus exemplis Examinis manu scriptis

Diximus in Prooemio totius operis [2], huiusmodi Examen esse libellum quemdam, cujus ope et Societas candidatum, et candidatus Societatem cognoscere satagit.

Hujus ergo Examinis sunt bina exemplа latina manu scripta, primum integrum, alterum mutilum deperditis aliquibus foliis; primum est in codice *Constit. latinae,* ff. 78r-102v; Declarationes ff. 102v-106r; alterum in codice *Instit. 18,* ff. 215r-230r; Declarationes ff. 230r-234v; neutrum est scriptio Examinis prima, utrumque ergo proprii nominis apographum, ad prima tamen Societatis tempora pertinens, quippe quod in Declarationibus capitis primi additum habet manu Polanci textum a Congregatione prima selectum, decreto 21 [3], cancellato textu priore (v. variata p. 4 ll. 68-70); unde probabiliter colligimus textum utrumque scriptum ante congre-

---

[1] De textibus Examinis impressis separatim non agemus, quia eadem prorsus dicenda essent, quae de Constitutionibus dicemus in c. 5.

[2] T. I p. XIV.

[3] *Institutum* II, 162.

gationem fuisse; congregatio autem habita est anno 1558, biennio post S. Ignatii obitum. Quod si emendata textus primi scripta sunt manu Philippi Viti, ut postea dicimus, erit nova ratio ostendens antiquitatem illius textus; Vitus enim mortuus est 8 Aprilis 1558 [4].

Ex his duobus exemplis alterum est altero posterius, siquidem addita plurima, quae uni ad marginem apposita conspicimus, in altero inserta jam ipsi textui legimus. Antiquius est in cod. *Constit. latinae.* Haec autem sunt multi illi loci textus vulgati, qui in apparatu critico dicuntur simpliciter additi exemplo primo, seu *add. Po1*, *Polanci primum;* primum vocamus, quia antiquius; Polanci vero cum quia in eo aliqua sunt scripta manu Polanci, tum quia Polancum translationis auctorem fuisse opinamur, de qua re postea.

Rursus collatis inter se et cum versione vulgata duobus his textibus, facile perspicimus, secundum seu *Po2*, non pendere proxime ex primo, sed unum saltem inter utrumque interpositum fuisse. Id ex plurimis illis locis critici apparatus inferimus, in quibus, cum primus textus a vulgato discrepet, secundus, nihil emendati exhibens, cum vulgato plane consonat; signum est emendationem factam esse in exemplo aliquo interjecto.

§ 1. De primo Examinis exemplo

Jam si primum exemplum lente inspicimus, facile imprimis observamus, scriptum esse ab initio ad finem aequabili unius ejusdemque manus et calami ductu, singulis paginarum marginibus quasi ad perpendiculum directis, amplo utrimque margine relicto, inscriptionibus capitum in medias paginas contractis, versibusque, ubi necesse est, paulatim deminutis.

Ex altera vero parte, quando, eleganti hac forma externa praetermissa, translationem ipsam, praesertim primas lectiones, expendimus, vestigia nonnulla videre videmur translationis verbum de verbo et properato factae.

Lege v. g. locum IV, 8: « Num etiam boni sit consulturus... Dei gloriam » (p. 9). Initium hujus loci sic prius erat: « cum ipsi et cuique aliorum placeat » caet., ex hispano « siendo él mismo y cada uno de los otros contento ». Gerundium quidem hispanum recte plerumque exprimitur latine ope particulae *cum* et verbi finiti, sed hoc loco nexus hujus sententiae cum praecedente ex prima illa lectione vix intelligebatur.

In VI, 2 et 3, ubi nunc legimus « Priorum » et « Posteriorum », erat prius « Primorum » et « Secundorum ». - « De los primeros »; « De los segundos » (pp. 32-33). Facile igitur admittimus, praecessisse unum saltem exemplum, quod, antequam transcriberetur, castigatum sit, transcriptum vero iterum diligentius perpolitum.

---

[4] Ex cod. *Hist. Soc.* 42.

Estne fortasse hoc Examinis exemplum illud ipsum quod cardinalibus traditum est, quando jubente pontifice Paulo IV, Constitutiones et diplomata Societatis Jesu omnia iteratae investigationi subjecta sunt?

Haec duo quae modo diximus (accuratissima scriptio et imperfecta translatio) suspicionem hanc facile movent, quorum primum bene intelligimus, neque alterum difficile acceptu est, si memoria retinemus, scripsisse Polancum et Natalem ad cardinales, interpretationem illis missam, factam esse « alquanto in fretta » [5].

Adde, duplex folium initio Examinis soli inscriptioni destinatum, inscriptionem vero hanc « Examen latinum », litteris, genere quidem minusculis, magnitudine autem non parvis, uno eodemque calamo, tempore ac manu scriptam esse, atque inscriptionem « Examen en Romançe » initio hispanici exempli Examinis in codice *C*, de quo etiam suspicamur traditum esse cardinalibus probandum [6]. Quae omnia simul sumpta probabilem, nisi fallimur, conjecturam nostram efficiunt. Quod si cuipiam scrupulum injiciant emendata multa, quominus hujusmodi exemplum Paulo IV exhiberetur; facile admitti potest, emendationes esse factas post exemplum restitutum. Ad alias hujus exempli notas veniamus.

Emendata fere omnia, nisi forte omnia praeter pauca manu Polanci, scripta videntur manu Philippi Viti, et quidem accuratissime et, quantum ex collatis praesentibus textibus conjicere possumus, calamo, tempore, atramenti genere iisdem atque emendata marginis ad textum secundum Constitutionum, de quibus in capite secundo agemus.

Jam vero, cum Philippus Vitus Polanco a scribendo esset neque e suo penu scribenda depromeret, eo ipso auctorem emendatorum Polancum agnovimus. Sed de auctore tam emendatorum quam translationis ipsius in capite tertio, de tempore aliisque adjunctis in quarto disseremus.

§ 2. De secundo Examinis exemplo

Desiderantur in hoc exemplo paragraphi fere triginta sex (a septima dimidiata ad quadragesimam alteram) capitis quarti, hujus itaque pars maxima; caeterum est exemplar accurate perscriptum, insigne notis quibusdam, quae suspicionem afferunt, fuisse hunc textum ad primam editionem typis exscribendam concinnatum.

Hoc tamen non obstat, quominus ejusmodi exemplum ex duobus conflatum esse videatur, ad quorum primum pertinerent, folia 215-222, ad alterum folia 223-224 (inter folium 222 et 223 mutilatus est textus paragraphis ante indicatis). Nam capita in foliis primis ita inscribuntur, ut praecedant nomen et numerus, sequatur argumentum, hoc modo : « Caput tertium. De

---

[5] *Epist. P. Nadal* IV, 124.

[6] V. t. II, p. XLVII.

quibusdam interrogationibus ad eos qui ingredi volunt magis cognoscendos »; in alteris contra praecedat argumentum, sequantur nomen et numerus. Deinde folia prima signis numerorum antiquis 1-8, et folia quinternionis signis A I, A II, A III, A IV, A V, notata sunt; utraque signa cessant in alteris foliis. Postremo folia prima binos ordines habent litterarum in margine ad Declarationes indicandas, antiquum oblitteratum, et recentiorem integrum, secunda recentiorem tantum.

Conjunctio tamen duorum exemplorum (si duo reapse fuerunt) antiqua est. Nam utrique communes sunt notae illae, quas dicimus esse indicia editionis primae hoc textu praeparatae.

Sunt autem illae notae, quae sequuntur: primo, addita signa parenthesis, punctum cum virgula, bina puncta, quae omnia (paucissimis fortasse exceptis) in prima editione inveniuntur. Deinde minusculae litterae frequenter in majusculas mutatae (multo rarius majusculae in minusculas) quas omnes habet editio prima; nominatim illae notandae in medio textu: v. g. I, 1 « Vt interim » (p. 2 l. 22); IV, 2 « Da consanguineis »... (p. 15 l. 25); et V, 1 « Quantum... Quantumque... Quam sit » (p. 30 ll. 7-8) caetera, quae quidem majusculae in posteris editionibus retentae non sunt. Nec parvi facienda concordia emendatorum textus manu scripti maxima ex parte cum typographico, et addita margini signa numerorum et litterae Declarationum. Signa numerorum, singulis capitibus serie nova incipiunt, deletis antiquioribus, quae ab initio per quatuor priora capita decurrebant. Hi numeri cum impressis conveniunt, duobus tantum locis exceptis: in capite secundo, ubi textus manu scriptus per errorem repetit signum quinque (5), et in capite tertio, ubi ultimus numerus alibi collocatur [7]. Similiter, cancellata serie litterarum antiqua A-R, quae tria priora capita tenebat, ab unoquoque capite novus ordo incipit [8]. In qua re illud studiose observandum, etiam litteras illas, quae in erratis editionis primae notantur tanquam omissae [9], inveniri in exemplo manu scripto, atque iis quidem locis quibus ab emendatore dicuntur collocandae [10]: litterae E (secundo loco), F, G, H capitis primi, in editione, pag. 6 et 7, in exemplo manu scripto, f. 217, litterae D et E in fine capitis secundi, in editione pag. 10, in manu scripto f. 218v; littera A prope finem capitis sexti, in editione pag. 39, in manu scripto f. 227v; iterum littera A, initio capitis septimi, in editione pag. 39, in manu scripto, f. 228r.

In capitibus quarto, sexto, septimo et octavo textus manu scripti (caput quintum nullam declarationem adjunctam habet) nullae litterae antiquae

---

[7] *Instit. 18*, ff. 218r et 220r et v. Sunt loci in p. 9 ll. 34 et 37, et p. 14 in qua textus ms. ponit n. 15 ante paragraphum « Si negaret ».

[8] Ib. ff. 215-220.

[9] Collecta sunt Errata in pp. 51-52.

[10] In Erratis erratum est ubi dicitur littera E inveniri in pag. 5, ad versum nonum, et ponenda esse e regione quinti versus; nam in pag. 5 nulla est littera E; itaque pro E voluit corrector scribere D; in mss. tamen D est eodem loco ac in impresso, ad nonum versum qui incipit Inprimis aliqui admittuntur » et suo loco posita videtur.

unicae A et B capitis quarti (reliquae litterae tres, C, D, E, esse debebant in foliis deperditis) et littera A capitum sexti, septimi et octavi optime respondent editioni primae.

Fuitne igitur hoc exemplum a typographis usurpatum?

Nisi forte ipsum exemplum manu scriptum in iis quae notavimus sic a prima editione pendeat, ut certe pendet in nonnullis paginis editionis, notatis quoque in codice. Sunt enim in margine codicis notationes « 5 pa », « 6 pa » et aliae nonnullae, quibus tractus calami verticales in textu respondent, indicantes fere initia paginarum, id quod fieri debuit post exemplum typis expressum. Sed haec paucissima sunt neque ad amussim cohaerentia; praeterea facile divinari non potest, cur alia illa tam multa ac minutissima ex libro impreso in textum manu scriptum quisquam transtulerit.

Quod adhuc de convenientia secundi exempli Examinis cum editione prima diximus, de solo Examine, non de ejus Declarationibus intelligimus; nam Declarationes manu scriptae tantopere ab excusis, non re, sed verbis discrepant, ut hae ab illis exscriptae dici non possint.

Caeterum etiam in Examine ipso nonnulla apparent, quae facile animum movent, ut putemus, ab illo exemplo non pendere primam editionem, praesertim cum alia vestigia desint, qualia reperimus v. g. in textu hispano quodam, qui typothetis in manibus fuit. Capitum inscriptiones in prioribus quatuor capitibus quales essent, diximus, nomen et numerum capitis primo loco, argumentum secundo poni; jam prima editio inde a primo capite rem primum, nomen et numerum deinde collocat, hoc modo: « De instituto Societatis et varietate personarum quae in ipsa sunt. Caput primum ». Editio scribit semper *vt*, *vlla*, *vel*, *vota*, *viuendi*, caet. textus contra, *ut*, *ulla*, *uel*, *uota*, *uiuendi*, caet.

Quod ad reliquas differentias attinet, si praecise sumamus, multae, si comparate pauca in Examine sunt, 25 fere; in Declarationibus plurimae, plus quam 55, cum Declarationes tanto breviores Examine sint; itaque, sine ullo interposito exemplari in Examine quidem facile, in Declarationibus difficile explicantur; omnes autem in apparatu critico continentur [11].

---

[11] Exstat Examinis compendium latinum, de quo hic non agimus, quia, cum unum corpus cum compendio Constitutionum efficiat, eadem de utroque compendio dicenda sunt; de compendio autem hoc agimus in c. 2.

CAPUT SECUNDUM

De Constitutionum et Declarationum textibus latinis manu scriptis

ARTICULUS I

De tribus integris textibus Constitutionum antiquis in universum

Exemplorum antiquorum primum est in codice *Polancus, Constitutiones latinae,* toto codice; secundum in codice *C,* ff. 240r, 334r; tertium in codice *Constitutiones latinae, Mss. antiqua,* ff. 1r-76r. Auctoritatem antiquitatis dicimus inesse his tribus exemplis, quia eadem primum Societatis tempus attingunt. Nam tria editionem anni 1558 praecesserunt, et in primo et tertio multa, in secundo etsi paucissima aliqua tamen sunt scripta manu Polanci (p. 142 l. 1). Hinc, et quia interpretationis auctorem Polancum esse opinamur, tria designamus per *Po1, Po2, Po3.* Quod si illa inter se comparamus, certum imprimis est tertium ex secundo esse transcriptum.

Id quo facilius capiatur, notandum est aliquid esse in tertio quod legentium oculos subito percellit; et librarios multos (sex fuerunt) in describendo elaborasse, et non modo illos singulari prorsus ratione inter se excipere, verum etiam tantum discriminis inter scripta primi librarii et caeterorum interesse, ut primo obtutu unum exemplum conflatum e multis esse videatur. En quomodo scriptio procedat.

Primus librarius scripsit a prooemio usque ad initium capitis tertii partis sextae (pp. 39-189 l. 30, sine Declarationibus) folia quadragintaquatuor. In his autem foliis plurima sunt addita et emendata; ad indicandum vero locos declarandos, fere semper bini ordines litterarum, unis litteris additis, alteris cancellatis, in margine reperiuntur.

Alter librarius scripsit reliquam partem sextam et fere totam septimam (pp. 189-212 l. 17).

Tertius reliquam partem septimam et octavam usque ad initium capitis sexti (pp. 212-233).

Quartus absolvit partem octavam, ex nona vero capita primum, secundum et partem tertii (pp. 233-252).

Quintus pergit scribere nonam partem, quam perducit usque ad verba paragraphi decimae « id autem, et quod rebus » in capite sexto (pp. 252-267).

Sextus denique perfecit partem nonam perscripsitque decimam (pp. 267-278).

Jam vero, in foliis quae librarii quinque ultimi scripserunt, et pauca sunt emendata et unus plerumque marginis ordo litterarum.

Nihil de charta ipsa dicimus, quae in primis quadraginta quatuor foliis non raro valde corrosa, in sequentibus integerrima semper est, quia id ex natura chartae ipsius et atramenti maxime pendet.

Qua vero ratione scribae inter se succedunt? Primum quidem singuli a capite folii recti ordiuntur; deinde semper a media sententia, semel etiam a medio verbo. Ita postquam primus in imo f. 44v scripsit « celebratio sine », pergit secundus in f. 45r scribens « causis iudicio superioris » (p. 189 ll. 30-31); desinit secundus in f. 52v illis verbis « inter fideles et infideles in » imperfecto verbo, pergit tertius in folio 53r « cumbunt, ut Deus omnes » (p. 212 ll. 16-17), et ita porro. Et quamquam scriba quartus folium 65v prorsus purum reliquit, a scribendo tamen cessavit, nondum absoluto folio 65r, post verba « charitati cum prudentia » ut quintus pergeret scribens « cum prudentia *[sic repetitis duobus verbis]* coniunctae » (p. 252 l. 24) [1].

Vide nunc qua via exinde conficiatur, hoc exemplum tertium transcriptum proxime esse ex secundo.

Secundum exemplum ex compluribus codicillis seu quaternionibus componitur; codicillus signatus littera H incipit a folio 297r (antea 56r) verbis « causis iudicio superioris », inde librarius alter initium scribendi fecit, pervenitque ad verba « inter fideles et infideles in », qui finis est codicilli H, f. 304v. Hinc incipit in exemplo secundo codicillus J per verba « cumbunt ut Deus omnes »; hunc codicillum accepit describendum librarius tertius ideoque incipit a verbi fragmento *cumbunt*, absolvit autem verbis « electione simul » folii 312v. Inde inchoat codicillus K, verbis « atque omnes » quibus verbis scribere coepit librarius quartus, remque perduxit ad finem codicilli seu ad verba « ejus charitati ». Ita scripsit quintus codicillum L, ff. 321r-328v, sextus denique codicillum M, ff. 329r-334r.

Patet ergo quinis librariis alteris commissos esse singulos codicillos exempli secundi describendos, sive dum primus priores septenos describebat (sunt enim omnes fasciculi duodecim) sive postquam illos jam descripserat. Itaque saltem quinque postremi codicilli in tertium exemplum ex secundo transcripti proxime sunt.

His adde quod non solum quae in secundo addita vel emendata conspicimus, vix non omnia in ipsum textum tertium inserta legimus, sed etiam quod quaedam vitiose scripta in secundo, eisdem vitiis transcripta in tertio habemus. In f. 299r habet secundus textus « Postquam qui » pro *quis*, similiter tertius f. 47r (p. 193 l. 34); in f. 306, secundus reliquit imperfectam phrasim « in lucem non edere » suppresso verbo *debet* (ex primo exemplo, f. 42v codicis *Polancus, Constit. latinae*, male transcriptam); idem verbum

[1] Polancus scripsit postea in f. 65r verba conjunctae, qua ad Dei gloriam vtetur [ntetur» emendans alius scripsit] committitur » eademque delevit in f. 65v.

desiderabatur in tertio, f. 53v (p. 215 l. 91). Imo quiddam in f. 330r secundi recte quidem sed compendio scriptum est: particula *sed* cum adverbio *etiam*, ita ut videatur *sedēt;* hinc tertii transcriptio *sedent* nullo sensu, f. 73r (p. 271 l. 14). Similiter alia. Haec de codicis quinque postremis codicillis.

Quid de septem primis? Separata quidem illa codicillorum transcriptio locum hic non habet, cum omnes ab uno librario continenter scripti sint. At vero in primis, quod ex secundo desumpti sint ad describendum codicilli posteriores, conjecturae praebet fundamentum, etiam priores fuisse exinde transcriptos. Deinde hic quoque et additamenta exempli secundi, non additamenta, sed ipsi primae scriptioni tertii sunt intexta, et quaedam male scripta in secundo, eadem et eodem modo male scripta sunt in tertio.

Ita v. c., prooemii initium « Quamvis summa sapientia... inchoare » (p. 39) scriptum in margine secundi exempli, est verbum de verbo textus exempli tertii. Idem dicendum est de locutionibus sententiisve « ad agendum cum illis eosque examinandum » (p. 45 l. 33) « per quem praepediendа... ejus insignem » (p. 66 ll. 27-28). « Praeuertendae tentationes sunt » (quae mutata deinde est in « Antevertere oportet tentationes » p. 83 l. 1); « omnibus mediis... possint » (p. 132 ll. 22-23) aliisque locis plurimis.

Inter plurima ergo addita exempli secundi rarissima sunt, etiam in illis partibus quas primus librarius in tertium exemplum transcripsit, quae non in textu, sed addita etiam tertio legamus [2]. Rariora, nisi fallimur, addita, inveniuntur in exemplo secundo, quae nullo modo reperiantur in tertio. De unis et alteris facile admitti potest, aut accessisse exemplo secundo jam transcripto, aut oblivione librarii in transcribendo praetermissa esse. Id quod uno exemplo confirmare juvat.

Locutio est addita in secundo exemplo « haec non sit eorum vocatio », transcripta in tertium, sed omisso pronomine *haec* (p. 61 l. 9). Jam vero de hoc pronomine certo affirmandum est, ipsi codici *C* seu secundo exemplo, additis jam caeteris, accessisse. Hoc enim pronomen non solum est in margine, ut illa quae sequuntur « non sit eorum... Sed tamen ut »; sed etiam scriptum supra signum +, positum prius in margine ad indicandum locum locutionis emendatae. Quidquid autem sit de his paucis additis vel omissis, exigui ponderis omnia certe sunt, si cum aliis plurimis conferuntur, quae ex emendatis in secundo exemplo, textus in tertio evaserunt.

Quod autem attinet ad locos vitiose scriptos in secundo textu eisdem vitiis transcriptos a primo librario in tertium, en aliquot exempla.

Imperfecta emendatio est in exemplo secundo ubi pro deletis illis « sic affectum esse, ut quis valde sit ad hoc dispositus », additum est « notabilem habent ad illud dispositionem », sine particula *si* (p. 52 l. 56). Desideratur etiam particula in tertio, quae addita jam est in prima editione.

Male transcripsit textus alter « quatuor eorum genera » pro quatuor earum ut est in primo; « quatuor eorum » habet tertius (p. 65 ll. 4-5).

---

[2] Sunt haec: tamen (p. 40 l. 20); noster (p. 70 l. 28); (ut in Examine dictum est) (p. 163 ll. 59-60); egrederetur (p. 175 l. 29); obedientia (p. 175 l. 33); persuadeat (p. 176 l. 41); uoluntati quam optime (p. 176 l. 51 inter var.); sibi ipsis (p. 189 l. 44); Domini *[est Pol]* (p. 196 l. 11).

Vitiose alius locus emendatus est in *Const.* IV, 2, 5, sic enim erat prius: « At generalis... eo fidelius eorum dispositioni ad maiorem gloriam et servitium Dei prodesse poterit ». Emendatus autem manet in secundo exemplo ut sequitur: « At generalis... eo purius sese geret in eorum superintendentia ad maiorem gloriam et seruitium Dei prodesse poterit ». Haec lectio fuit prima in exemplo tertio (pp. 106-107 ll. 65-69).

Omissum est epitheton *exteriorum* in secundo, cum sit jam in primo; desideratur quoque in tertio (p. 120 l. 17).

Hi ergo loci videntur ostendere, tertium exemplum etiam in iis partibus, quas primus librarius transcripsit, esse proxime ex secundo transcriptum. Obstant nihilominus loci plus quam triginta, in quibus primae vel etiam unicae lectiones exempli tertii ab exemplo secundo ita recedunt, ut hi saltem loci aut male aut aliunde transcripti videantur.

At ne locorum multitudine de prima sententia dejiciamur, primo nonnulli ex his locis aperti sunt transcriptoris lapsus, quocumque tandem ex loco transcripti sint. Ita *fragilitatis* pro *fragilis* (p. 92 l. 14), *facultates* pro *facultatis* (p. 159 l. 52) aut omissiones verborum quorumdam certe necessariorum v. g. *negotii* in locutione « multum facessere negotii » (p. 54 l. 3) adverbium *melius* in phrasi « quos ipse de huiusmodi rebus melius judicare censebit » (p. 104 l. 8); pronomen *se* in oratione « constanter se studiis applicare deliberent » (pro *se* est nunc *animum*, p. 119 l. 8); comparativum *utiliores*, quo suppresso caret sensu sententia « quo aliis postea utiliores... se praebeant » (p. 120 l. 21) et alia hujusmodi.

Deinde fere omnes loci paucissima verba, saepissime singula tantum afficiunt; quorum mutationes, praesertim quando sententia eadem manet, sive ex celeritate scribendi, sive ex errore animi vagantis, aliave quacumque ex causa facillime nasci possunt. Quod librarius scripserit v. g. « effectus aliquos pro aliquos effectus » (p. 91 l. 77), « debet » pro « debebit » (p. 92 l. 93) et similia plura, etiamsi ex diverso exemplari nasci potuerint, ut novum tamen ignotumque exemplar admittamus, nos non cogunt.

Unus fortasse locus remanet, qui modis indicatis explicari non possit, ubi scripsit librarius « eodem tempore » pro « id temporis » (p. 102 l. 13). Sed hoc parum est, cum tam multa alia in contrarium abunde adsint. Ponimus ergo integrum exemplum tertium ex secundo esse proxime transcriptum.

Jam ut tertium a secundo, ita secundum a primo originem trahit.

Primum enim loci illi quos paulo ante diximus emendatos in secundo et transcriptos in tertium, prius ita legebantur in secundo, ut erant in primo. Itaque prooemium erat « Quamvis a summa sapientia » caet. (p. 39 l. 5); alii loci erant « eosque examinandos » (p. 45 l. 33), « sic affectum esse, ut quis ualde sit ad hoc dispositus » (p. 52 l. 56), « potius ad occupandam quam ad juuandam Societatem, ut ualde ineptus » (p. 66 ll. 27-29), caeteri eodem modo. Deinde plurima sunt emendata etiam in exemplo primo; haec omnia in secundum exscripta sunt. Ita e. c. emendatae sunt in primo inscriptiones capitum primi et secundi partis primae, partis quartae, atque hujus partis

capitum secundi, quinti, octavi, undecimi, duodecimi. Hi loci, sic emendati, scripti sunt in secundo exemplo (pp. 44, 47, 99, 104, 117 131, 142, 144). Hic quoque sunt aliqui loci, qui proximam secundi a primo transcriptionem clarius patefaciunt. Ita error est in primo, *nominabit* pro *nominauit*, vel *nominavit*, in phrasi « qui primus eum nominavit » ; hunc errorem transcripsit secundus (p. 236 l. 91); « *exigerint* » pro « *exegerint* » (p. 210 l. 27) et tria illa quae paulo ante diximus vitiose transcripta ex primo in secundum, et ex secundo in tertium.

Satis locorum huiusmodi huc allatum est, quandoquidem in apparatu critico longe plura, primi quidem generis, facillime inveniri possunt.

Probabilis itaque est quoque transcriptio proxima ex primo in secundum. Quidquid vero de proxima longinquave horum exemplorum inter se ratione sit, illud certum est illorum antiquissimum esse *Po1*, huic *Po2*, huic *Po3* successisse.

ARTICULUS II

De singulis antiquis textibus

§ 1. De Constitutionum et Declarationum primi exempli scriptione et emendatione

Conjungimus hujus exempli Constitutiones et Declarationes, tum quia utraeque unum exemplum re vera efficiunt, tum quia eadem plus minusve de utrisque dici oportet. In primis scriptum est vix non integrum duorum scribarum manu, quorum primus videtur Philippus Vitus, alter nobis adhuc ignotus. Hi autem in scribendis Constitutionibus ita inter se succedunt:

Primus scribit prooemium et caput primum primae partis (pp. 38-46).

Secundus reliqua capita primae partis, totam secundam et initium partis tertiae usque ad verba « spiritu et virtute » (p. 47-75 l. 12).

Primus pergit scribere a verbis *ut sanitatis* usque ad verbum *iniungerentur* (p. 85 l. 24).

Secundus ab hoc loco usque ad finem partis tertiae (p. 98).

Primus scribit prooemium et caput primum quartae partis (p. 99-104).

Secundus inde usque ad verbum *disputant* (p. 124 l. 23).

Hinc primus locum absolvit et versus novem scribit: « ac tempus... de iis quae pertinent » imperfectam sententiam relinquens (p. 124 l. 31).

Secundus perficit sententiam et quartam partem (pp. 124-161), exceptis versibus septem initio capitis decimi quartae, quos Polancus manu sua scripsit (p. 150 ll. 1-6 et 14).

Primus scribit partis quintae caput primum et initium capitis secundi (p. 161-164 l. 10).

Secundus perficit sententiam incipiens a verbis « in rebus spiritualibus », et scribit usque ad finem capitis (p. 164-167).

Primus scribit reliquam partem quintam (p. 167-173).

Secundus scribit ab initio sextae partis, totum caput primum (p. 174-178).

Primus pergit scribens partem capitis secundi (p. 178, nn. 1-3).

Secundus a verbis « Coadjutores quamdiu » ad verba « ratio habeatur » (p. 181 l. 72, p. 186 l. 91).

Primus a folio 36 ad 37 usque ad verba « officia decantanda » ad medium numerum 4 capitis tertii (p. 187 l. 9, p. 189 l. 43).

Secundus a verbis « quandoquidem illis » perficit partem sextam, scribitque integras septimam et octavam (p. 189 l. 91, p. 241).

Primus capita primum et secundum partis nonae (pp. 242-247).

Secundus denique scribit reliquam nonam partem et totam decimam (pp. 247-278).

Primus ergo librarius scripsit folia undeviginti fere, alter quadraginta duo plus minusve.

Haec in Constitutionibus. Declarationes perscripsit etiam longe maxima ex parte scriba secundus, folia 61r-108v praeter folia 66v-67v, in quibus est manus prima (in Declarationibus secundi capitis partis secundae), folium 92, ubi scripsit Polancus ipse ab initio Declarationum partis octavae ad mediam declarationem B capitis primi (tertiam paginae partem, p. 217 ll. 16-19 et 27-31) quo loco tertius aliquis librarius pergit scribere usque ad finem declarationis L (p. 225). Hi ergo librarii aut ex ore alicujus dictantis excipiebant scribenda, aut ex alio exemplo describebant.

Locis quibusdam, in iis praesertim quae scribae alterius sunt, indicia divinamus excipientis quae scribenda erant, non ex alio scripto exemplo, sed ex ore dictantis. Ita in folio 14v scripserat librarius: « Quamuis aequitas se habeant » pro « Quamuis haec ita se habeant » ubi nunc legimus « Ad haec » (p. 110 l. 18). In folio 36r erat: « Quum pro temporis diuturnitate ac probatione », pro « vitae approbatione » (p. 187 l. 3). In folio 4r « ut illi ob tempore » pro « hoc tempore » (p. 56 l. 10), ubi nunc est « id temporis »). Generis eiusdem esse possunt « ad diuinae majestati » pro « ac diuinae majestati » (p. 71 l. 67), « singulis edogmadis » pro *hebdomadis* (p. 124 l. 13, ubi est nunc « aliquo alio die hebdomadae »), *aduertat* pro *auertat* (p. 259 l. 28); *et mittuntur* pro *emittuntur* (p. 170 l. 9), *Optaua* pro *octaua* (p. 216 l. 1), *actiores* pro *aptiores* (p. 199 l. 78), caetera.

Quoniam vero scribae si textum jam scriptum descripsissent, acceptum textum corrigere non ausi essent; possunt etiam tanquam dictantis alicujus signa esse loci illi, in quibus translatio incepta relinquitur et nova incipitur. Ita locus respondens hispano « tanto es menos idóneo para en esta Compañía seruir a Dios N. S. », hoc modo prius translatus erat: « eo minus est idoneus ad Societatem hanc »; at deletis tribus ultimis verbis, perrexit librarius « ut inseruiat Deo in hac Societate » (p. 55 l. 30). Paulo post legi-

mus: « habitationem aliquam nostris domibus conjun », atque imperfecto verbo unaque cum duobus praecedentibus deleto, renovatur translatio « nostrae communi habitationi *[et hoc verbo deleto]* conjunctam » (p. 56 l. 8).

Plurima huiusmodi sunt, quae cum librario emendanti textum sibi traditum dare non possimus, dictanti alii tribuimus.

Dictantem etiam ac sese corrigentem fortasse prodit varia unius verbi vel locutionis translatio manu ipsius librarii scripta. In loco v. gr. ubi legimus « Quia tamen religiosa quies » caet. (p. 143 l. 30) est scripta supra versum atque oblitterata locutio « tranquillitas religiosos decens ». Alibi erat scriptum « uir in litteris praeclarus » (p. 157 l. 21, ubi nunc est « egregie versatus »), supra versum autem sunt addita et deleta epitheta tria *celebris*, et *non mediocriter uersatus*, *insignis*. Alio loco dicebatur « qua in re laborent »; supra *laborent* scripsit librarius ipse *se exerceant*, deinde, utroque deleto uno calami tractu superscripsit Polancus *occupentur* (p. 196 l. 14). Alia locutio est « in quibus eius operam ille requiret »; supra verbum *requiret* est *desiderabit* additum manu librarii et deletum (p. 219 l. 63).

Similia multa invenies, praesertim in partibus ab altero librario scriptis. Hanc quidem scriptionem etsi non paucis locis illo modo processisse opinamur quem diximus, non raro tamen melius intelligi fatemur, si librarius transcribebat. Haec de ipsa scriptione.

In additis autem et emendatis frequentissima est non solum manus Polanci, sed etiam Fulvii Carduli (praeter capita de universitatibus, quae exceptis Declarationibus non attigit Cardulus). Utriusque addita et emendata operae praetium est propius intueri, quia haec nota quaedam est hujus monumenti propria. At quis erat Cardulus?

Fulvius Cardulus, italus, in oppido Narni anno 1526 natus, Societatem Jesu ingressus anno 1546, humaniores litteras Patavii, Venetiis, Bononiae, maxime vero in collegio romano summa cum laude docuit, quem, una cum Andrea Frusio, ab Ignatio Patre in urbem vocatum, his verbis Polancus commendat: « Vix enim eo tempore alii, qui pari talento praediti essent, ad scholas romanas adhiberi possent » [3].

De ipso Cardulo Frusius ad S. Ignatium Venetiis scribit: « Fuluio è molto bene, et dico egregiamente instrutto nelle lettere d'umanità, et sarebbe per diuentar grande nelle altre facultà, se vi attendesse del tutto. Dimostra essere bene costumato, humile et obediente; ma non vedo esteriori segni di feruore o desiderio interno delle cose spirituali, forse per essere stato sempre nelli studii occupato » [4]. Postea, anno 1555, die 8 Septembris,

[3] *Chron.* II, 507; cf. et p. 503; item II, 8; V, 45; *Po. Compl.* II, 666; *Litt. Quadrim.* I, 331; *Epist. Mixtae* V, 651 et 734; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, XII, 206, ubi dicitur Cardulus pulcherrimam orationem habuisse coram summo pontifice (Paulo IV) anno 1556, «li giorni passati»; epistola est mensis Augusti; *S. Franciscus Borgia* V, 500, annot. 5, et *Monum. Paed.* variis locis.

[4] *Epist. Mixtae* V, 734.

tria vota professus est; « et quamquam ex priuilegio beneméeriti quattuor uota profitendi facta ei potestas fuerat, tria tamen ex Constitutionibus maluit » [5]. Obiit in domo professorum romana die 15 Maji anno 1591.

Hic ergo Cardulus, cujus manus ex aliis ejusdem scriptis nota est, plurima in hoc primo Constitutionum et Declarationum exemplo latino scripsit, amplo margine verba locutionesve, quae loco priorum in textu ponerentur. Nempe sunt in textu verba quaedam, sive cancellata sive calamo subter notata, quibus in margine vocabulum unum vel plura, illius primi synonima et a Cardulo scripta, respondent. Ita in folio 3v, ad finem, erat: « expedit habitationem aliquam ... deputari » (p. 56 l. 7); pro verbo *deputari* proponit Cardulus in margine *designari*, *determinari*, *constitui*. In folio 4r erat: « examinari exactius incipiat (p. 59 l. 81); in margine Cardulus pro *exactius* proponit *lentius*, *accuratius*, *diligentius*. In folio 9v erat: « qui quidem [libri] sine approbatione ac licentia praepositi generalis » caetera (p. 86 l. 49); pro *licentia* suggerit Cardulus *atque consensu, uoluntate, facultate*. Similiter plurimis locis.

Horum autem verborum a Cardulo scriptorum unum plerumque manet incolume, caeteris cancellatis. Hoc modo locis indicatis permanent *designari*, *accuratius*, *atque consensu*, quae omnia usque ad textum publicum pervenerunt. Dicimus autem plerumque incolume unum permanere; interdum enim e propositis verbis nullum admittitur. Ita in folio 1v displicuisse videtur Cardulo vocabulum *communicanda* in locutione « in ea [facultate admittendi] communicanda considerabit [praepositus generalis] » caet. Itaque hoc verbo, tractu calami signato, scripsit in margine *tribuenda;* sed et tractus ipse et verbum marginis cancellata sunt; textus etiam hodiernus antiquum *communicanda* conservat (p. 44 l. 5).

Dissimilis aliquantulum est locus in f. 18v. Hic enim erat locutio « ab aliis affectibus parum ordinatis »; participium *ordinatis* notavit calamo supposito Cardulus scripsitque in margine *moderatis*. Voluisse videtur hoc loco Polancus retinere primum participium *ordinatis;* tractus enim calami et verbum additum cancellata sunt (non aliter atque in loco praecedenti); sed deleto quoque verbo primo *ordinatis*, novum scripsit Polancus *temperatis*, quod etiam nunc in textu publico perstat (p. 127 l. 13).

Novi etiam generis est locus in folio 34r, ubi pro uno verbo *licentia* quatuor praebet Cardulus noster: *permissu*, *jussu*, *voluntate*, *assensu;* sed quatuor oblitterata sunt; primum tamen illorum *permissu*, superscripsit Polancus verbo *licentia*, unde textus habet: « sine eius permissu et approbatione », qui modus dicendi, in Constitutionibus exemplo secundo et in prima editione retentus, deinde in secunda editione mutatus est in illum « sine ejus facultate et approbatione » (p. 178 l. 81).

Haec in textu Constitutionum; nam in Declarationibus aliter se res habet. Pergit quidem Cardulus sua emendata proponere; sed omnia fere intacta manent et textus immutatus. Ita e. c. in f. 64v, in locutione « ob causas rationi consonas domi exciperetur » est calami tractus sub verbis

[5] *Po. Compl.* I, 612.

quatuor ultimis, in margine autem *honestas, legitimas, probabiles in domum reciperetur*, omnia integra (p. 57 l. 38). Paulo post in phrasi « raris dotibus ornatus » signatum est calamo verbum *raris*, in margine autem *praeclaris, insignibus, singularibus;* nullum tamen epitheton selectum, nihil in textu mutatum (p. 58 l. 48). Indicatur itaque saepe emendatio facienda, textus tamen non emendatur. Interdum emendatio ex parte tantum proponitur, quando v. g. adscribitur accusativus quem sequi debeat verbum infinitum, pro nominativo cum particula *quod* et verbo finito, nec tamen scribitur verbum in infinito modo; ita in folio 66r: « quod superiorum mens... futura esset »; in margine est *mentem*, non vero *futuram esse* (p. 64 ll. 73-74). Hinc in Declarationibus notantur in apparatu critico verborum hoc modo: *Marg.* mentem *Pol.*

Alias assignatur quidem locus corrigendus, omittitur autem modus correctionis, fortasse quia notissimus et alibi jam saepe adhibitus v. g. f. 68r designatum est calamo verbum *auctoritatem*, et tractus notatus in margine, ubi tamen scriptum non est verbum *facultatem*, quod saepe illius loco ponitur ac deinde positum est in *Po2* (p. 69 l. 16); in f. 71r modo eodem notatur verbum *discretio*, nec tamen est in margine verbum *prudentia*, ut saepe alias, sed hic manet etiam nunc *discretio* (p. 91 l. 67).

Haec dimidiata (si ita loqui fas est) ratio emendandi Declarationes in primo exemplo, effecit ut in secundo lectio transcripta non ea sit, quae in margine, sed quae in corpore textus invenitur.

Ex dictis ergo facili conjectura laborem Carduli intelligimus: acceptam interpretationem recolebat, atque ubi aliquid melius dici posse vel debere autumabat, viam suggerebat. Quid vero Polancus? Vidimus modo seligentem unum e pluribus a Cardulo propositis, imo rejicientem quod ille suggesserat, et aliud scribentem; id ipsum saepissime in Constitutionibus praestat; in Declarationibus enim, ut modo diximus, non est ulla emendatorum selectio, quorum tamen multa in textibus sequentibus admissa sunt, id quod tum in ipsis textibus, tum in critico verborum apparatu cerni potest. Ubi autem Polancus per se ipse aliquid emendat quod Cardulus intactum reliquerat, novam sive dicendi formam sive vocem non in margine plerumque, sed in medio textu inscribit, neque plura vocabula, sed unum uni substituit.

Alia praeterea monumenti hujus valde propria nota in eo est, quod translationi latinae jam factae verba hispana ex textu ipso hispano superscripta sunt, quasi translator, translatione dictata scriptave, nondum contentus, meliorem aliam se inventurum speraret.

Ita locutio hispana « que vaya de casa, quanto se pudiere, sin vergüenza y afrenta », conversa latine erat: « ut recedat ex domo, quantum fieri potest, sine dedecore et vituperio »; supra versum autem scriptum et oblitteratum est *affrenta;* in margine vero scripta sunt manu Carduli vo-

cabula duo *probro, ignominia,* quorum primum cancellatum est, alterum in textu publico permanet (p. 70 l. 39).

Locus alius est « con llaneza y simplicidad religiosa », latine redditus « cum simplicitate religiosa »; supra versum autem scriptum est verbum *llaneça,* et cancellatum; manu vero Polanci apposita verba *et moderatione* quae textus publicus etiamnunc retinet (p. 78 l. 76).

Simili ratione superaddita sunt verba *signalarse [sic]* (p. 124 l. 12); *auisos* (p. 135 l. 2 capitis 8); *y concierto* (p. 146 l. 4); *contento [contempto ms.]* (p. 167 l. 5); *defensa y reparo* (p. 178 l. 5); *más proprios* (p. 199 l. 78); *tratamiento* (p. 255 l. 13).

Horum locorum tres priores a Polanco perfecti sunt, reliqui tres intacti permanserunt; in ultimo manet verbum latinum « curam » primo positum.

His circa hujus monumenti notas expositis, censemus affirmari probabiliter posse, non solum esse hoc translationis latinae exemplum duobus aliis antiquius (id quod ex dictis in articulo primo certum est); sed ipsum esse exemplum a Polanco confectum (Polancum esse auctorem interpretationis deinde data opera confirmabimus) et aliquibus locis dictatum. Utrum de alio scripto latino, an de hispanico textu latinum dictaret, conjectura tantum divinare licet. Facile poterat Polancus multas illas partes ex hispanico latine dictare, in quibus res uno eodemque ordine latina hispanis et verbum de verbo fere respondent, multo difficilius alias in quibus etiam primae lectiones latinae ab hispana verborum membrorumque constructione discrepant.

Hac ergo investigatione in medio relicta in aliudve tempus dilata; possumus interpretationis processum per tres veluti gradus hac fere ratione animo fingere. Polancus acceptum textum hispanum (vel fortasse latinum) librario, quem ad manum habebat, latine dictabat; librarios duos fere semper habuit, qui saepe alternis vicibus officio fungebantur suo; bis nullum habuit, coepitque per se ipse scribere caput decimum quartum partis quartae, et alia vice Declarationes partis octavae, mox vero librarius secundus quartam partem scribere perrexit, et tertius aliquis octavam partem, qui tamen paulo post eidem secundo hanc provinciam remisit. Indicia vero dictantis Polanci ex tempore vel etiam ex comparato, non vero de scripto (etsi scripto aliqua probabiliter librarii transcripserunt) supra dedimus (pp. XVII-XVIII). Hac vero ratione factam translationem Fulvius Cardulus recolendam suscepit; qui, quam optime ad hoc officium paratus esset, quamque diligenter eo functus sit, ex dictis plane intelligitur. Ex modo autem et maxime ex numero additorum perspicimus, Cardulum non munus emendandi textum, nedum translationis faciendae accepisse, sed tantum indicandi, qua

via textus emendari posse videretur. Ille autem non solum librariorum, sed etiam Polanci ipsius scripta illa pauca, initio Declarationum partis octavae (pauciora illa ex capite decimo quarto partis quartae integra reliquit) elegantiora desiderat; itaque in folio 92 pro « eorum qui sparsi sunt... mutuam vnionem » notat « dispersi conjunctionem » (p. 217 l. 16 in variatis).

Textum ergo a Polanco dictatum et a Cardulo examinatum et perpolitum Polancus ipse iterum in manus sumit (hic tertius gradus est) atque ex additamentis Carduli alia admittit, alia negligit. In quibus tamen recognoscendis id animadvertendum est quod paulo ante diximus, Cardulum quidem emendata sua ab initio Constitutionum ad finem Declarationum perduxisse (exceptis Constitutionibus de universitatibus, in foliis 23-28, a quibus abest, nisi fallimur, illius manus), Polancum vero selectionem illam in hoc primo exemplo una cum Constitutionibus fere absolvisse, in Declarationibus vero exempli tertii persecutum esse, id quod suo loco dicetur et in critico apparatu constat [6].

§ 2. De exemplo Constitutionum secundo

Secundum exemplum integrum Constitutionum sine Declarationibus scriptum videtur manu Joannis Philippi Viti in codice *C*, cujus etiam sunt addita fere omnia, textu et emendatis accuratissime perscriptis.

Exemplum hoc (id quod jam in codice *C* describendo memoravimus) in codicis folio 240r (sine numero antiquo) habet praepositum textui Constitutionum, inscriptionem hujusmodi: «Constitutiones cum approbatione cardinalis vicarii et magistri sacri palatii A-XI-4 »; ac re vera haec approbatio est in fine codicis, f. 334v, antea 93v: « Ostendatur R. P. Magistro sacri Palatii, et postea imprimatur. Vir[gilius] Car[dina]lis Vic[ariu]s ». — « F. Daniel sacri Palatii Magister ».

Jam vero in indice quodam archivi Societatis quem novimus antiquissimum, (de cujus tamen tempore pleniorem notitiam non invenimus [7]), haec inter alia erant: « Constitutiones nitidius conscriptae et oblatae Paulo IV. Cum approbatione cardinalis vicarii et magistri sacri palatii. A-XI-4 » Haec postrema, ut legenti patet, exemplo nostro secundo ad amussim conveniunt. Jam exinde facile constat, quanti hoc exemplum faciendum sit; multo magis ex illius

[6] De exemplo latino usurpato in congregatione prima generali commodius dicemus, postquam de caeteris textibus egerimus.

[7] Recentiores indices vidimus duos: alterum anni 1680, alterum 1700.

indicis notitia, affirmantis idem exemplum illud esse, quod Paulo IV a nostris Patribus oblatum est. Itaque operae pretium esse videtur, haec duo facta (hoc exemplum oblatum esse Paulo IV, et approbatum a cardinali vicario et a magistro sacri palatii) in bona luce, quantum in nobis est, collocare. In primis ergo hoc exemplum illud ipsum re vera est quod cardinalis vicarius et magister sacri palatii datis nominibus approbarunt.

Hoc non solum colligimus ex prima inscriptione illa «Constitutiones cum approbatione cardinalis vicarii et magistri sacri palatii»; sed maxime ex eo quod in ultimo folio sunt ipsa vicarii et magistri testimonia.

Alterum vero, traditum esse hunc textum Constitutionum Paulo IV, ita intelligimus, ut idem valeat atque traditum esse, illo jubente, cardinalibus Tranensi et Reomano [8]. Certum ergo imprimis est traditum esse hoc modo textum aliquem nostrarum Constitutionum hispane et latine; aiunt enim Patres Laýnez, Polancus caet. scribentes cardinalibus duobus: «Le Constitutioni etiam tutte con sue Declarationi et Essame uanno qui nella lingua che furono scritte, con una traductione latina, fatta alquanto in freta, benchè è fedele». Haec scribebant circa diem 20 julii 1557 [9].

Nunc vero paucis accipe, cur exemplum illis cardinalibus missum hoc ipsum secundum esse putemus, vel, si mavis, cur testimonio illi archivi, quod diximus, assentiamur. Primum quidem propter hujus auctoritatem indicis, quae quamvis exigua sit, quia anonyma est, neque ad rei narratae tempus pertinet; contemnendam tamen non censemus, praesertim quia in ea parte testimonii, quam aliunde judicare possumus (de approbatione cardinalis vicarii et magistri sacri palatii) verum profert.

Deinde propter adjuncta quaedam, quibus testimonium illud confirmatur. Etenim huic ipsi exemplo addita in fine sunt statuta illa duo, de choro habendo ac de generali ad triennium creando, quae jussu Pauli IV Constitutionibus nostris addenda fuerunt; id autem factum esse in ipso exemplo a cardinalibus jam restituto, verisimile est; nulla ratio in mentem venit, cur aliud exemplar nobis ignotum animo fingamus. Nam cardinalibus traditae sunt Constitutiones, ut modo diximus, exeunte mense Junio anni 1557. «Restituta sunt nobis, inquit Nadal res illius anni enarrans,

---

[8] His duobus «additi dicebantur, inquit Sacchinus p.te 2, l. 1, n. 89, Alexandrinus et Clemens Molera Monilianus, cardinalis Arae Caeli». Quatuor quidem proposuerat Bobadilla cardinales «Thrani, Reumano, Alesandrino et Araceli», qui Constitutiones examinarent (*Epist. P. Nadal* IV, 734), atque hinc fortasse originem habuit illud, quod secundum Sacchinum «dicebatur». Cum vero Lainius in monumento ubi illarum rerum rationem ex officio reddit, dicat jussisse Paulum IV «totam rationem nostri instituti examinari per Rmos. cardinales Tranensem et Reomanum» neque alios nominet (*Lainii Monum.* VIII, 670), censemus, duos examinatores nostrarum Constitutionum designatos fuisse; idem confirmatur litteris mox afferendis; fieri tamen potuit ut alii duo ad consultandum privatim invitarentur.

[9] *Epist. P. Nadal* IV, 123-124; est epistola data cardinalibus Tranensi et Reomano.

diploma, Constitutiones» etc.[10] In Scholiis addit, accidisse id «post aliquot menses»[11]. Cum ergo approbationes vicarii et magistri post diem octavam Septembris anni 1558 datae sint, perspicuum est, unum idemque exemplum ab utrisque haberi commode potuisse.

Neque omittenda duo illa sunt quae superiori capite, de primo Examinis textu notavimus: transcribendi sollicitudo et translationis properatio (pp. VII-VIII). Imo hoc Constitutionum exemplum, quod ad litteras et formam externam pertinet, non modo accuratissime scriptum est, sed etiam habet in supremis foliis Constitutionum partes et singularum partium capita indicata, quae in singulis foliis decurrunt. Dicimus vero accuratissime scriptum esse, quod ad formam externam attinet. Si enim rem ipsam spectamus, frequentiores justo sunt calami lapsus, loci videlicet bene scripti in exemplo primo, male transcripti in secundum. Sed haec ipsa res confirmare potius quam infirmare sententiam nostram videtur. De exemplo enim latino cardinalibus tradito affirmant Patres Laýnez, Polanco etc; factum esse «alquanto in freta» (v. p. XXII). Quidni haec properatio non modo translationem, sed ipsam etiam transcriptionem afficiat? Itaque Patres nostri hoc exemplar examinandum porrigentes, quasi veniam postulabant, ne forte illustrissimi examinatores illis erratis offensi viderentur.

Ad extremum, vix poterant Patres nostri vicario urbis et magistro sacri palatii exemplum Constitutionum typis exprimendum exhibere opportunius, quam illud ipsum, quod jussu pontificis a cardinalibus probatum et, nulla re mutata, restitutum illis erat. Imo examinandi sollicitudine censores novi prorsus levabantur, postquam priorum tam illustrium judicum sententia hujusmodi praecesserat.

Hoc itaque exemplum appellari authenticum quodammodo potest, non quod originale sit, est enim transcriptio, sed quod priusquam editio publica typis exscriberetur, auctoritatem legitimam habuit, quippe quod nomine Societatis summo pontifici oblatum, a cardinalibus nomine illius examinatum, Societati denique illaesum restitutum est atque intactum[12].

Jam illa ipsa properatio, cujus saepe meminimus, effecit, ut translatio nostra novis curis esset castiganda. Cujusnam naturae haec castigatio fuit? Quo tempore, quo auctore facta? His interrogationibus ut faciamus satis, emendata ipsa paulo accuratius nobis intuenda sunt. Si textum emendatum cum non emendato comparamus, simulque hispanum consulimus; pro comperto habebimus, correctorem illud sibi proposuisse, ut translatio latina ad textum hispanum magis accederet. Unde etiam usuvenit, ut secun-

---

[10] In sua Ephemeride, ib. II, 58.
[11] In Appendice ad *Scholia*, p. 271.
[12] Ib.

dus textus emendatus saepe aut cum interpretatione prima conveniat, aut ab illa parum differat.

In prooemio legimus hispane: «Aunque la suma sapientia y bondad de Dios nuestro Criador y Señor es la que ha de conseruar y regir y lleuar adelante esta mínima Compañía de Jesú, como se dignó començarla». Textus secundus passive hanc partem ita reddiderat: «Quamuis a summa sapientia et bonitate Dei Creatoris ac Domini nostri haec minima Societas Jesu inchoata est, ita et conseruari, regi ac promoueri in sancto ejus obsequio necesse sit» caet. Emendatus textus active, sicut hispanicus, sic se habet: «Quamuis summa sapientia et bonitas Dei» caet. (p. 39).

In *Const.* I, 1, 1, secundus transtulerat verba «para mayor seruitio de Dios» etc. verbis «ad beneplacitum Dei» caet.; emendator delet *beneplacitum;* scribitque *majus seruitium* (p. 43 l. 6). En alios locos:

Textus hispanus	*Textus secundus*	*Idem emendatus*
si por sí mismo no lo hiciere, *Const.* I, 1, 3.	si per se ipsum id praestare non poterit.	si per se ipsum id ipse non praestet (p. 45 l. 31).
o tener dispositión notable para ello, *Const.* I, 3, 7.	sic affectum esse ut quis ualde sit ad hoc dispositus.	notabilem habeat ad illud dispositionem (p. 52 l. 56).
Se diga vna missa solenne en él [colegio] por el fundador y bienhechores, *Const.* IV, 1, 2.	Solenne sacrum fiat in gratiam fundatoris et benefactorum.	Cum solennitate missa celebretur pro fundatore et benefactoribus (p. 102 l. 12-13).

Ex his locis, quorum numerum facillime augeremus, certe constat, textum secundum cum hispanico textu esse collatum, atque ita collatum, ut illud quod annis labentibus congregatio secunda professa est, ut secundum hispani textus veritatem latina translatio emendaretur «ubi emendatione opus esset», collator ex parte saltem assequeretur [13].

Haec de emendationis natura; quandonam vero facta illa sunt? Vix non certum est, omnia scripta esse ante inceptam congregationem generalem primam, seu ante diem 19 Junii anni 1558.

Etenim ex hoc secundo exemplo transcripta habemus (in cod. *Polancus-Constit. latinae*, ff. 109r-113r) octavae partis quinque capita (2um ad 6um), in quibus omnia et singula illa marginis emendata in ipso textu legimus. Jam vero quinque haec capita certe ante congregationem primam scripta sunt. Cumque nulla ratio succurrat, cur partes reliquae alio tempore correctae sint, sed potius emendata omnia temporis ejusdem esse videantur; omnia emendata ante primam congregationem facta esse arbitramur.

[13] Decr. 52, *Institutum* II, 205. Ex locis eisdem patet, magnum esse discrimen inter emendationem textus latini et textuum hispanorum. Textus enim hispani, ita saepe emendabantur, ut sententia etiam plus minusve mutaretur; sollicitus enim erat S. P. Ignatius de Constitutionibus suis perficiendis; translatores potius de Constitutionibus conservandis.



Ex f. 112r cod. *Polancus, Constit. latinae.* — Textus librarii, margines Polanci.

Unde vero novimus capita illa quinque partis octavae transcripta esse ante primam congregationem? Ex eo quod in margine horum capitum multa sunt manu Polanci annotata, quae, ipsa collocatione textus et annotatorum, clarissime patet, apposita esse textui jam perscripto; sunt enim commentaria textus in amplo margine scripta compressis etiam versibus et notata signis numerorum, quae signa scripta quoque sunt supra locum Constitutionum qui declaratur. Vide appositam imaginem. Porro notata haec sive commentaria certe scripta sunt ante congregationem primam. Nam omnium primum hoc est: « Quia non omnino iuxta Constitutiones ex omnibus prouinciis congregari potuit Societas, narretur a vicario quomodo res omnis transacta fuerit, reddendo rationem omnium, quae post migrationem Patris nostri Ignatii secuta sunt, quod attinet ad negocium generalis conuentus. Et omnia quae acta sunt approbanda proponantur a congregatione generali ad effectum legitimae electionis faciendae » (f. 109v). Deinde in annotatione 6 ait officium commissariorum non expirare morte praepositi generalis, et in 18 (f. 111v) illis assignatur locus congregationis ubi sedere debeant. Atqui quae acciderant post migrationem P. Ignatii in congregatione prima narranda erant, et officium commissariorum cessare morte praepositi generalis ipsa congregatio prima decrevit [14]. Loquitur ergo Polancus de congregatione generali prima proxime futura. Cum autem bis terve differenda fuerit congregatio illa, quae proinde bis terve proxima, si ita loqui fas est, futura fuit, certe scriptae notationes illae sunt saltem ante exeuntem Junium anni 1558, quo tandem congregatio re vera coacta est. Igitur emendata quoque ipsa secundi textus scripta prius fuerant.

Possumusne vero illud accuratius definire? Scripta non esse emendata haec, saltem maxima ex parte, eo ipso tempore quo textus exaratus est, vel ipsum atramentum vere diversum id persuadet. Cum praeterea ex alio fonte noverimus, translationem hanc properato scriptam et datam esse (urgebat enim Pauli IV mandatum [15]); verisimile non est, labori scribendi additum esse tunc laborem corrigendi, praeterquam quod parum decebat exemplar emendatum (esto, fuerint emendata accuratissime scripta) pontifici offerri. Opinamur ergo hunc secundum textum emendatum esse, postquam is a cardinalibus censoribus restitutus Societati est; cum autem ignoremus, quot menses illi fuerint quos « aliquot menses » Nadal vocavit [16] vix aliud probabiliter addere possumus quam ut opinemur, aut exeunte anno 1557, aut inito jam 1558 id contigisse.

Quid de auctore emendatorum? Nos quidem Polancum variis de causis arbitramur.

Primum enim cum nulla fuisset congregatio generalis, cujus auctoritate quispiam interpretationem recognosceret, Polancus id praestare omnium optime poterat, quia nemo in tota Societate (una cum Nadal, cujus etiam

[14] Decr. 91, *Institutum* ib. 176.
[15] *Epist. P. Nadal* IV, 123-124.
[16] V. annot. 11, p. XXIII.

laborem aliquem in translatione reperimus) ad Ignatii mentem fideliter reddendam aptior videbatur. Deinde Polancus unus erat eo tempore velut instrumentum quoddam universale, ut aiunt, ad hujusmodi labores perficiendos; quia auctor ipse versionis (quod postea dicemus); quia denique emendata omnia scripta videntur manu Philippi Viti, qui Polanco a scribendo erat.

Unde exempli secundi historiam si brevi complecti voles, sic habeto: scriptum est accuratissime ut cardinalibus Tranensi et Reumano traderetur, iisque revera traditum est, probabiliter mense Julio anni 1557. Restitutum Societati sine ulla mutatione, collatum est cum textu hispano ad eumque magis accommodatum exeunte anno 1557 vel ineunte 1558; emendatis locis accuratissime etiam scriptis datum vicario urbis et magistro sacri palatii, qui mense Septembri sequente facultatem faciunt illud typis mandandi.

Cur vero hoc exemplum sigillo Societatis a Polanco nomine Congregationis sic munitum non est, ut exempla hispanica Examinis, Constitutionum ac Declarationum munita sunt?[17] Fortasse quia munitum auctoritate vicarii urbis et magistri sacri palatii, aliam auctoritatem necessariam non esse existimarunt; cumque typis in aedibus ipsis Societatis Jesu ante ipsius generalis oculos jamjam multiplicandum esset, periculum corruptionis vel amissionis nullum adesse merito censuerunt.

Hoc autem exemplum secundum, etsi re non differt ab editione prima, quae propterea merito dici potest a vicario urbis et magistro sacri palatii approbata, tamen impressum ipsum non est. Nam paragraphos non distinguit numerorum signis, quae semper sunt in editione prima; deinde exemplum secundum ita capitum inscriptiones effert, ut praecedat numerus, sequatur inscriptio, hoc modo: «Cap. 2m, De iis qui admitti debent»; editio vero prima contra, praemittit inscriptionem, subjungit numerum, hoc modo: «De admittendis in Societatem. Cap. II»; tum litterae quibus Declarationes indicantur, aliae sunt in exemplo secundo, aliae in editione prima; postremo multitudo ipsa et qualitas differentiarum (quae omnes in apparatu critico subnotantur, nulla tamen de modo scribendi ratione habita) manifestum faciunt, alio exemplo fuisse opus quo typothetae uterentur.

Reliquum est ut emendata polanciana in exemplo primo seu *Po1* cum emendatis in exemplo secundo seu *Po2* diligentius conferamus. Nam si utraque eumdem auctorem habent Polancum, id quod de primis certum est (etiamsi multa indicata sint a Cardulo), de alteris merito conjicimus; mirum jure videatur, primam elegantiae servire, alteram hispano textui verbisque adhaerere; accidit ergo saepe, ut textus secundus seu *Po2*, postremo emendatus, ad primum seu *Po1*, non emendatum, redeat, id quod ex parte supra vidimus, emendata eadem cum textu hispano conferentes.

---

[17] V. t. II, pp. 123 et 726.

Prooemii periodus prima (p. 39)

Po1 non emend.	*Po1 emend.*	*Po2 non emend.*	*Po2 emend.*
«Quamuis summa sapientia et bonitas Dei Creatoris ac Domini nostri» etc. active.	«Quamuis a summa sapientia et bonitate Dei Creatoris» etc. passive.	«Quamuis a summa sapientia» etc. passive.	«Quamuis summa sapientia et bonitas» etc. active.

Const. I, 1, 1 (p. 44 l. 6)

Po1 non emend.	*Po1 emend.*	*Po2 non emend.*	*Po2 emend.*
ad seruitium Dei	ad beneplacitum Dei	ad beneplacitum Dei	ad maius seruitium Dei

Const. IV, 6, 13, (p. 125 l. 39)

Po1 non emend.	*Po1 emend.*	*Po2 non emend.*	*Po2 emend.*
latine communiter loquantur.	latine in communi sermone loquantur.	latine in communi sermone loquantur.	latine loquantur communiter.

Const. IV, 8, 3, (p. 132 ll. 21-23)

Po1 non emend.	*Po1 emend.*	*Po2 non emend.*	*Po2 emend.*
ac demum mediis omnibus ad melius et cum maiori fructu animarum id muneris obeundum conuenientibus utantur.	ac demum vt melius et cum maiori fructu animarum id obeant, omnem lapidem moueant [18].	ac demum ut melius et cum maiori fructu animarum id obeant, omnem lapidem moueant.	ac demum ut melius et cum maiori fructu animarum id obeant, omnibus mediis utantur, quibus commode iuuari possint.

In parte IV, c. 12, n. 1, (p. 144-145 ll. 8-9)

Po1 non emend.	*Po1 emend.*	*Po2 non emend.*	*Po2 emend.*
ut etiam ex positiua theologia quod ad finem prefixum conuenit.	ut etiam ex iure canonico, quod ad hunc finem nobis prefixum conuenit.	vt etiam ex iure canonico quod ad hunc finem nobis prefixum conuenit.	ac etiam ex positiua *[seq.* Theologia *obl.]* quae ad hunc finem nobis praefixum conueniunt.

Hi nonnulli sunt loci (plurimi alii ex apparatu critico colligi possunt) in quibus ultima tandem emendatio in exemplis manu scriptis, ad eamdem fere formam revertitur, quae prima ex ore dictantis efluxerat. Prima nempe

[18] Hic locus manu librarii emendatus est, qui tamen scripserat «omnem moueant lapidem»; Polancus ordinem verborum mutavit, deleto in medio et scripto in fine verbo *moueant*.

illa erat quam hispanicus ipse textus, nullo adhibito singulari studio, suggerebat; ultima vero, ex alia causa orta, eodem recidebat: ex diligentia scilicet et amore, quibus S. P. Ignatii non solum sententias, sed etiam verba ipsa dicendique modum, quantum fieri posset, filii percipere volebant, unde hispanum sonantes voces hispanamque, ut ita dicamus, vestem versioni reddere conabantur, sperantes etiam, non sine justa causa, eo propius se ad mentem Ignatii accessuros, quo fidelius verba ipsa, animi sensus exprimentia, retinerent.

Quod si Polancus, in paranda interpretatione cardinalibus offerenda, elegantiae, fidelitate tamen non neglecta, paulo magis indulsit; suorum aequalium ingeniis suique temporis placitis (id quod in ea re nullum crimen erat), sese accommodavit. Si vero paucis mensibus elapsis translationem eamdem, congregationi primae Societatis proponendam, hispano textui diligentius conformavit, non solum ipsius congregationis primae, sed sequentium etiam omnium maximeque nostrorum temporum judicia et voluntates forsitan divinavit, certe attigit. Caeterum ad normam primam deserendam et alteram amplexandam, Polanco, ministrorum a secretis optimo exemplo et imagini, cujus est principis personam, relicta propria, induere, satis erat, illud sibi a Lainio indicari, quod quamvis utrum acciderit necne ignoramus, vero dissimile nullo modo est, imo illius ingenii homini, maxime theologo, valde consentaneum.

§ 3. De Declarationibus exempli secundi Constitutionum

Textus Declarationum cum textu Constitutionum secundo conjunctus nullus est. Constat nihilominus, Declarationes una cum Constitutionibus esse Paulo IV oblatas. Quisnam textus ille Declarationum fuit? Illum esse opinamur, qui in codice *Constit. latinae* ff. 110r-169v, asservatur, quem tertium appellamus.

In cod. eodem, ff. 172r-235r, est textus alius Declarationum, quem secundum vocamus; harum appellationum causam inferius, § 6, exponemus; nunc dicemus cur exemplum Declarationum tertium exemplo Constitutionum secundo respondere videatur. Primo, est accuratissime scriptum, una manu ab initio ad finem marginibus ad perpendiculum directis, sine ullis lituris. Deinde, quod maximum est, non solum res, sed etiam litterae marginis Declarationum et Constitutionum fere semper optime inter se respondent; sine offendiculo in prooemio et in partibus omnibus praeter tertiam et septimam.

In parte tertia cohaerent Constitutiones et Declarationes cum signis A-X in primo capite praeter litteram S, quae male posita est ante paragraphum «Quosdam qui quamuis» (p. 88 l. 3), cum notari debuerit ante locum «Qui domi concionantur» (p. 89 l. 22). Tum vero dissentiunt; in Declarationibus enim sequitur littera Z (juxta quam tamen bis notata est littera Y) et declaratio «Licet qui exponit quod necessarium sibi existimat»,

quasi ultima esset capitis primi, cum sit prima capitis secundi. Haec autem praepostera collocatio in hoc exemplo inde nata est, quod in eo ex quo nostrum hoc exscriptum est (de quo in quinta paragrapho dicemus), haec declaratio posita etiam est quasi ultima capitis primi. In textu autem Constitutionum recte notatur locus declarandus initio capitis secundi idque per litteram Y (quae tamen nunc mutata est in A, p. 94 l. 20). Hinc discordia etiam in sequentibus; cum enim in Constitutionibus capite secundo, notentur loci octo declarandi per litteras A-H (quae prius erant Y-Z, Aa-Ff); Declarationes sunt tantum septem notatae litteris AA-Gg, deest videlicet capiti secundo declaratio illa, quam capiti primo per errorem assignari diximus.

In parte septima multo minus dissentiunt. In Declarationibus bis ponitur littera M; semel in f. 152r, ante verba «Considerandum est etiam» (ubi nulla est nunc littera, p. 203 l. 58), iterum in f. 153r, ante verba «Ad meliorem ac certiorem operum electionem», suo loco (p. 205 l. 91). Omissa est etiam littera P, in f. 155r, ante verba «Tempus quod» (p. 208 l. 89), sed mera oblivione scribentis, nam sequitur deinde littera Q, quasi P locum suum tenuisset. Neque haec duo ex praecedenti exemplo explicantur, in quo et P suo loco est, et M semel tantum, ante verba «Ad meliorem».

Haec autem discrimina tantam in caeteris consensionem non destruunt.

Utrum hic tertius Declarationum textus conveniat etiam necne textui Constitutionum, quem tertium vocavimus, quique in ipso codice *Constit. latinae* cum Declarationibus illis invenitur, in sequentibus inquiremus.

De hoc tertio Declarationum textu illud quoque dicendum, quod de Constitutionum secundo eidem respondenti diximus, non fuisse adhibitum a typothetis ad primam editionem concinnandam. Ac re vera ordines litterarum singuli sunt in singulis partibus, ut supra diximus, cum in editione prima singuli sint in singulis capitibus.

Frequentissime textus tertius usurpat pronomen *hic, haec, hoc,* ante pronomen relativum *qui, quae, quod,* ubi editio habet *is, ea, id;* ita in Declarationibus prooemii decies legimus in tertio «De his», in editione «De iis»; sic saepe alias, v. g. in partium et capitum inscriptionibus.

Hae ipsae inscriptiones saepe etiam differunt, saltem (sunt enim alia discrimina) quatenus omittunt adduntve verbum ipsum *Declaratio* vel *Declarationes*. Sic editio ait «Declarationes in primae partis caput primum» caet.; codex «In primae partis caput primum» caet.; contra editio habet «In caput II» caet., nunquam verbum declarationis usurpans in capitum inscriptionibus, quod saepe facit codex: «Declaratio in caput 2» caet. Et exemplum quidem tertium saepe quando hanc vocem usurpat, usurpat numero singulari: «Declaratio in secundam partem»; similiter ante partes tertiam, quartam et nonam; editio vero semper numero plurali *Declarationes*.

Aliae differentiae plurimae in apparatu critico collectae sunt, ex quibus omnibus certum est, hunc Declarationum textum ad primam editionem ornandam non esse adhibitum.

§ 4. De exemplo Constitutionum tertio

Iis quae supra diximus de transcriptione hujus exempli tertii ex codicillis exempli secundi, pauca addenda hic sunt.

Primum quidem, etsi discrimen externum inter varias partes tam magnum est, ut facillime suspicemur, ex variorum exemplorum reliquiis unum exemplum esse compositum; suspicionem tamen omnem subito deponimus, perspecto modo transcriptionis quem diximus. Fortasse dum librarius primus exemplo secundo describendo distentus erat, mandatum summi pontificis de tradendis Constitutionibus acceptum est, qua occasione singuli codicilli singulis librariis transcribendi distributi sint.

Deinde in partibus omnibus sunt aliqua, plura pauciora, scripta manu Polanci. In his additis polancianis indicatur semel saltem prima Constitutionum editio typis expressa. In *Const.* IX, 6 11, ubi assistentium officia describuntur, legimus «illi ipsi esse poterunt de quibus superius pagina 143 dictum est» (p. 268 ll. 66-67). Haec pagina nulli (ex iis quos novimus) codici manu scripto, optime autem editioni primae convenit. Unde tempus etiam hujus emendati (non ipsius textus) novimus, cum editio prima sit anni 1558.

At praeter manum Polanci, est etiam in hoc exemplo, manus Carduli, et locis tamen emendandis et vocabulorum numero paulo infrequentior quam in prima translatione. Ita initio prooemii, ubi erat «illa sit», pro *illa* scripsit Cardulus in margine «illa ipsa vel ipsamet» f. 6r, quo loco nunc omne abest pronomen (p. 3 l. 6). In *Const.* III, 1, 12, ubi erat «pergratum habebunt» posuit in margine «habeant vel habere» f. 17r, manet in textu publico *habeant* (p. 83 l. 88). Infrequentia vero quam dicimus, minor est in iis partibus quas librarius primus exaravit.

In his tamen paucioribus nonnulla sunt longiora quam emendata primi exempli. Ita locutio illa «considerantes tamen instituti nostri finem ac agendi rationem» (cujus ultima verba mutata deinde sunt in «procedendi modum», *Const.* I, 2, 4 (p. 48 l. 41-42) tota est unius manus, quam Carduli esse admittimus. Sic alia nonnulla.

Tertia manus accedit in his ipsis partibus multo rarior, alicujus, nobis quidem adhuc ignoti, elegantiae in dicendo sectatoris. In prooemio erat «ad id iuuare possint»; Cardulus contentus fuerat mutans *possint* in *possit;* praecedit enim nominativus numeri singularis; tertius ille delevit «iuuare possit» scripsitque «adjutura sit», id quod manet in textu publico (p. 39 l. 11).

In ipso textu est quoque notatu dignum emendationis genus quoddam, quod a quarta parte exorsum ad finem usque perducitur. Complura sunt vocabula, quae scripta prius initiali minuscula, maiusculam in hoc exemplo recipiunt. Hujusmodi sunt Confessarius, Collegium, Coadiutor, Catholica, Constitutiones, Declarationes, Institutum, Medici, alia plura. Quae quidem vocabula in prima editione maiuscula etiam littera plerumque incipiunt.

Haec res et aliae plures efficiunt ut tertium exemplar Constitutionum multo minus quam secundum a prima editione distet. Nam in partibus omnibus (praeter primam et caput septimum octavae) inscriptiones capitum emendatae, quod ad dispositionem spectat, editioni primae similes sunt. In inscriptionibus iisdem signa numerorum romana substituta semper sunt, sive signis arabicis sive verbis prius usurpatis, et capita quidem quarta per additionem seu signa quatuor (IIII), non per detractionem seu signa duo (IV) exprimuntur; nomen *caput* per compendium *cap.* semper emendatum; quae omnia ita sunt in editione prima, ut in exemplo tertio. Signa quoque numerorum, singulas paragraphos distinguentium, eadem fere sunt, excepta quoque parte prima, ubi exemplum tertium nulla habet, capite decimo septimo partis quartae, ubi sunt numeri novem in exemplo tertio, et capite tertio, partis nonae, ubi non solum signa 5, 6, 7, sed res ipsae his numeris contentae desunt, quia additae sunt a congregatione prima, quam translatio praecessit.

Quibus omnibus adde, longe maximam partem additorum exempli tertii in editionem primam fideliter esse transcriptam.

Sed alia multa sunt, quae prohibent quominus hoc tertium exemplum a typothetis usurpatum opinemur. Etenim (praeter quam quod nulla typographorum vestigia hic videmus, qualia in exemplo quodam hispanici textus reperiri diximus[19]) litterae Declarationum cohaerent quidem maxima ex parte a capite secundo partis secundae, sed praeter alia singularia minoris momenti, non cohaerent litterae primae partis, quae ab initio ad finem unam seriem efficiunt, A-Z, et initium novae, Aa-Cc; editio vero in singulis capitibus seriem novam orditur; in capitibus tertio et quarto partis nonae nulla littera est apposita, in capite quinto sola littera E in fine. Maxime vero obstant loci nimis multi ita diversi, ut verisimile non videatur, omnes inter imprimendum esse emendatos. Sunt autem illi omnes qui in apparatu critico subscribuntur tanquam propriae lectiones exempli *Po3*, vel communes tribus manu scriptis *Po1*, *2*, *3*.

Postremo idem confirmatur ex transcriptione quadam prooemii et primae partis huius exempli tertii. Haec enim transcriptio, cum habeat adjuncta quaedam v. g. notas numerorum paragraphos distinguentium, quibus primae editioni paulo similior est quam tertium exemplar, attamen cum ipsa prima editione nondum plane consentit[20].

Ut autem ad rationes exempli tertii cum secundo revertamur, in marginis litteris ad Declarationes indicandas, exemplum hoc tertium pendet etiam a secundo, saltem in illis partibus, quas primus librarius exscripsit. Erant enim litterae eaedem atque eisdem locis praepositae, nisi quod caput primum partis secundae tertii exempli nullas habet litteras, etsi loci declarandi (praeter tertium) calamo ducto subter, ut solet, notati sunt; itaque in secundo capite prima littera erat D, quod litterae A, B, C, ad caput primum

---

[19] In t. II p. XXIII.

[20] Servatur in cod. *Instit. 18*, ff. 14r-21r; substitit transcriptio post inscriptionem capitis primi secundae partis.

reservarentur. Unde etiam liquet in his partibus retentam esse distributionem litterarum antiquam, qua seriem novam ab initio singularum partium incipiebant.

Sed in hoc ipso exemplo inde a parte secunda, mutata est haec ratio, et deletis litteris antiquis, substitutae sunt series novae, ab initio singulorum capitum exorsae.

Atque haec novissima ratio unica est in illis partibus exempli tertii; quas reliqui librarii scripserunt; in quibus tamen non solum in observandis locis, sed etiam in exscribendis litteris exemplo secundo adhaerent. Dum enim loci notantur et pro antiquis recentiores litterae apponuntur, semel saltem transcribitur etiam antiqua littera. Hoc modo intelligimus, quare in medio cursu litterarum recentiorum appareat in folio 59r, in capite sexto partis octavae, singularis antiqua littera X, oblitterata, pro littera A, quasi transcripta esset ex folio 313r exempli secundi, cum neque in praecedentibus neque in sequentibus (per totam partem septimam, octavam et nonam) vix alia sit antiqua littera.

§ 5. De Declarationibus exempli tertii Constitutionum

Quoniam vidimus textum Declarationum, quem tertium appellavimus, textui Constitutionum secundo bene convenire; investigandum quoque est, sitne aliquis Declarationum textus tertio Constitutionum textui accommodatus. Ac primum quaerimus an textus ille ipse tertius, quem secundo Constitutionum aptatum diximus, etiam tertio congruat. Quaerimus autem an congruat tum in rebus declarandis tum in signis seu litteris, non recentioribus, quae nullae sunt in textu tertio Declarationum, sed antiquis, quae juxta textum Constitutionum tertium deletae sunt.

Itaque in partibus prima, quarta, quinta et decima omnia inter se optime quadrant.

Circa tertiam partem idem dicendum de hoc tertio exemplo Constitutionum, quod supra de secundo diximus (pp. XXVIII-XXIX), discordiam inter Constitutiones et has Declarationes secundas inde oriri, quod ipsae Declarationes vitiose signatae sint; Constitutiones enim ipsae modo eodem in secundo et in tertio exemplo notantur.

In caeteris partibus minus apte conjunguntur. Nam in *Const.* II, 1 duo loci declarandi et nulla littera notatur, cum sint Declarationes tres (p. 62-65); in *Const.* VI, 1 contra, loci quatuor ad declarandum designantur, cum solae sint Declarationes tres (pp. 176-177); in capite tertio signatus est locus unus, cum sint Declarationes sex (nunc quinque, pp. 188-192, v. var. p. 190 l. 57).

In parte nona textus Constitutionum plurimae litterae desiderantur et raro notantur loci declarandi.

In partibus septima et octava solae sunt series litterarum recentiores, quae ab initio singulorum capitum semper a littera A incipiunt.

Itaque etiamsi tertiae Declarationes tertiis Constitutionibus facile accommodari forsitan possent; reapse accommodatae non sunt, vel potius his Declarationibus Constitutiones illae non conveniunt. Respondetne melius aliud Declarationum exemplum, quod secundum vocamus?

Cum ex hoc secundo desumptum tertium sit (id quod in § 6 ostendemus), suspicari jam licet, non magnam hic convenientiam fore. Nihilo tamen minus, cum tertius Constitutionum et secundus Declarationum textus saepissime emendati sint; quaerimus utrum emendati textus inter se conveniant necne. Necessarium igitur est singulas Declarationes earumque litteras cum singulis locis Constitutionum earumque litteris conferre. Id quidem nos praestitimus; at ne longa et gravissima collatio lectori fastidium generet, ab illa facienda hic supersedemus; unum tamen alterumve locum proferemus, ut conclusio, alioqui simplicissima (quibusdam locis convenire quibusdam vero non convenire) justa videatur. Jam in *Const.* I, 4, cum declaratio Cc «Praeter dilationem» (p. 60) scripta sit ante alias duas Aa «Iis qui litteras», et Bb «Si scribere»; notavit Polancus ad declarationem Cc: «Hoc ponatur post Bb» (p. 60 l. 19). Qua emendatione facta, textus tertius Constitutionum et secundus Declarationum inter se consentiunt.

Ad *Const.* II, 1 spectant Declarationes tres, quarum duae, ut supra diximus, in textu Constitutionum indicatae sunt, nulla per litteram aliquam designata (p. XXXII). In capitibus secundo et tertio bene inter se conveniunt. In quarto autem discordant; nam etsi litterae recentiores, A, B, C, D, eaedem et ordine eodem in Constitutionibus et in Declarationibus sunt (pp. 72-74), res tamen ipsae inter se non respondent; declaratio enim A est «Quod ad satisfactionem» (p. 74), cum textus declarandus notetur «Qui dimittuntur vel injussi discedunt» (p. 72 l. 3) caet. Itaque neque caeteri loci conveniunt.

Jam ex hac secunda parte perspicuum est, textum secundum Declarationum tertio textui Constitutionum non esse, in praesentia saltem, congruentem.

In *Const.* III, 1 concordant omnia, habita ratione correctionis polancianae in extremo capite; declaratio enim «Licet qui exponit» posita est quasi ultima primi capitis, cum sit prima capitis secundi; monet autem ibidem Polancus: «Este § se ponga en el 2º capítulo antes del 1º §» (p. 94 l. 20 et not.)[21]. Si caeteras partes percurreris, similia his invenies. Concludimus, quaedam consentire, quaedam non consentire; totum itaque Declarationum exemplum secundum non esse tertio Constitutionum textui accommodatum, etiamsi facile accommodari posset.

Quod si hoc exemplum secundum Declarationum cum editione prima comparamus, multo minus quam tertium ab illa discedit. Nam ordo litte-

[21] In hujus capitis declaratione G, ad verba «vt in Examine fusius dicitur», addidit Polancus in margine «pagina 15» (f. 185r). Haec pagina 15 est editionis primae typis expressae anno 1558.

rarum novus incipit a parte secunda in capitibus singulis et fere semper cum editione convenit [22]; ante pronomen relativum *qui, quae, quod* mutatum est pronomen *hic, haec, hoc* in *is, ea, id;* verbum *Declarationes* numero plurali ante singulas partes usurpatur, in capitum inscriptionibus deletur; postremo, id quod praecipuum est, addita et emendata, quae sunt in hoc exemplo, maxima ex parte in prima editione reperiuntur. Imo legenti emendata quaedam subit animum suspicio, ideo facta illa esse, ut textus typis exscriberetur. In his frequens est emendatio inscriptionis capitum, quae saepe in eo est, ut pro verbis *secundum, tertium*, caeteris, ponantur signa romana II, III, caetera, nominatim etiam IIII per additionem, ut supra de Constitutionibus diximus.

Itaque suspicamur hoc Declarationum exemplar paratum quidem esse ut typis exscriberetur; sed cum etiam in eo multa maneant, quae a prima editione recedunt, adducimur ad credendum Declarationes quoque fuisse denuo transcribendas, antequam prelo supponerentur.

§ 6. Quomodo inter se habeant tres Declarationum textus

Primum Declarationum textum diximus illum esse, qui una cum Constitutionibus in Codice *Po. Constit. latinae* colligatus est, quapropter de utrisque simul egimus in prima hujus articuli secundi paragrapho.

Ex hoc primo textu ortus est secundus, id quod exinde sequitur quod ultima lectio primi textus est fere semper prima in secundo.

Dicimus, fere semper, quia interdum accidit, ut una eademque lectio utrique textui addita sit. Nempe transcripto textui primo novae correctiones accessere, quae idcirco etiam tertio textui addendae fuerunt. Idem de Constitutionibus jam diximus, quare nihil amplius in ea re immoramur. Duo tamen notemus oportet. Ac primum quidem, cum in exemplo primo, ut supra diximus, multa sint in margine verba a Cardulo proposita pro aliis calami suppositi ductu in textu notatis, quando secundum exemplum ex hoc desumptum est, non marginis, sed textus verba transcripta sunt. Deinde, exemplar secundum ad limam Polancus revocans, non pauca ex illis quae Cardulus primo apposuerat in locum notatorum admisit. Unde nova ratio est, cur secundum exemplum a primo pendere videatur.

Jam ut secundus a primo, ita tertius a secundo exscriptus est.

Collatis autem exemplis tertio et secundo, tres invenimus in secundo emendatorum series: prima est illorum emendatorum quae transcripta sunt in exemplum tertium (ad quorum numerum pertinent plurima illorum

[22] Declaratio A capitis secundi partis tertiae est extra locum, f. 187v; declaratio E capitis septimi partis quartae addita est quasi prima esset capitis octavi, f. 198v; in ff. 214v-215r sunt litterae antiquae T, V, X, Y, non emendatae, pro C, D, E, F, (*Const.* VI, 3), et pauca alia.

quae Cardulus in margine primi exempli notavit); secunda est eorum, quae transcripta quidem in tertium, sed postea deleta in secundo, non vero in tertio; hinc secundae lectiones in secundo, sunt saepe unicae lectiones in tertio; tertia denique emendatorum series sunt emendata illa quae nullo modo in tertium, fere semper in primam editionem transierunt.

Accidit ergo ut secundus textus ad primam editionem multo propius quam tertius accedat, (contra ac de exemplis secundo et tertio Constitutionum diximus), atque ex hac parte recentior videatur et sit quam tertius. Cum vero secundus a tertio nullo modo, tertius vero a secundo omnino pendeat, ex hoc ipso originis ordine hos textus nominandos censuimus.

Haec uno intuitu ante oculos habebimus, duobus locis, exempli causa, e tribus textibus manu scriptis et ex editione prima inter se compositis.

Locus primus est ex prooemio Declarationum (p. 42 ll. 51-52).

Textus primus	*Textus secundus*	*Textus tertius*	*Editio prima*
quod ab unoquoque ubi hae obseruantur, agente, sunt iuxta uoluntatem superioris, qui ei praefuerit, obseruandae, f. 61.	quod ab unoquoque qui ibi fuerit [3 *vv. add.*] ubi hae obseruentur [obseruantur *pr., seq.* agente, sunt *obl.*] iuxta uoluntatem Superioris [superioris *pr.*], qui ei praefuerit, sunt obseruandae [*2 vv. add.*, obseruandae *pr.*], f. 172v.	quod ab unoquoque qui ibi fuerit ubi hae obseruentur, sunt iuxta voluntatem Superioris, qui ei praefuerit, obseruandae, f. 111v.	quod ab vnoquoque qui ibi fuerit, vbi hae obseruentur, iuxta voluntatem Superioris, qui ei praefuerit, sunt obseruandae, p. 4.

Locus alter ex *Const.* II, 1, C (p. 65 l. 91).

Textus primus	*Textus secundus*	*Textus tertius*	*Editio prima*
dimitti (ut si contumax et incorrigibilis esset etc.) uideatur, f. 66v.	dimitti [seq. (ut.. etc.) *obl.*] uideatur, ut si contumax [*seq.* esset et de cuius correctione spes probabilis non haberetur *add. et obl.*] uel incorrigibilis esset, f. 180r.	dimitti videatur vt si contumax esset et de cuius correctione spes probabilis non haberetur, f. 119r.	dimitti videatur; vt si contumax vel incorrigibilis esset, p. 18.

Ex his ergo aliisque multis locis collatis, breviter concludimus, non modo textum secundum ex primo, tertium ex secundo esse transcriptum, sed etiam secundum denuo correctum primae editioni viam parasse.

ARTICULUS III

Translationis compendium

Servatur hocce compendium in codice *Instit. 18 Miscellanea de Constitutionibus,* foliis centum et sex comprehensum (ff. 82r-187v), scriptum fere totum manu Philippi Viti, ut videtur, multis locis a Polanco emendatum. Complectitur autem Examen, ejus Declarationes, Constitutiones earumque Declarationes, vixque quidquam omittit eorum, quae ad operis sive essentiam, ut dicunt, sive integritatem pertinent, si tamen nudas leges aspicimus, sunt enim ossa et pellis; sed abest unctio illa (de qua diximus in Prolegomenis t. II) [23] quae textum Constitutionum totum penetrat, velut anima corpus.

Quaerimus ergo primo hujus compendii originem. Quoniam vero in t. II de hispano quodam compendio meminimus [24]; nostrum hoc compendium latinum non est hispani translatio, sed ex ipsa latina interpretatione excerptum.

Nam tam in Examinis quam in Constitutionum compendio innumeri sunt loci, qui aut cum pleno textu verbum de verbo concordant, aut apertam cognationem produnt.

Ita in Examine una eademque est inscriptio capitis sexti: « De alio examine ad solos coadiutores accomodato » (p. 32). Inscriptio capitis secundi, etsi aliquantulum diversa, originem tamen compendii apertius tradit; habet enim compendium: « De quibusdam casibus quae *[sic]* an acciderint interrogari oportet »; textus: « De quibusdam casibus qui [quae *prius*] an acciderint .. interrogari oportet » (p. 7). Nempe extractum Examen est ante quam illud *quae* mutaretur in *qui.* Idem in aliis quibusdam emendatis animadvertimus.

E quibus locis etiam illud colligimus, compendium Examinis desumptum esse ex antiquiore exemplo, quod *Po1* nominamus, non ex altero seu *Po2,* cujus textus iam emendatus est, id quod in apparatu critico videri potest. Quod de Examine diximus, idem dicimus de illius Declarationibus.

Nam et plurima verbo tenus fere conveniunt, et primae lectiones exempli *Po1,* illae sunt quas compendium contraxit. Unum locum afferre satis esto, qui utrumque confirmat. Ubi legimus in *Po1:* « Praeter has quatuor hominum classes nonnulli admittuntur ad professionem solemnem trium

[23] C. 7, a. 2, § 2, p. CLIX.
[24] Inter exempla Natalis, *Proleg.* t. I, c. 1, a. 3 pp. XI et XV.

votorum » caet. (nunc paulo aliter, *Exam.* I, D, p. 4), erat prius: « Ad primam ex his quatuor classibus personarum nonnulli reducuntur qui ad solemnem professionem trium votorum tantum... admittuntur ». Compendium rem sic astringit: « Ad primam classem reducuntur qui professionem trium votorum emittunt ».

Quod vero ad ipsas Constitutiones pertinet, multa sunt et clara indicia proximae originis ex textu latino.

Nam (praeter alia multa) inscriptiones capitum omnium partis primae eaedem sunt in compendio et in textu latino: « De admittente », « De iis qui admitti debent », « De iis quae impediunt, ne quis in Societatem admittatur », « De modo admittendi » (pp. 44 et 47 cum var. 50, 56). Hae quidem inscriptiones in editionibus impressis, quod adverba pertinet, plus minusve mutatae sunt; in scriptis exemplis vero primo et secundo, atque etiam in tertio non emendato, eaedem plane sunt. Consensio eadem quoque est in inscriptionibus trium capitum priorum partis secundae; in secundo partis tertiae, in secundo, tertio, quarto, sexto, septimo, octavo, decimo, decimo quarto, decimo quinto, decimo sexto partis quartae.

Porro cum illam, quae probabiliter prima est latina scriptio Constitutionum et Declarationum, habeamus (id quod de Examine dici non potest); accidit interdum ut compendium vel ex ipsa prima scriptione nondum emendata haustum videatur. Ita retinet compendium locutionem « qui zelum habeant animarum », in ipso primo exemplo « quique zelum habeant salutis animarum » (p. 49 l. 55). Similiter est in compendio « quia nostros aliqui petunt » e textu « qui nostros petant », qui locus in primo exemplo emendatum est in « qui aliquos ex nostris sibi concedi petant » (p. 201 l. 8) nisi forte breviator, quamvis haberet textum correctum, antiquiorem tamen formam breviorem praetulerit.

Id autem indicium est factum esse compendium non solum ex translatione latina, nedum ex textu hispano, sed etiam ex primo exemplo latino, non quidem ante nulla, at certe antequam omnia, quae nunc sunt, emendata essent.

Nam tertium exemplum ideo jam excludendum est, quod plurima emendata exempli secundi ita in tertium transierunt, ut nulla vestigia lectionum priorum remanserint, cum tamen lectiones hae priores in compendio excerptae sint. De secundo tamen dubitare quispiam facile potest, quandoquidem priores lectiones, quas dicimus, in eo inveniuntur, emendatae illae quidem, itaque potuit fortasse compendium ex secundo fieri antequam textus ipse secundus emendaretur, siquidem textus secundus non emendatus idem fere est ac primus emendatus. Sunt tamen nonnulla in compendio, quae certam originem ex primo textu indicare videntur.

Primum illa quae ex una parte ad verbum fere conveniunt cum exemplo primo, ex altera aliter exprimuntur in secundo tum ante tum post emendatum textum.

Praeter duo paulo ante allata, vide quae sequuntur. Primus locus est *Const.* III, 1, 26. Textus primus: « segregando ... suum amorem ab omnibus creaturis », id quod mutatum est in ipso textu primo ita: « segregato, quantum fieri potest suo amore ab omnibus creaturis »; haec ultima lectio transcripta est in secundo, quae ibidem emendata est hoc modo: « segregato a se, quantum fieri potest, amore omnium creaturarum »; tertius hanc lectionem exscripsit, deinde vero pro « segregato a se ... amore » posuit « exuentes se ... amore ». Jam vero compendium habet « segregando amorem a creaturis » (p. 92 l. 89). Pendet ergo a prima scriptione primi textus.

Alterum locum sumimus ex *Const.* IV, 10, 6. Textus primi lectio penultima fuit « numerum sufficientem officialium » (prius fuerat « de numero sufficienti ministrorum » et « de numero officialium »); emendata est in « numerum necessarium officialium »; secundus et tertius: « numerum necessarium officialium »; compendium: « numerum sufficientem officialium ». Etiam hic locus ortus est ex primo textu, etsi non a prima ejusdem scriptione (p. 139 l. 76-77).

Aliud indicium prorsus singulare est in Declarationibus tertiae partis. Post declarationem « Convenienter non posset fieri » (p. 82 l. 75), est in primo textu signum quoddam, quod in postera pagina iteratur, ante declarationem « Praeter modum », nunc signatam littera Q (p. 87 l. 86). Ab exemplo secundo illud signum abest; in compendio contra, adest signum idem utroque loco, deleta etiam littera Q in compendio et in primo exemplo [25].

Haec itaque et alia nonnulla excerpere auctor compendii non potuit ex latino exemplo secundo. Contra, multa addita sunt ulterius in secundo, quae in compendio vestigia nulla plerumque impresserunt.

De iis locis tantum agimus qui in secundo exemplo re vera novi sunt, fere semper quod deletae lectioni primi exempli alia lectio suffecta sit, rarissime quod, re nulla oblitterata, aliquid secundo additum sit, quod in primo non erat.

Afferemus tantum compendii locos eosque paucos ne infiniti simus, lectionibus a quibus pendent indicatis tantum, quippe quae inter variata critici apparatus suis locis omnes habentur.

Ad primum ergo genus pertinent, praeter jam allata, etiam quae sequuntur. « Doceantur illusiones demonis in suis spiritualibus exercitationibus cauere, contra tentationes se armare, et eas vincere ad solidas virtutes consequendas media adhibere [*locus emendatus Polanci manu, prius erat* « ac solidas uirtutes consequi »], semper in via Dei progredi, siue magis siue minus spirituales consolationes affluant » (p. 81-82 ll. 58-62); « Quomodo in interiore et exteriore homine se habere debeant » (p. 83 l. 81); « Omnes perfectae obedientiae studio incumbant » (p. 90 l. 48).

Idem declarant plura eaque longiora emendata exempli secundi in IV, 1; in VI, 3 et 4; in VI, 2; caetera.

---

[25] Forsitan significare voluerunt, duas illas Declarationes in unam potuisse vel debuisse coalescere.

Alterius generis emendata seu addita exemplo secundo, quae nullo modo fuerint in primo, multo pauciora sunt, id quod jam indicavimus, neque tam efficaciter rem demonstrant, cum saepe verba singula solum addantur, quae etiamsi prius ibidem fuissent, in compendio facile omitti potuissent. Aliquid tamen est, quod si breviator ante oculos habuisset, non videtur omissurus fuisse.

Est locus in parte nona, ubi agitur de remedio afferendo, si forte supremus Societatis moderator inutilis ad gubernandum evaserit. Textus secundus ita se habet: « Dispiciatur an eligi vicarium absoluta cum potestate, quamuis sine nomine praepositi generalis (quamdiu uixerit qui tunc erat) oporteat, et si id pluribus quam dimidiae parti suffragiorum *[quatuor verba sunt addita in margine]* uisum fuerit, sic fiet ». Hunc locum ut contraheret breviator, transcripsit fere ad verbum additamentum tamen omisit: « Dispiciatur an eligi vicarium cum potestate absoluta (sine nomine praepositi tamen quamdiu ille vixerit) oporteat. Si id pluribus uisum erit, fiat » (p. 260 ll. 71-74).

Possumus ergo vix non certam habere huius compendii originem ex primo translationis latinae textu. Hinc illius antiquitas facile constat, cum etiam secundus textus congregationem primam generalem, habitam anno 1558, diu praecesserit. Quod si id quod probabilissimum ducimus, manu Philippi Viti scriptum est, scribendum fuit ante diem 8 Aprilis 1558, quo die ille mortuus est [26].

Fortasse voluit breviator, illam exsequi voluntatem ante annos fere octo a Bobadilla et Salmeron significatam, habendi Constitutionum textum breviorem [27]. Neque hoc alienum a mente S. Ignatii erat, qui aiebat fieri posse, praeter « Constitutiones cumplidas con sus Declarationes », alias quae essent « las conclusiones destas en breve » [28].

Breviatorem illum fuisse Polancum opinamur, non solum quia librarius Joannes Philippus Vitus ei a scribendo erat, et plurima ipsius Polanci manu addita et ementata sunt, sed etiam quia in toto compendio eximia illa ad res contrahendas aptitudo splendet, qua Polancus imprimis excellebat.

Hujus compendii rationes in variatis habemus, paucissimis tantum locis quibusdam, quorum sententia a textu pleno tantisper differre videtur. Ut caetera colligeremus, integrum compendium transcribendum esset [29].

---

[26] Ex cod. *Hist. Soc. 42*, ubi est catalogus defunctorum S. J. annis 1557-1623.
[27] Cf. t. I, monum. 46, nn. 32 et 33, pp. 395 et 396.
[28] V. t. II p. 130 ll. 34-35.
[29] De partibus quibusdam versionis diversae agemus in Appendicibus, n. 2.

ARTICULUS IV

De exemplo latino usurpato in congregatione prima generali

Quoniam supra diximus, absolutam translationem latinam ante hanc congregationem fuisse; consentaneum est ut praeter hispanum textum, etiam ille textus latinus, quem primum diximus, et exempla secundum et tertium Patribus congregatis in manibus essent.

Ac re vera in *Const.* IV, 2 declaratio A, a verbis « Et tunc non potest Societas » sic a congregatione profertur ut verbum de verbo tam cum prima quam cum secunda et tertia translatione conveniat [30] (p. 105 l. 27). Alius locus in ea re similis est declaratio D capitis decimitertii «Non solum repetitiones » [31] (p. 148 l. 56). Convenit quoque longus declarationis textus « Cum uniuersaliter obseruetur » (qui erat in capite secundo sextae partis) allatus a congregatione in decreto 38, et expunctus ex Autographo, f. 130r, cum interpretatione prima et secunda, praeter verbum *professos* additum, et pronomen *ipse* ante *obligaretur* sublatum a congregatione [32] (p. 185 l. 60 var.).

Alii praeterea loci sunt inter se plane concordantes, qui certe ostendunt, textus latinos, quos nos habemus (aliosve prorsus similes), a congregatione prima esse adhibitos. Nec tamen eisdem semper, sed interdum, imo saepe textum hispanum quo utebatur, ipsa congregatio latine transferebat.

In decreto 59 v. g. dixit primum, quomodo se haberet textus hispanicus, « Sic se habebat textus hispanicus », affert autem textum latine; secundo addidit, quid eorum loco reponendum videretur, cum prior ille textus error scripturae putaretur: « Horum loco, quia putabatur error scripturae, quod sequitur reponendum videbatur » sequitur etiam textus latinus; postremo decrevit « emendandum esse textum hispanicum, prout habetur *§ La Compañía* et sic verteretur latine » caet., datque interpretationem latinam tertiam. Atqui nulla ex his tribus cum interpretatione manu scripta in exemplis *Po1, 2, 3*, neque cum editionibus impressis convenit. Habemus ergo locum unum a congregatione prima ter latinitate donatum: primo et secundo ad textum hispanicum exprimendum, tertio ad translationem latinam statuendam.

Id quo clarius pateat transcribimus integrum decretum 59: « In declar. super 2 cap. IV part., *§ Societas [p. 107]*, sic habebat textus hispanicus: *Societas ad usum*

---

[30] *Institutum* II, 163, decr. 26. Priores Declarationes codicis *Constit. lat.* (quas in apparatu critico Declarationum vocamus *Po3*) opinamur, ut supra diximus, textui secundo respondere.

[31] *Institutum* II, 164, decr. 32.

[32] *Institutum* II, 165, decr. 38.

Scholarium exercebit administrationem redituum per Praepositum Generalem vel Provincialem, cui committetur ad defendendum et servandum possessiones et reditus Collegii, etiam in iudicio, cum conveniens aut necessarium erit. Ad eumdem pertinebit admittere quod praeterea dabitur tali Collegio. Horum loco, quia putabatur error scripturae, quod sequitur reponendum videbatur : *Societas in usum Scholasticorum suorum, iuxta litteras apostolicas, redituum administrationem exercebit per Praepositum Generalem, vel alios, quibus ille facultatem ad id communicaverit, quae ad defendendas et conservandas possessiones et reditus Collegiorum, etiam in iudicio, cum hoc convenire vel necessarium esse videretur, se extendat : ac eiusdem Praepositi erit, et eorum, quibus ille facultatem dederit, admittere quidquid praeterea Collegiis ad sustentationem et incrementum eorum in rebus temporalibus donaretur.*

« Visum est Congregationi : emendandum esse textum hispanicum, prout habetur *§ La Compañía*, et sic verteretur latine: *Societas ad usum Scholasticorum suorum, prout litterae apostolicae dicunt, exercebit administrationem redituum per Praepositum Generalem, vel Provincialem, vel alium, cui Generalis id commiserit, ad defendendum, etc.* Et paulo inferius : *Et erit eiusdem Praepositi, vel eius, cui ille commiserit, admittere quod praeterea talibus Collegiis donaretur ad sustentationem et augmentum eorum in rebus temporalibus* » [33].

Ex his translationibus prima non videtur integrum textum hispanum afferre velle, siquidem omittit e. g. locutionem « como lo dicen las bulas », quae nunquam deleta fuit; sed eam praesertim partem indicare, quae errorem scripturae contineat; est autem illa « per praepositum generalem vel provincialem cui committetur », « por el prepósito general o el prouincial a quien él cometiere », quae videtur secunda illius loci lectio.

Secunda translatio latina congregationis hispanicum textum reddit, prout hic erat postquam vox *provincial* deleta nequedum restituta erat, et in hac parte conuenit cum textibus *Po1* et *Po3* et cum prima lectione textus *Po2*, quibus illa vox abest.

Postremo tertio textui illa vox restituitur sive primum posita in textu latino et exinde restituta textui hispano, sive restituta prius textui hispano in textum latinum congregationis translata deinde sit. Additamentum certe est in textu Declarationum tertio seu *Po2*, manu Polanci scriptum : « prouincialem uel ['vel' *pr.*] alium cui generalis commiserit », quod unius pronominis *id* omissione a congregationis versione differt [34].

E reliquis locis quos prima congregatio per se ipsa transtulit, cum omnes in apparatu critico notati sint, paucos breviter indicare, duos paulo fusius tractare liceat. In decreto 24 declarationem B *Const.* II, 4, (p. 73) sic vertit: « Qui egrediuntur a Societate sua sponte, quamvis iudicentur ad eam idonei, si aliam religionem essent ingressi, et habitum eius assumpsissent, non videtur eos Societas recipere debere, nec minus curare ut eos ad se reduceret ».

Translatio haec multo magis textum hispanum quam primam translationem sapit: « quamvis iudicentur ad eam idonei », « aunque se juzguen

---

[33] *Institutum* II, 169-170.

[34] V. variata loci hujus, *Const.* IV, 2, C, in t. II, p. 397, in var. textus *B* ll. 10-12.

idóneos para ella »; « si... habitum eius assumpsissent »; « si tomasen el hábito della », caetera.

Differt quoque translatio loci ex prooemio *Const.* IV, allati in decreto 25, ubi ait « videri necessum » pro « necessarium... esse visum est ». In capite IX, declaratione A, versio manu scripta habebat « post septennium », congregatio vertit « post septem annos » in decreto 28 [35].

Maioris momenti ac longiori tractatione historica digni sunt loci duo. Primus est quem congregatio decreto 27 emendavit; hoc autem decretum est hujusmodi: «Cap. 6 Const. IV part., ubi dicitur defendendam traductionem quoad eius fieri poterit, visum est: tollenda esse ultima haec verba, *quoad eius fieri poterit;* quia ubique potest defendi vulgata editio, iuxta Constitutiones Concilii Tridentini » [36].

Agitur hoc decreto de translatione vulgata sacrorum bibliorum defendenda. Patet nostrum non esse, quaestionem exegeticam hoc loco tractare, sed historiam tantum emendationis a congregatione in textum Constitutionum illatae exponere. Ecce igitur historiam hanc, quam etiam in primo tomo promisimus [37].

Est locus quidam singularis, codici *B* seu Autographo insertus proponentibus anno 1551 Lainio, Salmerone et Araoz [38]. In *Const.* IV, 65, commendabatur, ut, si studium linguarum, quibus libri sacri scripti translatique sunt, susciperetur, id fieret animo translationem ab Ecclesia usurpatam semper defendendi. Tres illi Patres duplicem, ut ipsi aiunt, huic loco moderationem afferendam proposuerunt: primam ut diceretur, inter alios fines, illam etiam defensionem esse, discendarum enim linguarum causas alias justas esse posse; alteram, ut defenderetur versio vulgata, quantum fieri posset. Utraque ergo moderatio addita est Autographo manu Polanci [39].

At vero congregatio generalis prima judicavit, vulgatam versionem defendi semper posse, quare phrasim illam « quoad ejus fieri possit » tollendam censuit. Itaque e duabus illis moderationibus alteram sustulit, primam retinuit.

Si ergo phrasis haec sublata est ex Autographo a congregatione prima, et translatio latina ante coactam congregationem facta jam erat, et quidem ex Autographo, ut capite quarto dicemus, qui factum est ut eadem illa phrasis non esset in translatione prima? Numquid additio in Autographo etsi proposita anno 1551, scripta tandem post aliquot annos est, facta jam translatione latina? An forte non uno sed diverso tempore addita est altera moderatio « en quanto se pudiere »? Hanc alteram suspicionem probabilem facit non solum scripturae forma, quae etsi tota Polanci, diversa tamen

[35] *Institutum* II, 163.
[36] Ib.
[37] In c. 1, a. 9, § 4, p. LXXXIX.
[38] Cf. t. I, monum. 46, n. 22, p. 393.
[39] Cf. t. II p. 426, textus *B* ll. 86-89.

aliquantulum in secunda moderatione est, sed etiam quod in exemplo hispano C, f. 78r, verba illa « en quanto se pudiere » scripta non sunt, etsi hoc exemplum ex Autographo quoque transcriptum est. Primae suspicionis fundamentum non habemus, cum exemplum hispanum Natalis, quod ille in Hispania habuit anno 1553, utramque moderationem uno tenore scriptam contineat.

Cum tamen utraque moderatio eisdem auctoribus eodemque tempore proposita sit, difficultas autem nihil ab ea differat, quam complures alii loci praebent (de qua in t. II diximus [40]) eadem fere solutio, idque potiori jure, huic loco adhibenda videtur. Opinamur enim explicationem non solum a translatore Polanco, sed forsitan etiam ab Ignatio Patre esse hauriendam. Si modum legimus quo locum hunc prius Ignatius expresserat, non sine fundamento suspicamur ipsum etiam illud pro certo habuisse quod deinde Patres congregati decreverunt, posse vulgatam versionem semper defendi. Aiebat enim: « Las lenguas, si se aprenden, sea con intenção de defender la traductión que tiene approbada la Yglesia ». Qualis autem Sancti Patris mens in ea re fuerit, uberius ipse in chirographo quodam declarat his verbis: « Si la lengua hebrea, griega, etc., se estudiarán con ánimo de defender la translação que la Yglesia tiene y para declararla. Y no deziendo que en la tal translação está mal, o bien y en la tal lengua mejor; mas siempre fauoreciendo a la translação recibida por la Yglesia, deziendo ser mejor y sumamente verdad » [41]. Ac ne de Ignatii sententia dubitare liceat [42], alio loco sentit, eos qui linguarum studio se dederint, non solum obtinuisse debere gradum in aliqua facultate, sed etiam « siendo tenidos y juzgados por mucho húmiles y obedientes y así credulos y firmes que sientan fuerças en el Señor nuestro para enteramente creer, y con su diuino auxilio quando fuese tiempo, alcançando doctrina sufficiente para defender no solamente la sententia y palabras, mas todas sílabas que se hallaren en toda la traduçión de la Sagrada Scriptura tenida y obseruada comúnmente por la nuestra santa madre Yglesia hierárchica » [43].

Etiam huic loco particula *si* praeposita est; sed adjunctum quoque in fine adverbium *Afirmatiue*.

Quare suspicamur moderationem illam utramque admisisse Ignatium, primam quidem libenter, alteram vero ita ut sententiam suam animo retineret, eamque, occasione data, Polanco aperiret, qui postea translationem latinam dictans Ignatiique mentem retinere cupiens, primam moderationem retinuit, alteram etiamsi in hispano textu invenit, eam tamen omisit. Ideo congregatio prima verba illa « quoad ejus fieri poterit », vel potius hispana « en quanto se pudiere » ex Autographo hispano sustulit, in versione latina non invenit.

---

[40] *Proleg.* c. 3, a. 2, § 2, p. XLVIII.

[41] V. t. I, monum. 28bis, p. 203 n. 25.

[42] De particula *si* initio addita, v. t. I, *Proleg.* c. 2, a. 8, § 3, p. CXLII.

[43] V. t. I, monum. 28, p. 191 n. 23. Ad rem et praxim ipsius Ignatii cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 584.

Illud mirum videri possit (ut etiam hoc per transennam annotemus) Lainio praeside et Salmerone praesenti, congregationem primam verba illa quae nobis nunc necessaria videntur, tollenda decrevisse, quae illi ipsi Lainius et Salmeron proposuerant. Id quidem et Patrum congregatorum libertatem et fortasse etiam filiorum erga P. Ignatium reverentiam ostendit. Quibus adde (idque potuit praecipua hujus mutationis causa esse) decretum concilii tridentini a congregatione indicatum [44].

Alter locus paulo fusius tractandus, est *Const.* IX, 3, 5-7 (pp. 249-250). Fuit haec una e Constitutionibus extra illarum librum repertis, quam dicit congregatio, decreto 77, recognitam fuisse a P. N. Ignatio, a se autem approbatam et huic Constitutionum loco inseri jussam [45]; inserta est hispane in Autographo hispano, f. 88v [46].

Locus hic non reperitur latine manu scriptus in ullo ex tribus textibus, quos novimus *(Po1, 2, 3);* inter decreta autem congregationis est inchoatus in fine decreti 77; res quidem, imo sententiae fere omnes et saepissime verba ipsa reperiuntur in instrumento publico de hac re, quod adjunctum est decreto 100 [47]. In decreto 144 agitur denuo de hoc argumento, additurque esse procurandum breve apostolicum etc., nihil vero novi de textu Constitutionibus inserto. Ipsum autem instrumentum originale authenticum cum notarii subscriptione et signo, at sine sigillo, asservatur in codice *De rebus cong. gen.* I-V, f. 19. Apographa sunt, unum in cod. *Acta cong.* I-VIII, f. 22v-23r, alterum in cod. *Instit.* 222, ff. 201r-202r.

De latina vero hujus loci translatione Constitutionibus inserenda notavit Polancus in exemplo *Po3* ad marginem: « # Hic addatur marginalis constitutio versa » (p. 249 l. 38 in var.). Ubinam est constitutio illa marginalis? Ex dictis opinamur, significare Polancum, non textum aliquem latinum, sed textum hispanum, qui additus est in margine codicis *B* (Autographi) f. 88v, codicis *C* f. 143r, et exempli *B' (Instit.* 222*)* f. 96r. Et quoniam in tribus locis unus idemque textus est, potuit ex illorum quocumque fieri translatio. In exemplo autem *C* est Polanci notatio: « Approbo totam constitutionem in margine positam. Jo. de Polanco » [48]. Fortasse hunc marginem indicare ille voluit, quando in tertio exemplo latino scripsit « marginalis constitutio versa ». Caeterum, quando hanc Polancus notationem scribebat, probabiliter constitutio haec nondum versa erat latine, ideoque scripsit Polancus « addatur... constitutio versa », id est « vertatur et addatur ». Hanc conjecturam confirmat lectio prima non absoluta: « Hic addatur et ver », imperfecto verbo *vertatur* (?). Instrumentum notariale quod diximus, factum est die 30 Augusti 1558, paucis diebus ante solutam congregationem generalem; quo tempore etsi perfecta jamdiu erat latina Constitutionum translatio, fieri tamen optime potuit, ut haec extra librum reperta constitutio (de qua deliberan-

---

[44] Decretum de canonicis Scripturis in sessione quarta, die 7 Aprilis 1546.
[45] *Institutum* II, 173.
[46] V. t. II pp. 672-673.
[47] *Institutum* II, 173 et 178-179.
[48] V. t. II p. 672 var. textus *B* l. 66.

dum fuit, utrum textui Constitutionum insereretur necne), nondum in latinum conversa esset. Itaque ipsa congregatio latinam fecit faciendamve curavit, primaeque editioni inseruit.

Quod si textum Constitutionibus insertum cum textu instrumenti authentici comparamus, videbimus illum non ex hoc esse desumptum vel excerptum, sed ex hispano translatum, id quod tres illos textus conferenti facile patet. Deinde quod ad ipsam facultatem generali concessam pertinet, majorem tribuit congregatio seu congregationis decretum quam Constitutiones. Nam in Constitutionibus dicitur, n. 5, esse « penes Praepositum Generalem facultas agendi quosvis contractus emptionum aut venditionum quorumlibet bonorum temporalium mobilium tam Domorum quam Collegiorum Societatis »; de bonis immobilibus vendendis expressa mentio non est; decretum vero, « juxta bullas et Constitutiones », concedit expresse facultatem « ad quosvis contractus, ut emptionum, et venditionum, et cessionum quarumlibet rerum temporalium mobilium vel immobilium celebrandum ».

Reliqua congregationis emendata, quae versionem latinam diversam continent, vide suis locis in apparatu critico.

De textibus latinis manu scriptis plus etiam satis dicta sunt.

CAPUT TERTIUM

Quisnam Constitutiones latine reddidit

ARTICULUS UNICUS

Polancus translator

Diligentissimus historiarum nostrarum scriptor Sacchinus, quando primae congregationis acta circa Constitutiones enarrat « Ad extremum, inquit, earum latina versio a Polanco elaborata per designatos recognita cumque exemplari collata Hispano, tandem comprobata est; sancitumque vt nulla praeterea nisi de totius Societatis auctoritate versio fieret eaque primo quoque tempore chalcographis mandaretur typis, quod continuo in collegio romano fieri est coeptum »[1].

Vides quasi per transennam dicere Sacchinum, a Polanco elaboratam esse latinam Constitutionum interpretationem, tamquam rem omnibus perspectam diceret.

Societatem ingressus est Sacchinus anno 1588, fere triginta annis post factam translationem et duodecim post mortem Polanci. Re vera itaque possumus ejus testimonium accipere, non quidem ut Polanci aequalis alicujus,

[1] *Historiae Societatis Jesu* pars secunda, l. 2, n. 50.

at certe ut testis qui et illius aequales permultos et communem sociorum illorum de hac re sententiam cognovit. Nos nullum adhuc antiquiorem testem offendimus. Quod ad posteriores pertinet, Alegambe, Sotuellum, ceteros, nihil mirandum quod Sacchinum sint secuti, sed novum pondus illius auctoritati non addunt. Si ergo Sacchini dictum declarari oportet, aliam viam ingrediamur necesse est. Nos itaque textum imprimis interpretationis antiquissimum et ipsius Polanci dicta expendemus, tum vero translationis dictionem latinam primum cum dictione hispana, deinde cum scriptis aliis latinis, quae certe Polanci sunt, comparabimus.

§ 1. Monumentorum scriptorum indicia

Ex iis quae capite secundo dicta sunt, novimus quatuor vel quinque homines in primo translationis textu aliqua scripsisse, binos praesertim librarios, qui longe maximam codicis partem scripserunt, praeterea Cardulum et Polancum, qui multa emendarunt. Jam vero ipsos librarios, praesertim illum qui scripsit v. g. « Quamvis aequitas se habent » pro « Quamvis haec ita se habeant » translationis auctores non fuisse, facile patet. Estne Cardulus auctor habendus?

Primum Cardulus nullum longiorem locum nedum integram partem vel caput, sua manu scripsit; deinde nescimus habueritne ille ad manum librarios quibus vel dictaret, vel a se scripta describenda committeret. Dubium quoque nobis est, fueritne Cardulus hispanae linguae adeo peritus, ut ex hispanico textu latinum dictare posset; dictatam vero esse translationem quibusdam locis, probabilissimum censemus. Rationem etiam vidimus qua emendanda proponebat, calamo subter verbum corrigendum ducto, et varia plerumque ad hunc finem subministrans; non est haec consueta ratio emendantis sua. Postremo vir latinae linguae imprimis gnarus et orationis elegantiae studiosus, per se ipse interpretis officio functus, multo saepius illas dicendi formas usurpasset, (nominatim accusativum cum verbo infinito, potius quam particulam *quod* et verbum finitum) quas deinde in margine textus proposuit. Haec omnia persuadent, nisi nos fallit opinio, Cardulum Constitutiones ex hispano in latinum non vertisse. Cumque illius emendata in omnibus Constitutionum et Declarationum partibus (exceptis Constitutionibus de universitatibus) eodem modo proposita inveniantur, nullam partem Cardulum latinam fecisse arbitramur, nisi forte septem illa capita Constitutionum de universitatibus. Sola tamen absentia emendatorum huiusmodi satis certe non est, ut haec illi capita tribuamus.

Itaque si quem ex quatuor vel quinque hominibus, qui scriptionis participes fuerunt, interpretem habere debeamus, is certe Polancus est.

Huic praeterea a scribendo erat Philippus Vitus; probabiliter primus librarius, qui magnam primi textus partem, Examinis emendata et totum

Constitutionum exemplum secundum scripsit. Polancus poterat ex hispanico textu latinum dictare; ipse sua manu scripsit binos locos, longiusculum initio Declarationum partis octavae; postremo interpretationem sic Polancus emendat, ut nostra solemus, quamquam id quidem postremum existimamus eodem modo in translatione aliena eum facturum fuisse, si quidem ipse sponsor de illa futurus erat.

Jam ad aliquot dicta Polanci, quae de translationis historia ab illo scripta sunt et ad rem praesentem faciunt, venimus.

In his dictis aliquid est quod plane intelligitur tam si ipse per se interpretationem fecit, quam si alii vel aliis faciendam commisit, imo aliquid fortasse melius si alii committere, aliquid melius si ipse facere voluit. Etenim Hieronymo Natali v. c. scribit: « Las Constitutiones procuraré se hagan latinas estas vacantias » [2]. Haec scribebat die octavo Junii 1555; sive autem per se voluerit id praestare, sive per alium, subsequentibus tamen feriis nondum praestitit (id quod in capite quarto fusius exponemus). Jam anno superiore, mense Januario idem speraverat, sed molem negotiorum excusabat, quod translatio nondum facta esset « cum mole occupationum ualde premamur » [3]. Quanta vero negotiorum mole Polancus ipse premeretur, notum est [4]. At si alii faciendam committere voluisset, num omnes, qui ad hunc laborem idonei fortasse fuissent (puta magistros aliquos qualis erat Cardulus), tam distentos rebus aliis invenisset, ut Constitutionibus latine reddendis vacare non possent, praesertim feriarum tempore, ut loquitur ipse Polancus?

Andream Frusium suspicati sunt quidam, partium quarundam interpretem fuisse [5]. Liquido id negare non audemus. At quo tempore translatio facta est, Frusius aut morbo gravissimo laborabat, aut e vivis jam excesserat. Modo diximus factam non esse feriis aestivis anni 1555. Incepit autem Frusius gravi morbo tentari saltem mense Augusto illius anni; paucis post diebus relevatus, iterum morbo premitur, ac mense Septembri ethica febri. sanabili tamen, teneri eum denuntiatur [6]. Ac re vera illo anno sat bene valuit, multumque industriae in re litteraria (quae ejus erant partes praecipuae) posuit; mentio latinarum Constitutionum nulla [7].

Anno sequenti 1556 dicitur Frusius « melius valere », mense Julio, id quod significat, eum denuo vix mediocri valetudine gaudere. Mense autem Septembri proximo scribit Polancus ad Ribadeneiram: « El P. Frusio se está assí, tan estenuado, que no sabemos si se ha de computar entre los de este mundo o del otro ». Reapse migravit ad Dominum die 26 Octobris eius anni, postquam per integrum annum gravissime laboraverat, inquit

---

[2] *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IX, 116.
[3] Ib., VI, 227, 23 Jan. 1554.
[4] Cf. *Po. Compl.* I, 87-90.
[5] La Torre in Praefatione operis, *Constitutiones latinae et hispanicae*, p. VI.
[6] *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IX, 402, 406, 434, 578.
[7] Ib. X, 388, 28 Decembris 1555.

Theodoricus Gerardi, qui ephemeridem romanam domiciliorum Societatis eo tempore scribebat [8].

Cum autem hoc praecise tempore, seu anno 1556 post mortem Ignatii Patris, Constitutiones factae latinae sint (qua de re deinde) parum probabile est, partem aliquam Frusium perfecisse.

§ 2. Translationis latinae cum textu hispano collatio

Adhuc itaque nihil obstat, quominus Polancum pro interprete Constitutionum habeamus.

At P. Josephus Boero in suis Animadversionibus in Constitutiones pro certo ponere videtur fuisse interpretum varietatem; ait enim: « Haec [defectus seu incommoda quaedam versionis Constitutionum] autem evenisse patet primum ex interpretum varietate ». His autem adjungit: « Latinae versionis auctorem fuisse P. Ioannem Polancum diserte tradit P. Franciscus Sacchini ... Sed plures non desunt rationes magni momenti, quibus, quod tam certo alii asserunt, in dubium non leve vocari possit, aut saltem adstrui, Polancum quidem plurimum elaborasse ... ad versionem latinam conficiendam, quin tamen eiusdem unicus et proprius ipse auctor dici et haberi debeat » [9].

Dolendum sane, quod P. Boero ex illis pluribus et magni momenti rationibus, quas dicit non deesse, ad adstruendum, Polancum non fuisse proprie auctorem, unam tantum indicaverit, varietatem stili; etsi hanc stili varietatem ex admissa interpretum varietate derivare potius videtur quam probare; ait enim: « Ex varietate itaque interpretum varietas quoque styli ac dictionis orta est, quae obscuritatem quandoque induxit » [10], neque ullum singularem locum affert.

Alias ergo rationes examinare non possumus. De varietate stili aliquid attingendum est. Atque ut ab iis, quae facilius sub omnium oculos cadunt, ordiamur; estne modus dicendi latinus, qui ipsam orationis conformationem respicit, ab hispano valde diversus? Nam si orationis latinae structura imaginem hispanae saepe refert, translationis auctores ex varietate orationis latinae sine causa quaesieris. Atqui conformatio orationis Constitutionum hispana frequenter eadem est ac latina.

Totum prooemium v. g. duabus orationibus periodicis optime constructis (praeter exitum primae) continetur. Prima est illa « Quamvis summa sapientia » caetera, quae v. p. 39. Eadem est textus hispani conformatio; ne particula quidem hispana respondens latinae *tamen*, initio apodosis, ut alias saepe, hic desideratur. Et quamvis hujusmodi amplitudinem orationis rarissime inveniamus; frequentissima tamen est alia ratio multo simplicior illa certe, referens nihilominus aliquo modo periodicae constructionis imaginem,

---

[8] Ib. XII, 73; *Lainii Monum.* I, 364; *Po. Compl.* II, 591.
[9] Pag. 134 opusculi *Animadversiones*.
[10] Ib. p. 135.

ope particularum quarumdam *Quamvis, Quando, Cum, Si,* caeterarum, quae orationem in partes saltem duas divisam et comprehensam praenuntiant [11]. Atqui raro accidit ut haec structura latina hispano textui ad amussim non respondeat, atque his ipsis paucis locis adeo tenue discrimen est, quod certe per se solum non sufficiat ad plures interpretes asserendos. Ita in *Const.* IV, 10, A, incipit eo modo « Quamvis hoc ita se habeat, tamen » quod hispane est « Con esto ». Eodem prorsus modo *Const.* V, 1, C. Alia quoque structura latine atque hispane incipit *Const.* VI, 4, A : « Si aliqui ex infirmis, quod in phrenesim inciderint » caet. « Algunos enfermos por ser entrados en frenesía » caet. Haec et alia hujusmodi nullius momenti aestimanda videntur, si cum innumeris locis conferuntur, quorum translatio latina est hispani textus imago fidelissima.

Itaque si qua difficultas ex parte nascitur, in textum hispanum recidit, de qua in *Proleg.* t. II egimus [12].

Fortasse invenerit quispiam in eo ipso genere dicendi majus elegantiae studium in usurpandis particulis quibusdam, *autem, tamen, vero,* et si quae sunt aliae. At si latini textus evolutionem in apparatu verborum critico persequi voles, invenies profecto, has particulas saepe non in primo textu, sed in sequentibus emendationibus adhibitas esse. Et quidem de particula *tamen* non raro notat La Torre in suis *Animadversionibus in versionem* non esse in textu hispano, itaque mirum non est, abesse illam a prima interpretatione.

Illustrari fortasse res potest collata interpretatione latina Exercitiorum vulgata, quam ita Frusius elaboravit, ut latinae dictionis dispositio frequentius ab hispana recedat, etsi non diffitemur hispanam linguam Exercitiorum rudiorem saepius esse quam Constitutionum ; cumque Frusius elegantiam linguae latinae data opera persequeretur, inconditam Exercitiorum linguam necessario fugiebat. Translator Constitutionum contra, cum elegantiam sermonis nec magnopere quaereret, nec studiose vitaret, poterat illam constructionem quam diximus hispani textus non invitus retinere.

Quamquam vero quae de similitudine inter hispanam et latinam orationem Constitutionum exposuimus, vera sunt; negari tamen non potest, aliis locis non paucis conformationem latinae orationis ab hispana discedere. Ita e. g. in *Exam.* IV, 8 (p. 18) retenta una propositione principe, « interrogetur - le será demandado »; propositiones, quae subordinatae dicuntur, ita inter se coordinantur ut faciem omnino aliam ab hispanica exhibeant, neque hic locus dictatus ex hispano dici posse videatur (retine tamen primam Examinis scriptionem nos non habere). Locus *Exam.* VII, 1 (p. 35) continet in textu hispano tres propositiones principes inter se coordinatas per particulam *y*: « han de hacer ... voto ... y desde entonces se reputarán escolares ... y en tal caso ... quedan libres ... » praemissis et interpositis propositionibus ita inter se subordinatis, ut tota paragraphus uno circuitu

---

[11] Conferri possunt *Exam.* I, 4; IV, 2, 3, 6, 8, 26 ad finem; *Constit.* I, 1, nn. 2, 3; 3, n. 1 et decl. A; II, 4, nn. 5-8 et decl. A; III, 1, decl. X; in c. 2 n. 1 et decl. A, B, caet.

[12] In c. 7, a. 2, § 2, p. CLVI, et c. 8, a. 1, § 2 p. CLXVI, et a. 2 pp. CLXIX sqq.

claudatur; latine vero bis absolute clauditur sententia antequam ad finem perveniatur. Itaque etiam hic tota orationis facies mutata est.

Idem observare possumus quibusdam Constitutionum locis. In *Const.* I, 1, D pro duabus orationibus hispanis cum uno expresso verbo principe, altero omisso, ponuntur duae latinae cum verbo expresso in utraque: « El cual Examen se propone... y los impedimentos aun antes » caet. « Illud autem Examen ei proponi debet... Et quidem impedimenta... proponi debent » (p. 46 ll. 58-61).

Contra circuitus unicus hispanus cum una oratione principe, caeteris omnibus subordinatis, in *Const.* IV, 6, 2, in plures dividitur latine: « Después tengan deliberación firme... persuadiéndose no poder... y que cuando nunca llegasen... sea obra » caet.; latine vero tres orationes principes inter se coordinantur: « Praeterea... animum studiis applicare deliberent; sibique persuadeant... Et... apud se statuant » (p. 119). Similiter in numeris 4 et 5; ultimum enim membrum paragraphi quartae et primum quintae unica propositione principe colligantur hispane, « podrá estudiarse », latine duabus « addisci poterunt », « disci poterunt » (p. 121). Item in numero 16 propositiones binae latinae respondent uni hispanae (p. 127). In capite octavo, numero 3, sunt latine quatuor verba praecipua: *se... exerceant, studeantque, oportet, utantur* (pp. 131-132 ll. 18-22) hispanice unum *se ejercitarán.*

His aliisque locis non paucis abest illa similitudo dispositionis textus latini et hispani; igitur conformatio seu structura latinae dictionis translatori ipsi tribuenda est. Et his quidem locis plerisque nisi forte omnibus, varia orationis membra accuratius latine quam hispane inter se colligata sunt, praesertim ubi textus hispanus additamentis auctus est, id quod in nonnullis ex allatis (sine delectu tamen assumptis) contingit; ita in *Exam.* VII, 1 et in *Const.* I, 1, D (pp. 35 et 46).

Estne horum elegantiorum locorum translatio alii danda? Videant peritiores; nos rem aleae plenam putamus, ex hoc uno capite laboris alicujus auctorem designare, praecipue quando de alieni operis translatione agitur, in quo genere, multo minus quam in suis, ingenium quisque suum exhibere potest.

§ 3. Reliqua Polanci scripta latina cum translatione Constitutionum conferuntur

Ad Polancum revertimur, qui alia plurima latine scripsit, epistolas, Societatis Chronicon, Directorium Exercitiorum, caetera, quae ad nos usque pervenerunt, quorum operum dicendi modus si cum latino Constitutionum dicendi modo aliquibus rebus conveniret, quae Polanci propriae et quasi tessera illius essent, translationis ab illo factae probabile omnino esset argumentum.

Jam vero locutionem quamdam Chronicorum auctor valde amat, quam proinde cum in Chronico tum etiam in Directorio Exercitiorum scriptisque

aliis saepe offendimus. Ea est locutio negans cum participio *paenitendus*, pro *non parvus*, *non contemnendus*, caeteris. Itaque ait in Chronico : « nec poenitendus fructus » « cum fructu non poenitendo »; « non poenitendum auxilium » ; « nec poenitendus ... fructus » ac similiter saepe alias [13]. Etiam in suo Exercitiorum Directorio : « fructus non poenitendus »; « profectum non poenitendum » [14]; et in epistola quadam ad cardinalem Hosium scribit de Salmerone « qui postquam Uenetiis non penitendo cum fructu concionatus est » caet. Et in Commentariolis, ubi quaedam matrona domum probationis dotasse dicitur « testamento quosdam redditus non poenitendos ei relinquens » [15].

Haec autem locutio latinis Constitutionibus omnino abest. Aderat quidem bis in textu primo ; « Doctrina ... non poenitenda », « doctrinam non poenitendam »; sed utrobique scripta est vox illa ipsius Polanci manu (deleto verbo *sufficiens* et *sufficientem*, quod deinde restitutum est p. 165 ll. 26-28) id quod, cum ostendat placere Polanco locutionem, eidemque tribuendam esse correctionem, afferri tamen non potest tamquam indicium factae ab illo translationis.

Quamvis autem locus alius adeo Polanci proprius nobis non suppetat, reliquam tamen dictionem comparare liceat. Nam si aut eaedem similesve cogitationes eodem similive modo in reliquis Polanci operibus atque in translatione exprimuntur, aut similes constructiones frequenter usurpantur, haec non quidem ad certitudinem pariendam, at certe ad confirmandum indicio esse possunt; vel saltem illud efficient, dictionem latinam translationis Constitutionum polancianae dictioni consentire. Illud vero in hac comparatione curandum est, ut lingua aliorum Polanci scriptorum cum lingua primae interpretation*is* conferatur, qualem habemus in exemplo *Pol*, interpretem enim quaerimus, non correctorem, qui certe non unus fuit Polancus, quamquam nos non fugit, alia illius scripta, praesertim epistolas, plus minusve emendata Polancum nobis tradidisse ; accipimus tamen id quod habemus.

Primum ergo usus gerundiorum ablativi in translatione frequentissimus, in reliquis Polanci scriptis non rarus est. Ita in Chronico « parentibus eorum satisfaciendo ... ut adjuvarent curando » ; « in Dei providentia spem constituendo » ; « veniam petendo ... et concordiam firmando » ; « partim legendo, partim praedicando » ; « concionando et doctrinam christianam docendo » ; « excusationes aliquas obtendendo » ; « saluti consulere Rossano discedendo debuit » ; « id narrando quod non ita se habebat » ; « id nostro instituto repugnare significando, et Dominae Jacobae gratias agendo » ; « gratias ei agendo et suam operam illis offerendo » ; « significando quod qui contraxissent » ; « benevolentiam ei non exiguam ostendendo » caetera [16].

---

[13] I, 229, 233; IV, 82; VI, 8.
[14] *Monum. Ignat.*, ser. 2ª, pag. 800, n. 15, pag. 806, n. 41.
[15] *Po. Compl.* I, 460 et II, 683, n. 78.
[16] *Chron.* I, 53, 58, 84, 85; II, 17, 18, 28, 29; III, 6, 22; IV, 37, 79.

Rariora sunt gerundia in epistolis, quae quidem magis elaboratae videntur [17]; frequentiora in Commentariolis: « exactius quam unquam antea, probationibus novitiorum et diutius vacando »; « alios redditus pollicendo »; « redditus separatos... offerendo » caet. [18].

Hujusmodi ergo gerundiorum usum frequentem in Constitutionibus latinis habemus, maxime in primo textu: « domum circumeundo, et siquid oculos offendit, adnotando et superiori referendo, uel eumdem qui errat, commonefaciendo » (nunc aliter, p. 85); et paulo post: « morosos se exhibendo... patientiam veram habendo... eam prae se ferendo » caetera (ibid.); « agnoscendo superiorem... Christi Domini loco... amore eum prosequendo » (nunc aliter); « commendando » et « commendare curando » (nunc aliter).

Amat Polancus, ut alii multi, negatis contrariis contraria exprimere. Ergo dicit *non parum* pro *multum*, *non vulgaria* pro *insignia*, *non pauca* pro *multa* et similia plura. Ita in Chronico multis locis [19]. Etiam in Epistolis; « spiritualem laetitiam non mediocrem omnes persensimus »; « impudicae mulieres ad... minime uulgarem poenitentiam reuocatae »; « utraeque [litterae] non parum consolationis Rdo. Patri nostro Vicario attulerunt » [20]. Locus est singularis in *Commentariolis:* « et prior [Pereira] mirifice, 2s [Gagliardus] non mediocriter probatus est » [21].

Similis ergo dicendi modus in translatis Constitutionibus est. « Confessarius non ignoret, quos casus », caetera, (p. 82 l. 70, hispane « sea informado »); « Cura infirmorum non mediocris habeatur » (p. 97 l. 90, hispane « mucho cuidado »); « ob causas alias raras et non levis momenti » (p. 112 var. l. 69); « nec desit qui » (p. 125 l. 41, hispane « habiendo quien »); « non mediocrem *[sic]* sui talenti ac virtutum specimen [aedificationem ac satisfactionem *prius*] praebuisse oportebit » caet. (p. 166 ll. 58-59).

Usurpatas frequenter invenimus ut in scriptis polancianis, sic in latinis Constitutionibus locutiones ope verbi *functionis* constructas. In Chronico: « charitatis functionibus », « in corporalibus misericordiae functionibus », « humilitatis et charitatis functionibus », « spiritualibus functionibus »; « laboribus ac poenitentiae functionibus » [22]. In Commentariolis: « alias Societatis nostrae functiones exercere » et « charitatis functionibus vacabat » [23]. In epistolis: « in charitatis functionibus cum infirmis » [24].

Sic in Constitutionibus: « ad alias etiam functiones » (p. 98 l. 16); « aliisque erga proximos functionibus » (p. 120 l. 19); « idonei... ad suas functiones » (p. 140 l. 78); « ad theologiae functiones » (p. 159 l. 53).

---

[17] Cf. *Lainii Monum.* I, 373-375, 560-562; *Po. Compl.* I, 437-440, 440-441 caet. ad cardinalem Hosium datae.

[18] *Po. Compl.* II, 646, n. 22; 655, nn. 73-74.

[19] *Chron.* I, 10, 14, 43, 67, 83; II, 11, 16, 99, 308 caet.

[20] *Po. Compl.* I, 459, 635; *Lainii Monum.* II, 458.

[21] *Po. Compl.* II, 687, n. 15.

[22] *Chron.* I, 34, 57, 60, 62, 67; VI, 34.

[23] *Po. Compl.* II, 640, n. 33, 649, n. 47.

[24] *Lainii Monum.* II, 554.

Frequentissimus quoque est in Chronico et in translationis textibus duobus antiquis usus pronominis *hic, haec, hoc,* pro *is, ea, id* ante pronomen relativum *qui, quae, quod,* qui usus, in textu praesertim tertio, longe maxima ex parte emendatus est, mutato pronomine *hic* in *is*, e. g. decies in declaratione prooemii Constitutionum (pp. 42-43).

Solet quoque Polancus pronomina demonstrandi *hic* et *ille* conjungere aut pro hispanis indefinitis *uno* et *otro* vel pro latino *alii* aut pro adjectivis *varii, diversi, complures* et aliis. Sic ait: « In familiaribus colloquiis cum his et illis agere solitus fuit »; « per familiaria colloquia hujus et illius juvandi studium interim omisit »; « hos atque illos adjuvabat » [25]. In epistola quadam: « ut non solum hunc et illum, sed ipsam congregationem cognoscant » [26].

Eadem ratio frequens in translatione. *Const.* III, 1, nn. 3, 7, 9: «Nec domi cum his et illis promiscue... uersentur » (p. 77); « in hoc uel illo opere pio dispensare bona sua » (p. 80) « huic [loco] potius quam illi » (p. 81). In *Const.* IV, 2, F; 5, 2; 6, L: « in hanc vel illam partem transit » (p. 108); « Quid hi vel illi addiscere debeant » (p. 118); « suorum studiorum specimen, nunc huius nunc illius » (p. 125). In *Const.* VII, 1, 2 et 4: « mitti potius in hanc partem quam in illam »; « ad hunc vel ad illum proficisci juberet » (pp. 198 et 199); in 2, 1: « curet [praepositus generalis] in suis ad hanc potius quam ad illam partem mittendis, ad hoc opus potius quam ad illud » caet.; in 3, titulus: « Quando per se in hanc et in illam partem quis movetur » (nunc aliter); ib. n. 1: « in hoc vel illo loco haerere » (nunc *immorari*); in 4, 8: « curabunt... hunc et illum... ad meliora promovere » ubi nunc legimus *proximum* (pp. 201, 211, 214).

Hispane sonant locutiones quaedam cum verbo *conceptus* pro *cogitatione*, quas cum in Polanci scriptis, tum in Constitutionibus latinis legimus. In *Vita Ignatii:* « Multi spirituales conceptus ei occurrebant »; « Suos conceptus explicabant » [27]. Sic etiam in directorio Exercitiorum polanciano « animi conceptus et illustrationes », et paulo post « aliquos conceptus attingendo, quos is prosequatur » [28].

In *Const.* III 1, 21: « Suos bonos conceptus... exprimant »; in IV, 6, O: « libelli... propriorum conceptuum »; in VII, 2, I: « motus animi aut conceptus qui in contrarium occurrunt », ubi nunc est *cogitationes* (pp. 89, 127, 209).

In rerum enumeratione atque alias etiam, frequentissimus est apud Polancum usus adverbii *demum*, pro *denique* vel *postremo,* idque praecedente saepius conjunctione *et* vel *ac.* Ita in Chronico [29] et in Constitutionibus (pp. 118 l. 41, 132 l. 21 caet.).

---

[25] In *Vita Ignatii, Chron.* I, 25, 26, 53.

[26] *Lainii Monum.* II, 80.

[27] *Chron.* I, 32 et 60.

[28] *Monum. Ignat.* ser. 2ª, p. 805, nn. 34, 35.

[29] I, 81, 92, 93; VI, 11, 25, 28 caet.; item in *Epist. P. Nadal* I, 281 sunt «litterae patentes» datae Natali a S. Ignatio, quas admittimus esse scriptas a Polanco secretario; locus qui ad rem facit est certe illius manus.

Postremo rationem dicendi quamdam notemus hic oportet, cujus emendationem innumeris locis primi textus Fulvius Cardulus indicavit, Polancus plerumque admisit; particulam *quod* dicimus cum verbo finito praecedente nominativo, pro verbo infinito praeposito accusativo. Ita ubi nunc legimus « eos... non esse idoneos », « rem esse conferendam » (p. 62 l. 23, et p. 69 l. 18), caet., erat prius « quod non sunt idonei »; « quod conferre debeat » caetera multa, quae in apparatu critico notata sunt.

Haec itaque ratio non infrequens est in Polanci scriptis. In *Chronico*: « Observarunt nostri, quod eadem hora... suum facinus integre confessus est ». « Declaravit, quod ad omnia se extendebat facultas »; « declaravit, quod facultatibus... uti posset » [30], plura alia. In epistolis (quae tamen, ut diximus, industrie magis elaboratae sunt): « Nondum percepimus quod nostrae litterae ad eum pervenerint »; « Mag. Joanni Retio dicat V. R. quod et aliis ciuitatibus oporteat euangelizari »; « Scio ad pontificem scribi... quod res relligionis praeclare se habeant »; « Spero quod multum consolationis... suis parentibus afferet » [31] caet. In Directorio Exercitiorum polanciano: « Illud est aduertendum... quod sigillatim sunt proponenda [exercitia] »; « Si constaret clare quod ratio adstipulatur electioni ». Et paulo post « Elucescit magis quod [motiones] fuerint a bono spiritu »; « Notet instructor, quod ne tertio quidem hoc tempore potest agi de electione » [32], caetera.

Satis locorum a nobis allatum est, ut exinde conficiamus, non certe interpretem Constitutionum Polancum fuisse, sed dictionem latinam, quod ad ipsam dicendi formam mere externam pertinet, cum Polanciana multis in rebus convenire ac proinde latinae dictionis causa translationem Polanco non esse abjudicandam.

Quid vero de aliis dicendi virtutibus censendum est? Cum Polancus Constitutiones latine transferens non sua scriberet, sed aliena verteret, ex duabus maxime virtutibus quas ille in suis rebus diligenter persequitur, ordinem rerum et perspicuitatem sermonis, perspicuitas tantum consideranda nobis est, siquidem ordinem rerum ex ipso hispanico textu translator accepit.

Jam vero negari non potest, ipsum textum hispanum interdum esse obscurum. Quid mirum si translatio hoc ipso vitio identidem laboret? Id omnes notarunt qui vulgatam translationem cum hispano textu contulerunt. Ex iis quae P. Josephus Boero in paucis illis suis Animadversionibus obscuritatis insimulat, tria quatuorve, obscuritatem hispanico textui acceptam referunt. Ita v. g. in *Exam.* I, 3, ex additis a Polanco verbis « házense en ella » pro deletis « la Compañía tiene », manent sine nominativo seu sub-

---

[30] *Chron.* VI, 12 n. 25, 17 nn. 41 et 42.
[31] *Lainii Monum.* I, 567; II, 558; *Po. Compl.* I, 459, 461.
[32] *Monum. Ignat.* ser. 2ª, p. 808 n. 51, p. 821 nn. 88 et 89.

jecto tam hispane quam latine verba quae sequuntur « ni puede ni quiere », quorum tamen subjectum ex ipsa oratione necessario ac facillime suppletur.

Idem observare licet in nonnullis ex innumeris animadversionibus P. Josephi de la Torre, quorum tamen plurimas, non propter aliquam obscuritatem, sed quo pressius hispanico textui latinus adhaereat, proponit. Quidnam est e. c. « usar buenas conversaciones », in interrogatione « Cómo se había... cerca de leer buenas cosas y usar buenas conversaciones? » La Torre opinatur « consuetudinem bonorum sermonum vel piarum collocutionum » [33]. Vulgata vertit « bonorum virorum familiaritatem » quasi « buenas conversaciones » esset « conversaciones con buenos », seu « con personas buenas » eo modo quo dicimus bonorum amicitia ; id vero absonum dicere non audemus, praesertim quia « conversación » in lexico hispano atque etiam ignatiano, non solum sermonem, sed etiam consuetudinem et familiaritatem saepe significat [34].

His adde (id quod in capite altero exposuimus) eum qui textum secundum latinum emendavit, quem Polancum ipsum fuisse opinamur, propius ad hispanum textum accedere voluisse. Imo interdum, raro id quidem, textus latinus ideo ipso textu hispano clarior evadit, quia tantisper ab hispano recedit v. g. « In correctionibus et poenitentiis injungendis » clarius est quam « En las correctiones y penitencias. » Agitur enim non de quibuscumque correctionibus et paenitentiis, sed de iis quae a superioribus injunguntur (III, 1, 15, p. 84 l. 17). In loco « Quod si sponte ex sua devotione ad vota sua... emittenda moverentur » (ib. T p. 89 l. 40) clarior est numerus pluralis latinus *vota* quam singularis hispanus *el voto*, loquitur enim constitutio de tribus votis emittendis [35].

Itaque etiam ex perspicuitate sermonis, quam Polancus diligentissime colit, latinum Constitutionum textum merito tribuere illi possumus, etsi multis locis non est dubium quin, si tempus ille habuisset, eam perfecisset, nec tamen eum omnibus facturum satis fuisse arbitramur, quippe qui de translatione ad verbum, quam multi hoc tempore amant, fortasse ne cogitavit quidem, eam enim tempora illa vix ferebant.

---

[33] Pag. 14 annot. 4; *Exam.* III, 10.

[34] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 2ª, p. 786, in Directoriis Ignatianis traditis n. [3]: « También quando por la conuersación que con nosotros tienen entendemos » caet.

[35] Utroque hoc loco notat La Torre discrimen inter latinam interpretationem et textum hispanum (pag. 92, not. 5, et p. 96, not. 8), interpretationem improbans, ut videtur, quam alius fortasse ex hac parte laudabit. Simili ratione v. g. clariorem proponit textum latinum, quam est textus hispanus, P. La Torre in IV, 17, 7, eo loco « y él de todos los maestros » caet., qui locus hispane est obscurus et implicatus, interpretatio latina vulgata clarior, emendatio a P. La Torre proposita, clarissima, praesertim quia suis locis adduntur verba *Rector* et *Rectore*, quae hispane non exprimuntur.

CAPUT QUARTUM

De tempore aliisque adjunctis

ARTICULUS I

De tempore

Postquam vidimus quaenam prima Constitutionum translatio et quisnam ejusdem auctor fuerit; indaganda nobis remanent adjuncta quaedam, et primum quidem quonam tempore facta translatio sit. Ad quam rem vestigandam, quoniam textibus rem enarrantibus caremus, monumenta, praesertim ignatiana, conferenda sunt.

Anno 1552 vel probabilius 1553 scripsit Polancus monumentum, in quo complures functiones enumerat, quae Ignatio Patri incumbebant ut conditori Societatis, ut gubernatori ejusdem supremo, denique ut moderatori domus et collegii romani. Jam vero inter ea quae Societatis conditori praestanda erant, primum locum illud tenet: « Que se asienten las Constituciones, y se hagan latinas, para poderse comunicar a toda la Compañía » [1].

Sentiebat ergo Polancus, nec dubium esse potest quin idem sentiret Ignatius, quanti momenti negotium esset, Constitutiones, quas conditor Societatis hispane conscripserat, latine reddere. Diutius tamen opinione exspectandum fuit. Nam anno 1554, die 23 Januarii, scribebat Polancus Adriano Adriani: « Constitutiones non tulit secum [P. Bernardus Oliverius] quia necdum verse sunt in sermonem latinum, nec id uacauit per otium efficere, cum mole occupationum valde premamur, sed suo tempore ad vos mittentur, et forte P. Quintinus secum deferet » [2].

Roma in Flandriam profectus est Quintinus Charlart eo ipso anno 1554, mense Martio [3], neque secum Constitutiones latinas afferre potuisse videtur, quandoquidem postero anno, mense Junio, scribebat Polancus Hieronymo Nadal: « Las Constituciones procuraré se hagan latinas estas vacantias » [4] unde constat, eo tempore anni 1555 nondum fuisse Polanco ad manum translationem latinam.

---

[1] *Po. Compl.* I, 81. Ad ea quae editores Complementorum Polanci dicunt de hujus monumenti tempore, addi potest, probabilius videri monumentum scriptum anno 1553. Nam ea continet de Constitutionibus observandis, n. 1 paragraphi II, quae vix dici poterant nisi Constitutiones in maxima vel saltem magna Societatis parte aliquo modo promulgatae essent; id vero non accidit ante annum 1553. Cf. t. II, *Proleg.* c. 12, pp. CCXXVII sqq.

[2] *Po. Compl.* I, 87-90; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VI, 227.

[3] *Monum. Ignat.* ib. 526.

[4] Ib. IX, 116.

At eo ipso tempore Hieronymus Nadal complura e Constitutionibus latina ipse fecerat, de quibus Romam scribit Patavio, 19 Julii 1555: « Las reglas que les dejo son, el examen de las Constitutiones en latín, las reglas generales sacadas del examen y de la 3ª parte de las Constitutiones, que nuestro Padre ha vistas. Estas también hizimos latinas en Viena, con otras reglas para los scholares de la Compañía, sacadas de la 4ª parte de las Constitutiones en latín » caet. [5]

Cum autem Romam Natalis e Germania reversus esset, contigit ut paulo post sub autumno, iterum in Hispaniam mitteretur [6], eo ipso fere tempore quo Ribadeneira in Flandriam missus est, is enim die 23 Octobris 1555 iter Bononia suscepit [7]. Jam vero Ribadeneira Constitutiones nostris hominibus in Flandria versantibus explicaturus, earum textum latinum secum non attulerat, exspectans fore ut ad se deinde Roma mitteretur. Haec ipse Ribadeneira Patri Ignatio his verbis significat die 26 Decembris 1555: « Yo, Padre, no he començado a declarar las Constituciones, así por esperar la 3ª parte de ellas latina, que se me hauían de embiar de Roma y hasta agora no han uenido » caet. [8]

Longius quam Ribadeneira putaverat, dilatum negotium est. Die enim quarto Februarii anni sequentis, 1556, his Ribadeneirae litteris Polancus respondebat: « La 3ª parte latina de las Constitutiones no sé a quién dé cargo de ynbiarla, ni aun creo aya otra sino la summa que sacó el Mtro. Nadal de la 3ª y 4ª y de lo Examen; y es la uerdad, aquello sería a propósito para esas casas que aý están de la Compañía. Auise si risciuió ya de alguno tal scricto, porque no siendo ynbiado, se podrá ynbiar » [9]. Imo die 9 Junii, etsi Declarationes et Constitutiones a P. Salmerone in Flandriam afferri nuntiat, de summario earum latino addit: « El sumario latino e dado un medio capello a Mtro. Benedetto porque no le ha ymbiado » [10].

Probabiliter indicat Polancus hoc loco summarium tertiae et quartae partis de quo ipse et Ribadeneira in suis superioribus epistolis loquebantur, non compendium illud, Constitutiones omnes, Examen amborumque Declarationes complectens, de quo supra (pp. XXXVI sqq.) disseruimus; ante illud enim compendium translationem latinam perfectam exstitisse necesse est, ex qua ipsum confici posset; integram vero translationem neque anno 1555 neque initio 1556 factam fuisse Polancus locis allatis non obscure affirmat.

---

[5] *Epist. P. Nadal* I, 317. Hoc textu latino uti potuit P. Victoria anno 1557 quando ad mensam collegii romani aliquas Constitutiones praelegebat, *Po. Compl.* II, 595-596.

[6] *Chron.* V, 30. «Non fui Romae (opinor), inquit Nadal, plures quam 18 [dies]», *Epist. P. Nadal* II, 39.

[7] *Ribadeneira* I, 59.

[8] Ib. 132.

[9] *Monum. Ignat.* ser. 1ª, X, 638.

[10] Ib. XI, 552. Suspicamur nominari hic Benedictum Palmium, qui die 8 Decembris anni 1553 una cum Ribadeneira sacerdotio initiatus erat. Cf. Ephemeridem Theodorici Gerardi, *Po. Compl.* II, 576, et *Ribadeneira* I, 56. Annis consequentibus Romae versabatur. Cf. ib. pp. 582 (anno 1556), 586 (4 Junii), 594 (28 Januarii 1557).

Ex iis quae adhuc dicta sunt, constat, dimidiato anno 1556, latine redditas esse partes Constitutionum aliquas tantum, partim Viennae a Nadal, partim Romae a Polanco. His adde latina quaedam ex parte octava [11], quae cum scripta sint manu P. Martini Olave, aut ante obitum Ignatii, aut brevi postea scribenda fuerunt. Etenim Olave cum B. Patris mortem amicis cardinalibus et quibus id officii debebatur per urbem nuntiasset, in morbum incidit, et die Augusti decimo septimo ex hac vita migravit [12].

Postquam autem die 31 Julii anni 1556 Ignatius mortem obiit, latina Constitutionum omnium translatio differri in longius tempus non potuit. Itaque « hoc tempore, inquit Polancus, quo ad congregationem nostri accedebant, Constitutiones ex idiomate hispano in latinum versae sunt » [13].

Certum enim est loqui hoc loco Polancum de tempore, quod post mortem Ignatii proxime secutum est. Narrat enim quae tunc acciderunt, electionem Lainii in vicarium, acta vicarii, vocatos ad conventum generalem professos (qui vocati sunt die sexto mensis Augusti anni 1556) [14] nominatim venisse jam in Italiam Canisium et Lanoyum, antequam tempus conveniendi ad Congregationem prorogaretur [15]. Aliunde vero scimus (ut p. XXII diximus) ex una parte, mense Julio anni 1557 traditas esse Constitutiones latine scriptas cardinalibus Tranensi et Reomano, ex altera accessisse secundo Patres ad congregationem generalem anno 1558; igitur certe loquitur Polancus de Patribus ad congregationem accedentibus anno 1556. Ultimis itaque mensibus hujus anni Constitutiones in latinam linguam conversae sunt.

Obstare videtur quod jam in prima scriptione primi exempli interpretationis latinae sunt nonnulla omnino composita secundum decreta congregationis primae (habitae anno 1558). In loco v. g. de vulgata sacrorum bibliorum versione defendenda (*Const.* IV, 6, 5) nunquam fuerunt verba « quoad ejus fieri poterit » [16], quae deleta in Autographo sunt decreto 27 congregationis generalis [17]. Sed haec difficultas cum alia eidem contraria implicata est. Si enim scriptus est textus hic latinus post congregationis decreta, qui factum est ut locos quosdam habeat, qui jubente congregatione deleti vel alio translati sunt? Ita in parte eadem quarta, capite nono est constitutio « Alii post septennium educuntur », quae jubente congregatione, decreto 28, in Declarationes abiit [18]. Itaque ex unis locis translationem, ex alteris congregationem praecessisse dixeris. Quod autem accidit in primo exemplo idem invenitur in secundo et tertio, quae a primo orta sunt.

---

[11] In cod. *Instit.* 7, ff. 129r-130r, de quibus agimus in Appendicibus, n. 2.
[12] *Chron.* VI, 47; ORLANDINUS, *Historia* XVI, 89.
[13] *Chron.* VI, 55.
[14] *Lainii Monum.* I, 284.
[15] *Chron.* VI, 53.
[16] In cod. *Po. Constit. lat.*, f. 17r.
[17] *Institutum* II, 163. V. et t. II p. 426 l. 87.
[18] *Institutum* II, ib.

Incurrimus in difficultatem hanc exponentes historiam transcriptionis exempli hispani *C* a congregatione sanciti, quam difficultatem vide solutam pro modulo nostro in Prolegomenis tomi II [19]. Quod enim de transcriptione hispani textus moderante Polanco ibi diximus, potiori jure de translatione ab ipso Polanco facta dici potest.

Itaque cum tam multa alia sint, quae certe ostendunt Constitutiones latinas jam exstitisse ante congregationem primam generalem, imo probabilissime anno 1556 exeunte, certe mense Julio 1557, nihil est cur hanc sententiam mutemus.

Haec vero omnia efficiunt quidem factam esse translationem latinam ante congregationem primam, integram vero non factam esse dum P. Ignatius in vivis esset. Quamvis autem haec ita sint, indubium etiam est, aliquas esse translatas, vivente Ignatio Patre; illas saltem quas Nadal anno 1555 verterat, summarium latinum, quod Ribadeneirae Benedictus Palmius missurus fuerat et quas Olavius manu sua perscripsit. Imo sunt in codicibus manu scriptis indicia quaedam, e quibus coniectura capere licet, non sola haec latina tunc exstitisse.

In Autographo, f. 53r, additus est manu Polanci et deletus locus hujusmodi: « en cuya mano estará, si viesen que conuiene el aumentar o disminuir este tiempo, y el commutar en todo o en parte estas orationes en otras, vocales o mentales, o en meditationes, o como sintieren más conuenir en el Señor nuestro » Locus idem transcriptus erat in corpus exempli *C*, f. 75v, ubi etiam deletus est, appositis a Polanco in margine verbis: « Approbo quassationem. Joannes de Polanco » [20]. Cum decreta congregationis primae nihil de hoc loco dicant, ponimus deletum illum esse ante congregationis tempus, nisi forte locus hic ex eorum numero sit, qui cognitioni superioris, secundum decretum 17, reservati fuerunt [21]. At si ante congregationem deletus est, verisimile est id accidisse vivente Ignatio, qui sive per se sive suggerente Polanco aliove vidit, rem eamdem hic additam, in declaratione loci hujus contineri (p. 114). Jam vero secundum exemplum, f. 267v, imo primum, f. 15v, integrum hunc locum latine reddidere, quem profecto non reddidissent, si oblitteratum invenissent (p. 113, l. 31 in var.). Idem omnino dicendum de aliis duobus locis altero sextae, altero septimae partis. Primus locus est: « En lo demás serán subiectos a las reglas que se obseruan en las casas donde residen, dando en la obseruantia dellas exemplo a los demás » [22] (p. 188 l. 20 in var.). Locus septimae partis est in capite quarto: « y también por los contrarios si los vbiese », in co-

[19] In c. 3, a. 2, § 2, p. XLVII.

[20] Inserta erant *Const.* IV, 4, in fine ejus qui nunc est n. 3, p. 113, v. var. l. 31, et t. II, p. 410, in variatis textus *B* l. 54.

[21] *Institutum* II, 162.

[22] Cf. et t. II p. 546 in variatis textus *B* l. 20.

dice *B*, f. 79r, in *C* f. 122r; latine vero « pro adversariis itidem si qui fuerint » in secundo textu f. 304v, in primo f. 41v (p. 212 l. 15 in var.). Imo verbum « incomparabilibus » (*Const.* VI, 4, 1, p. 192 l. 8), additum textui secundo, f. 298v, absens a primo, f. 37v, respondet verbis additis a S. Ignatio in Autographo f. 74r « tan sin comparación » indicat fortasse, translationem factam esse antequam verba illa Ignatius adderet, nisi forte his verbis respondeat lectio prior « acerbis » [23].

Aliter se res habet alio loco, qui additus est Declarationibus manu Polanci in Autographo, f. 130v, « En los particulares » (*Const.* VI, 2, N); nam locus hic deletus non est, transcriptus igitur in contextu exempli hispani *C*, f. 210r, nec tamen latine versus in exemplo primo seu *Po1*, f. 85v, nec in *Po3*, f. 149v; est autem additus latine manu Polanci in exemplo *Po2*, f. 214, (p. 187 ll. 17-19). Neque de hoc loco quidquam congregatio dicit, neque ulla notatio addita in codice *C*. Si ergo locus ille additus est ante mortem Ignatii, translatio latina hujus partis facta est eo vivente; si translatio latina illo mortuo facta est, locus ille additus etiam tunc est, nisi forte additus ante mortem, omissus in translatione sit ex mera oblivione.

Quod si hi loci aliique fortasse similes tempore congregationis emendati sint, nihil nos juvant ad opinandum, latinam Constitutionum interpretationem, vivente Ignatio esse factam; remanet interpretatio Hieronymi Nadal, summarium ad Ribadeneiram per Benedictum mittendum et pauca illa a Martino de Olave conscripta.

Possumus autem pressius statuere tempus quo prima latina translatio cum textu hispano publica Societatis auctoritate collata est.

Etenim biduo postquam jubente Paulo IV duo illa decreta Constitutionibus apposita sunt, seu 10 Septembris 1558, prima Societatis Jesu congregatio generalis dissoluta est [24]. Jam vero ex decreto 79 congregationis ejusdem novimus, quaesitum in congregatione esse de Examine, Constitutionibus et Declarationibus ex hispanico idiomate in latinum versis « an imprimi oporteret, et quam auctoritatem habere deberent. Et primum quidem statutum fuit: aliquos esse deputandos, qui cum originali conferrent versionem; et deputati fuerunt complures ab ipsa Congregatione, et quae apud ipsos erant dubia, in Congregatione privata cum Generali tractabantur, et sic ad plura suffragia complura dubia resoluta sunt circa versionem; et ut haberet auctoritatem versionis statutum est; id est, ut ordinaretur ea utendum esse, nec licere privata auctoritate et sine congregatione aliam edere versionem; et impressionem statim inchoandam ab Examine prius reviso a deputatis » [25].

Hactenus decretum. De tempore autem quo haec transacta sint, et decreta et acta congregationis prorsus silent. Decretum ipsum tamen aperte

---

[23] Cf. et t. II p. 554 in variatis textus *B* ll. 7-8.
[24] Decr. 148, *Institutum* II, 138.
[25] Ib., 173.

dicit designatos ab ipsa congregatione fuisse qui versionem cum originali conferrent; hanc autem collationem factam esse ipso congregationis tempore, aperte quidem non affirmat, non obscure tamen insinuat, declarans, complura dubia resoluta esse circa versionem, statutum esse ut haberet auctoritatem versionis, et impressionem statim inchoandam ab Examine prius reviso a deputatis,

Neque obstare videtur Nadal scribens: « 10 Septembris est dissoluta legittime congregatio. Est emendata versio latina Constitutionum a 4 assistentibus et data typis » [26]; quasi res evenissent eo ipso ordine quo hic a Natali ponuntur. Nam de tempore nihil dicit praeter dissolutae congregationis diem, ita ut falsi nihil verba Natalis contineant, etiamsi Constitutionum translatio tempore congregationis collata et emendata sit.

Jam vero illud congregationis decretum paulo ante allatum, electo jam generali praeposito datum est; electus autem praepositus die secundo Julii. Cum autem electione peracta disputationes triduanae ad Rotundae consecutae sint [27]; et antequam de latina Constitutionum translatione ageretur, de ipsis Constitutionibus fuisset agendum (qua de re complura decreta sunt); probabile videtur, ante Julium exeuntem vel Augustum ineuntem collationem illam translationis latinae cum hispanico textu vix incipere potuisse.

Ac de tempore, quo Constitutiones in latinum conversae sunt, satis dictum est.

ARTICULUS II

Quisnam textus hispanus fuerit translationis latinae fons proximus

Quamquam textus hispanus Constitutionum unus proprie est, inquirere tamen possumus, utra ex duabus formis proximus fons translationis fuerit, Autographum seu *B*, an exemplum *C*, a congregatione prima sigillo munitum.

Indicia quaedam certa videntur, ex quibus concludamus, fontem Autographum re vera fuisse. Indicia haec sumuntur praesertim ex Declarationibus, quia ex una parte clariora sunt, ex altera vero latinae Declarationes et Constitutiones communem originem prae se ferunt.

In textu latino primo, f. 67v, post Declarationes capitis secundi secundae partis, erat declaratio « Quamvis hoc ita se habeat »; atqui haec declaratio pertinet ad caput secundum partis quartae; erat igitur error loci in textu latino primo (p. 68, l. 72 in var.). Jam vero error hic ex textu *B*,

[26] *Epist. P. Nadal* II, 64.
[27] Ib., 62.

non ex *C*, in translationem irrepere potuit; in textu enim *B* addita est illa declaratio in fine Declarationum capitis secundi secundae partis, f. 107r[28]; in *C* autem semper suo loco fuit in ipso textu, f. 189v. In Declarationibus capitis tertii partis quartae declaratio B « Si in collegiis » (p. 110) non invenitur suo loco in textu latino primo, qui est in folio 74v, sed ultimo loco in folio 75r et v. Optime hoc intelligitur, si facta translatio est ex Autographo, f. 113v, ubi non est illa declaratio, sed in f. 114r[29], quo translata est ex Constitutionum textu; in *C* autem suo loco erat, f. 189v, quam certe translator non omisisset, si hunc textum ante oculos habuisset.

Declarationes quintae partis ponuntur in primo textu latino post Declarationes capitis decimi partis quartae, rejectis in alium locum Declarationibus Constitutionum de universitatibus, quae nunc ad postrema septem capita partis quartae pertinent. Nunquam hujusmodi collocatio fuit in codice *C;* erat autem olim in codice *B*. Nempe, ut capita quae de universitatibus agunt, corpus quoddam a reliqua parte quarta separatum efformabant, sic etiam eorum Declarationes. Utrumque in codice manu scripto (ex parte etiam in editione phototypica) facile videri potest. Nam quod attinet ad Constitutiones, ultimum folium capitis decimi partis quartae notatur antiquo numero 26 in dextro angulo summo, recentiore 59 in angulo dextro infimo; in codice manu scripto, post capita de universitatibus, duo folia alba sunt (quae in pagina IX editionis phototypicae designantur numeris 65 et 66); eorum foliorum alterum numero 28, primum vero nullo numero notatur, quod potius ad codicillum seu sexternionem de universitatibus pertinere videatur (nota, in foliis de universitatibus nulla esse numerorum antiqua signa); desideratur ergo folium 27; primum folium partis quintae notatur numero antiquo 29; inter folium 26 et 29, inserta sunt folia sex (quinque scripta, unum purum) quae de universitatibus agunt. Quod vero ad Declarationes pertinet, Declarationes in caput decimum partis quartae folio 118r Autographi (antiquitus 18) absolvuntur: sequuntur in ipso codice folia duo alba (ut notavit editor editionis phototypicae in pagina IX), Declarationes autem partis quintae incipiunt in folio 21; inter folia 18 et 21 alia quatuor inserta sunt cum Declarationibus in capita de universitatibus.

Unde translatio harum Declarationum ex Autographo seu *B*, non ex *C*, facta est.

Imo hae Declarationes ex codice *B* in latinum prius versae sunt, quam numeri capitum de universitatibus emendarentur. Ut enim modo diximus, capita haec per se unum corpus efficiebant; itaque post inscriptionem communem « De las universidades de la Compañía » capita singula ponebantur, erantque septem capita, primum, secundum, tertium, caetera. Deinde vero insertis illis in quartam partem post caput decimum, accidit ut caput primum de universitatibus evaderet caput undecimum, secundum duodecimum et ita porro. Jam vero in primo textu latino scriptum erat prius « Declar.

---

[28] V. t. II p. 322 in variatis textus *B* l. 29.
[29] V. t. II p. 404-405, cum not. 3.

in cap. I », « In caput 2 », « In caput 3m ». Id quidem non elucet in duobus primis capitibus seu undecimo et duodecimo, eo quod signis antiquis altera signa praeposita sunt, itaque ex *I* factum est *XI*, ex *2* factum est *12;* at clarissime in sequentibus patet, eo quod deletis antiquis signis *3*, *4*, caeteris, duo nova scripta sunt, itaque pro *3* oblitterato est *13*, caetera. In codice hispano *C* signa numerorum *11*, *12* et reliqua vix ullum emendationis vestigium exhibent.

Quod si quaesieris cur ea res in latinis Declarationibus; non vero in latinis Constitutionibus videatur, respondemus primo, videri quidem numeros capitum emendatos, capita vero ipsa suo loco in quarta parte esse re vera collocata. Emendata illa ostendunt translationem esse factam antequam numeri textus hispani mutarentur; non ostendunt factam esse ex Autographo potius quam ex *C*, quia etiam in textu authentico hispano *C* scripti fuisse primitus videntur numeri 1, 2, caeteri, quorum singulis signum 1 accurate praepositum est, prioribus signis non deletis. Deinde in primo textu latino tam capita Constitutionum de universitatibus quam quinta pars incipiunt ab ipso initio folii recti, cumque nullis numerorum notis antiquis folia signata sint; capita Constitutionum de universitatibus inseri facile potuerunt inter caput decimum quartae partis et partem quintam, quin hujus insertionis ulla signa appareant. Id autem fieri cum Declarationibus non potuit, quia Declarationes quintae partis incipiunt proxime post Declarationes capitis decimi quartae partis, paulo post initium folii versi.

Sunt et alia indicia etiam in ipsis Constitutionibus, quae tametsi singula parum movent, simul sumpta, ut in rebus hujusmodi, contemnenda non sunt. In f. 25r textus primi legimus: « In logica et philosophia naturali et morali doctrinam Aristotelis sequi oportebit »; est de verbo ad verbum translatus locus exempli *B*, f. 61v, priusquam adderentur verba « y metaphisica », quae in *C*, f. 91v, suo loco in contextu legimus, *Const.* IV, 14, 3 (p. 151) [30].

In f. 23v enumerantur linguae, quibus operam dari oportet; commendant primo « latinae et graecae linguae cognitionem »; paulo post additur: « aliarum praeterea linguarum, qualis est haebraea, caldaica, arabica » caetera (p. 145). Ita erat in codice *B*, f. 60v, ubi deinde verbum *hebrea* loco mutatum est et positum post vocabulum *griega*. Hic locus in exemplo *C* scriptus est postquam illa mutatio in *B* facta jam erat; itaque legitur in contextu: « y de las lenguas latina y griega y hebrea »; paulo post: « como es la caldea, arábiga » caetera, f. 89r, *Const.* IV, 12, 2 [31].

Denique in f. 85v textus primi declaratio est addita manu Polanci (id quod notandum fuit in apparatu critico, p. 186 l. 92) « Vel saltem quod omnino non recedat »; est translatio declarationis additae quoque manu Polanci in cod. *B*, f. 130r. Exemplum *C* declarationem hanc habet in ipso textu *Const.* VI, 2, L [32].

---

[30] V. t. II p. 476 l. 33.
[31] V. t. II p. 468 ll. 13-14.
[32] V. t. II p. 542 ll. 9-10 textus *B*.

Ergo his locis pendet translatio latina ex Autographo non ex textu *C*; quidni in caeteris?

Et nota maximam partem indiciorum hujusmodi in parte quarta, imo in capitibus de universitatibus reperiri. Cum autem translatio latina perfecta sit post mortem S. Ignatii, pronum est colligere, Constitutiones universitatum earumque Declarationes etiam post obitum Sancti Patris quartae parti adjunctas esse, prius unum solas corpus effecisse, ut in Prolegomenis tomi secundi declaravimus [33].

Postremo ex dictis hoc articulo secundo commendatur denuo codex quem Autographum vocamus, quippe qui exemplum est, ex quo non solum hispanici textus posteriores, sed etiam translatio latina, quae auctoritate publica gaudet, emanavit.

CAPUT QUINTUM

De exemplis prelo editis

ARTICULUS I

Editio prima

Ex iis quae supra diximus, novimus, primam congregationem Societatis generalem statuisse, ut collata cum hispanico textu latina Constitutionum interpretatio typis ederetur, initio facto ab Examine, cujus recognitio absoluta prius fuisset.

P. Boero affirmat, Patres in prima congregatione assignatos ad hanc recognitionem faciendam «instante postea Congregationis dissolutione, opus inceptum absolvere nequaquam» potuisse [1]. Undenam hoc ille habeat, nescimus. Ex decretis 78, 79 et 147 potius contrarium sequitur. Hoc enim ait: «Quaesitum fuit 10 Augusti an dissolvenda esset Congregatio. Et visum fuit prius illa esse absolvenda, quae necessario a Congregatione generali tractanda erant, ut quae ad Constitutiones pertinent. Et ita tractata fuerunt». Quomodo autem illa tractata sint, dicunt decreta 78 et 79. In hoc altero agitur de versione, quae non solum dicitur conferenda cum textu hispano, sed etiam collata, et dubia tractata in congregatione privata cum generali, et statutum esse ut haberet auctoritatem versionis, caet. [2]. Dissoluta vero est congregatio die 10 Septembris; uno mense collatio videtur potuisse fieri, nisi de collatione agamus, quam multi etiamnum desiderant, ac desiderarunt v. g. PP. Rodriguez, Boero, de la Torre, de qua re agemus capite sexto.

---

[33] In c. 3, a. 8, § 5, p. LXX.

[1] *Animadversiones*, p. 133.

[2] *Institutum*, II, 188 et 173.

Haec accidebant mense Septembri anni 1558. Atque eo ipso anno Examen ejusque Declarationes et Constitutiones, anno postero Declarationes Constitutionum, ex aedibus Societatis Jesu, Romae, typis exscripta prodierunt.

Ut haec typis mandari possent, sufficiens erat anno 1558 facultas a vicario urbis et a magistro sacri palatii concessa, quam scriptam etiamnum habemus in extremo exemplo Constitutionum secundo (p. 278 l. 78 in var.). Hoc enim praecipiebat constitutio apostolica Leonis X « Inter sollicitudines », quae tunc immutata vigebat [3]. Quamvis autem hanc approbationem in fine textus Constitutionum, non vero post Examen neque post Declarationes inveniamus (in exemplis certe quae novimus), facile possumus illam ad haec omnia referre, praesertim cum certo sciamus omnia a censoribus pontificiis prius fuisse examinata et approbata [4].

Cum vero non omnia fuissent impressa anno 1558, anno autem 1559 ineunte in lucem datus esset Index librorum prohibitorum sub Paulo IV confectus, ubi requiritur etiam approbatio inquisitoris ejus loci, ubi liber quicumque imprimatur [5]; Patres nostri anno 1559 hanc approbationem ab inquisitore supremo, qui erat cardinalis Alexandrinus (paucis post annis Pius V) petierunt, isque « praeposito generali Societatis Jesu licentiam ac facultatem vt imprimi faceret suas Constitutiones, regulas, et ordinationes in prelo suo domestico » tribuit [6].

Vides facultatem dari ad imprimendas « Constitutiones, regulas et ordinationes », in quibus non est dubium quin Declarationes quoque Constitutionum contineantur. Ideo mirum non est, Declarationibus impressis anno 1559 additum esse « De licentia Superiorum ». Imo accidit ut in nonnullis Constitutionum exemplis, impressis (id quod est in pagina prima) anno 1558, inveniatur in fine indicis Constitutionum « Anno Domini MDLIX De licentia Superiorum » (v. Bibliographiam, infra, n. **1b**).

In hac prima editione Declarationes Constitutionum libellum a Constitutionibus ipsis distinctum efficiunt, sua inscriptione in fronte insignitum, et numerorum serie nova notatum. Declarationes vero Examinis, non videntur eo fine excusae, ut ab ipso Examine separatae haberentur, non solum quia novam tituli paginam non habent, et seriem paginarum Examinis continuant; sed etiam quia « Errata, quae inter excudendum in Examine contigerunt » cum omnia sint Examinis, nullum vero Declarationum, incipiunt tamen in ipsa pagina, in qua Declarationes absolvuntur.

Sunt quoque in ultimo folio hujus editionis, post partem decimam, additamenta duo, primum de praeposito generali ad triennium, non ad vitam eligendo, alterum de choro ad horas canonicas

[3] GASPARRI, *Fontes*, I, 116.

[4] Cf. supra, c. 2, a. 2, § 2, p. XXII. Approbationem hanc ad omnia illa sese extendere, pro comperto ponitur in epistola, quae Ribadeneirae tribuitur estque veluti praefatio editionis primae, v. infra.

[5] Apud REUSS, *Die Indices librorum prohibitorum des sechszehnten Iahrhunderts*, gesammelt und herausgegeben von —, Tübingen, 1886, p. 196.

[6] Monumentum integrum v. in Appendicibus, n. 4.

dicendas habendo; haec additamenta impressa, cum eisdem manu scriptis, in fine exempli secundi, ad verbum conveniunt (p. 278 l. 78 in var.).

Sed ultimum hoc folium ex aliquibus exemplis resectum, aliudque denuo impressum, in quo non sunt additamenta paulina, et agglutinatum est. Esse denuo impressum cuicumque utramque paginam comparanti compertum est, non solum quia loco additorum paulinorum in media pagina est monogramma nominis Jesu, IHS, ornatum et circumdatum inscriptione « In hoc nomine oportet nos salvos fieri »; sed etiam quia pars illa communis «ac bonus odor... singulis mensibus oportebit» *(Const.,* X, 12-13, p. 278) discrimina complura typographica exhibet. In novo folio habemus: *vt & a Societate, obsequii &, obserua|tioni, scire, Quare, oportebit;* in antiquo *vt et a Societate, obsequii et, obser|uationi, sci|re, Qua|re, oporte|bit.*

Facile intelligimus aut non cogitasse Patres nostros anno 1558 de imprimendo folio sine additis paulinis, aut, si cogitarunt, id non fecisse, quod multa incommoda afferre potuisset.

Editionis autem primae mutatio illa fieri potuit aut subito post mortem Pauli IV, cum juris periti jamdiu declarassent Pauli ordinationem morte illius vi omni privari, quippe quae, facta et communicata in forma privata, bullas et brevia pontificum praecedentium non irritaverat [7], aut certe postquam Pius IV praeceptum de generalis triennio abrogavit vivae vocis oraculo, die 22 Julii, 1561 [8].

Estne etiam expresse abrogatum decretum de choro antequam Gregorius XIII illud abrogaret per breve « Ex sedis apostolicae benignitate » datum die 28 Februarii 1573? Nescimus; scimus vero chorum impositum denuo fuisse a S. Pio V, cum Societati praepositus esset S. Franciscus Borgia [9].

ARTICULUS II

De secunda editione

§ 1. De editione Constitutionum et Declarationum

Erepto e rebus humanis P. Jacobo Laynez, secundo praeposito generali Societatis Jesu, 19 Januarii 1565, secunda congregatio generalis, die 2 Julii anni ejusdem, P. Franciscum de Borgia in supremum Societatis moderatorem elegit.

Circa interpretationem latinam Constitutionum typis primo editam habemus congregationis secundae decretum 52: « Petitum

[7] *Lainii Monum.* VIII, 676.

[8] V. in t. I descriptionem codicis *Instit. 222,* n. 52, p. CCLVIII; documentum editum est in *Lainii Monum.* VIII, 747. Historiam decretorum illorum Pauli IV fuse narrat Nadal in Appendice ad *Scholia* pp. 269-275.

[9] Qua ratione id acciderit, narrat Polancus in suis Commentariolis, *Po. Compl.* II, 675, n. 43.

est: an deberet R. P. Praepositus committere aliquibus, ut conferrent translationem Constitutionum latinarum cum hispanico textu, et iuxta illius veritatem emendarent, ubi emendatione opus esset. Et placuit congregationi ut id fieret»[10]. Ex hoc decreto orta est editio secunda, typis expressa apud Victorium Haelianum anno 1570, annis quinque post latum decretum[11].

Haec a prima differt in primis ipsa rerum dispositione. Nam Declarationes in aliquibus exemplis (de quibus in § 2) non sunt; in aliis non ab Examine vel Constitutionibus separatae, sed unaquaeque juxta locum Examinis vel Constitutionum declarandum apposita est. Maximum vero discrimen in ipsa interpretatione versatur, quae secundum congregationis decretum, juxta veritatem hispanici textus est emendata[12].

Non constat in Actis decretisve congregationis secundae, quibusnam Patribus Borgia Constitutiones recolendas commiserit. At inter illius varia statuta de rebus ad Societatem universam pertinentibus, primum omnium est de latina Constitutionum translatione recolenda et ita se habet (scriptum manu librarii): «La translatione latina delle Constitutioni uedano li Padri Ribadeneyra et Polanco conferendo con l'original spagnolo li passi doue ci è difficoltà et notando quello che li pare debbia emendarsi, et dipoi s'mostri al P^e^. Natale et ultimamente si dia informatione a N. P^e^. Generale di quello che si troua degno d'emendatione»[13].

Ponimus rem sic factam esse ut est a Borgia imperatum. Itaque Polancus et Ribadeneyra primi, tum Natalis, postremo Borgia ipse onus illud susceperunt, latinas Constitutiones textui hispano magis accommodandi. Obtinuisse autem Patres illos propositum, ex mera comparatione duarum editionum cum textu hispano luce clarius patet, neque est operae pretium

---

[10] *Institutum* II, 205.

[11] P. de la Torre dicit (*Matr.* p. VI) factam esse secundam editionem anno 1568, neque meminit ullius editionis anni 1570. Nos vero multa exemplaria vidimus anni 1570, nullum anni 1568; quod si fuisset, tertia congregatio generalis habita 1573, quae semper loquitur de duabus editionibus, decretis 26 et 34, loqui de tribus debebat, id quod bene notat URIARTE, *Anónimos*, I, n. 477. Neque verisimile est tam cito exhaustam fuisse editionem unam, ut biennio post nova jam esset paranda. Quare opinamur, P. de la Torre neque exemplar vidisse anni 1570, quia illius non meminit, neque anni 1568, quia nullum unquam fuit. Ex quonam autem fonte notitiam illam La Torre hauserit, ille non dicit, et nos ignoramus. Nam quod S. Franciscus Borgia Natali scripserit die 9 Octobris anni 1567 «Estamparse an las Constituçiones corregidas presto» (*Epist. P. Nadal* III, 534), nihil efficit, cum neque tempus definiat, et solam mentem S. Francisci aperiat, quae multis de causis impediri potuit. — His quae praecedunt jam perscriptis, edidit P. Henricus del Portillo S. J. in AHSI 1 (1932) 193-204, optimam lucubrationem de editionibus Constitutionum a S. Francisco de Borja factarum. Originem erroris de editione 1568 omnino probabilem indicat p. 202, quod nempe in uno volumine fuerint Constitutiones cum decretis et bullis impressis anno 1568.

[12] Corrigendus Sommervogel affirmans, in editionibus anni 1570 Examen non contineri, (V, 77); exemplaria complura vidimus, in quibus est Examen, vide Bibliographiam Constitutionum.

[13] In cod. *Instit. 81*, f. 4r.

hanc rem exemplis confirmare; satis erit, conferre in apparatu critico eos locos in quibus *E1* vel sola vel cum *Pol, 2, 3* a textu nostro recedit; textus enim noster seu editio quarta paucissimis locis (qui semper notantur) a borgiana seu *E2* differt. Potuisse tamen ad hispanum propius accedere, perspicuum etiam est, et mirum fortasse videatur, in quibusdam id factum non esse, praesertim cum Polancus, collationis instituendae particeps, congregationi secundae generali quaedam proposuisset, quae obtenta essent translato pressius hispano textu. Ita v. g. notat, declarationi cuidam addi oportere «et ad reliqua quae oportuerit, scilicet, ut ad missas, lectiones etc.» [14] (ad *Const.* IV, 10, 1, p. 141). Propositum perfecisset addito ex hispano *etc.*, quod aliquibus annis post addidit congregatio quarta.

Magis mireris, idque jure, semel aut iterum accidisse, ut translatio haec secunda magis quam prima a textu hispano discreparet. Ita in *Exam.*, VI, 8, hispane legimus: «a mayor gloria de la diuina majestad»; prima editio «ad maiorem diuinae maiestatis gloriam»; secunda «ad diuinae maiestatis gloriam» omisso comparativo *maiorem*. Probabilissime merus error seu omissio librarii vel typothetae alicujus fuit, praesertim cum editio Constitutionum separata (de qua in § sequenti) reposuerit *maiorem;* illa tamen omissio in posteriores editiones omnes pertransiit [15].

Notavimus jam in tomo primo vix indagari posse uter codex, *B* an *C*, ad hanc collationem sit adhibitus, cum nullum discrimen alicujus momenti inter utrumque sit [16].

§ 2. De separata Constitutionum editione secunda

Praeter editionem de qua modo diximus, alteram curavit S. Franciscus Borgia, qua Examen et Constitutiones sine ullis Declarationibus duobus libellis continentur [17].

Consilium duarum hujusmodi editionum fuitne ab initio captum? Typographica compositio, maximam certe partem, in utraque, diversa est. Supra notavimus restitutam vocem *maiorem* in hac separata, omissam in plena editione. Praeterea usus litterarum *u* et *v* in utraque promiscuus est et in neutra constans; tum compendia verborum multa sunt in prima, quae a secunda absunt, et contra; praeterea errores typographici alteri in alteram editionem irrepserunt; postremo inscriptiones capitum aliter etiam in altera typographice exprimuntur: in prima litteris majoribus verticalibus

---

[14] In cod. *De rebus Cong. I-VIII*, pag. 44.

[15] Omissi verbi restitutionem proposuit de la Torre, *Matr.*, p. 38 annot. 12; Elenchus (de quo in c. 6) admisit.

[16] In Prooemio totius operis p. xviii.

[17] Hic sive emendandi sive complendi sunt Sommervogel et Uriarte: ille in eo quod ait, editiones anni 1570 Examine carere, ut supra diximus; hic in eo quod ait, id verum esse de editione hac Constitutionum sine Declarationibus (I, n. 477, ad finem). Nam in nostro exemplari est etiam Examen, v. Bibliographiam. Caeterum Uriartem correxit Lecina in *Suplemento*, II, n. 6886, annotans «Constitutiones Examinis generalis Societatis Iesv. Romae, M.D.LXX... (Solo *Examen* sin *Declaraciones*)».

in primo versu, minoribus et communibus in reliquis; in altera litteris inclinatis, majusculis in primo versu, minusculis in reliquis. Si consilium utriusque editionis ab initio fuisset, fortasse et laborem et impensam pecuniam minuissent, una compositione typographica in utraque usurpata, nisi forte accommodatio veteris compositionis laboriosior futura fuisset quam nova compositio.

Illud quoque in editione sine Declarationibus notandum est, neque locos declarandos esse notatos, neque litteras margini esse appositas.

Hieronymus Nadal in Scholiis de utraque editione borgiana loquitur, id quod notavimus in tomo I [18]. Cum dixisset, P. Ignatium Declarationes separatim edidisse, voluisseque etiam separatim ab aliis edi «Et tamen, inquit, P. Franciscus Generalis sua auctoritate fecit, ut simul ederentur pro nostris; providit tamen ut aliquot exemplaria excuderentur Constitutionum absque Declarationibus, quae tamen nulli usui fuerunt; omnibus enim passim datae sunt, quod sciam, Constitutiones cum Declarationibus» [19].

Sub generali Aquaviva facta denuo similis editio, ut paulo post dicemus; quae ratio subsequentibus temporibus omissa est. Omittimus separatas editiones Examinis, quae in usum tironum variis linguis compluribus locis et temporibus factae sunt.

ARTICULUS III

De tertia editione

Ut congregatio prima primae, secunda secundae, sic tertia (quae convenit anno 1573) tertiae editioni Constitutionum, factae anno 1577, viam paravit.

Ait enim decretum 26: «Cum duae iam exstent latinae Constitutionum editiones, et in multis ab invicem discrepent; postulatum est a quibusdam Patribus: ut statueretur a Congregatione, vel primam vel certe secundam editionem esse verum originale Constitutionum; ne posthac recurrendum sit ad exemplar hispanicum, quod, cum impressum non sit nec omnibus commune, posset fortasse successu temporis facilius immutari. Decrevit autem Congregatio: ut deputarentur aliquot Patres arbitrio R. P. Generalis *[Everardi Mercuriani]* qui has duas versiones inter se et cum autographo, acceptis ab aliis Patribus, quas ad eos afferrent, observationibus, primo quoque tempore diligenter conferrent, et posteriorem versionem examinarent, ut illa tamquam vulgata, et qua omnino utendum sit, a Congregatione probetur. Autographum porro hispanicum conservandum esse; et ad illud, si qua in re R. P. Generali vel Congregationi videretur, pro explicatione recurri posse, constitutum fuit. Deputavit autem R. P. Generalis sequentes Patres, scilicet: P. Iacobum Mironem, P. Michaelem Gobiernum,

[18] In Prooemio totius operis p. XVIII.
[19] Pag. 280.

P. Petrum de Ribadeneyra, P. Paulum Hoffaeum, P. Dionysium Vazquez, P. Antonium Possevinum» [20].

Ex hoc decreto perspicuum est, jam tum Patres nostros de uno Constitutionum textu latino pro Societate universa statuendo laborasse. Et consentaneum certe erat, ut omnes necessitatem hanc persentiscerent. Alios enim, id quod vitari non poterat, primam editionem, alios secundam eo tempore usurpasse veri simillimum est; cumque passim inter se discreparent, discordiam in re tanti momenti frequenter oriri necesse erat. Hanc ergo tollendam decreto allato curaverunt. In quo quidem etsi initio videntur Patres nostri primam et secundam editionem pari jure tractare, ut alterutra «verum originale Constitutionum» esse posse videatur; postea tamen satis aperte significant, secundam esse praeferendam. Patres enim designati ita «has duas versiones inter se et cum autographo» conferre debebant, ut «posteriorem versionem examinarent, ut illa tamquam vulgata, et qua omnino utendum» esset, a Congregatione probaretur.

Quod hic judicarunt, paulo post, decreto 34, sanxerunt: «Quaesitum etiam fuit: quid decernendum esset de secunda Constitutionum editione, de qua decr. 41, et decretum fuit: ut haec secunda editio, quae cum exemplari hispanico magis convenire inventa est, deinceps pro communi et vulgata haberetur in Societate, saltem donec sequens futura Congregatio aliud statuerit» [21].

Hactenus decretum, in quo illud notatu dignum est, secundam editionem non solum pro vulgata, sed etiam pro communi esse habendam. Cumque congregatio quarta deinde, hanc approbationem tertiae memorans, expressis verbis nominaverit «secundam Constitutionum editionem, quae declarationes habet cum Constitutionibus conjunctas»; liquet non solum Constitutiones, sed Declarationes etiam in usum communem destinatas fuisse.

Hunc autem usum communem, non censemus ita intellexisse congregationem, ut Constitutiones et Declarationes passim omnibus tam subditis quam moderatoribus traderentur, sed summum, ut ii qui Constitutiones universas haberent, earum etiam Declarationes habere possent, id quod ab Ignatii Patris mente alienum esse non videretur; nisi forte illud unum significare congregatio voluerit, hanc secundam editionem, non primam, esse usurpandam.

Quod vero ad ipsam editionem tertiam spectat, neque in allatis decretis neque alibi de nova editione facienda agitur. Ac re vera tertia editio potius quam nova, est secundae repetitio, a qua paucissimis locis (quatuor quinqueve) differt [22] quos in hac nostra editione primum in ap-

---

[20] *Institutum* II, 224-225.

[21] *Institutum* II, 226.

[22] Merito igitur de Examine affirmat Uriarte (*Anónimos* I, n. 472) postquam Examinis editi anno 1570 notitiam posuit: «Reimprimióse 'cum facultate superiorum. Romae... M.D.LXXVII'». At cum deinde subjicit «E. S. Francisco de Borja» seu editorem fuisse S. Franciscum Borgiam, moneri utiliter poterat lector, editorem anni 1577, non fuisse Borgiam, mortuum anno 1572, sed Everardum Mercu-

paratu critico suis locis, tum etiam inter emendata congregationis quartae opportune indicatos invenies. Congregatio enim quarta emendationes Mercuriani, quem in eo catalogo ter nomine expresse memorat, fecit suas; cumque haberet hanc quam tertiam editionem dicimus, interim dum quarta parabatur, secundam pro authentica esse habendam, ut mox videbimus, constituit, quasi tertia et secunda una eademque editio fuisset.

ARTICULUS IV

De quarta editione

§ 1. De editione Constitutionum et Declarationum

Statuit congregatio tertia, ut modo vidimus, secundam editionem pro communi et vulgata esse habendam, adjunxit tamen « saltem donec sequens futura Congregatio aliud statuerit ».

His verbis non obscure mentem aperuit suam, plene sibi satisfactum non esse translatione illa ipsa, quam caeteroqui esse tenendam judicabat. Itaque mirum non est, in quarta congregatione, habita anno 1581, postulatum esse a quibusdam, ut secunda « editio denuo recognosceretur et ad veritatem hispanici exemplaris exacte emendaretur », congregationem vero his postulatis obsecundasse, et commendasse « Patribus deputatis... ut maturarent, quo res tam salutaris et necessaria primo quoque tempore executioni mandari » posset. Haec in decreto octavo, quod datum est die 28 Februarii 1581 [23]. Erant vero designati Patres Aegidius González, García de Alarcón, Gulielmus Creyton, Petrus de Sahelices, Nicolaus Clerus, Ludovicus Masellus, Benedictus Sardius, Martinus Leubenstein [*sic*] et Adamus Brockus [24]. Officio functi Patres id retulerunt quod est in decreto 33, lato die 15 Martii [25] « aliqua inventa esse in versione latina quae emendatione egere » viderentur; ac « petitum est eorumdem nomine a Congregatione: ut P. Generali » faceret congregatio « potestatem deputandi aliquos qui per otium loca illa ab ipsis observata, et alia, si qua ipsi » observavissent, « recognoscendo, universas Constitutiones » emendarent « ad veritatem autographi », atque restituerent, « ita ut ea emendatio et restitutio, ubi absoluta » fuisset, authentica esset auctoritate congregationis, et interim editio secunda

---

rianum, ejus in gubernanda Societate universa successorem. Illud mirum est, ignorasse diligentissimum Uriarte, non solum Examen ejusque Declarationes, sed Constitutiones etiam cum illarum Declarationibus editas esse anno 1577. Sommervogel contra, meminit editionis Constitutionum cum earum Declarationibus, (V, 77) editi Examinis non meminit. Nos utrumque opus vidimus, Constitutionum quidem et earum Declarationum exempla complura, Examinis ejusque Declarationum unum tantum.

[23] *Institutum* II, 249; *Acta cong. gen. I-VIII*, f. 106r, n. 12.

[24] *Acta cong. gen.*, ib., f. 105r.

[25] Ib. f. 108v, n. 38.

pro vulgata haberetur. « Decrevit autem Congregatio : ut loca a Deputatis collecta » proponerentur « examinanda ; reliqua » committerentur « P. Generali cum Assistentibus pervestiganda et consideranda, ut sequens generalis Congregatio materiam paratam » reperiret « ad Constitutiones emendandas iuxta P. Ignatii autographum, si opus » fuisset ... « nisi durante Congregatione omnia loca iam collecta examinata essent, et ab hac Congregatione approbata » [26].

Intellexerunt Patres nostri, rem non adeo facilem ad perficiendum esse. Id nos colligimus non tam ex eo quod « per otium » elaborandam viderent, quam quod quasi pro comperto darent, non in illa, sed in aliqua postera congregatione perfectum iri, ideoque statuunt ut interim « nostra haec versio [27], prout statutum est in tertia congregatione generali decr. 41 et 54 [28], pro vulgata habeatur ».

Nihilo tamen minus die 20 Aprilis [29], nondum solutis comitiis, lecta sunt in congregatione ejusque auctoritate approbata « nonnulla loca Constitutionum... quae ad veritatem autographi corrigenda videbantur et P. Generali commissa ». Imo « quoniam ea omnia, quae in Constitutionum versione corrigenda erant, lecta sunt in Congregatione et approbata ; commissum est P. Generali : ut secundum eiusmodi correctiones Constitutiones denuo » imprimerentur, « et eiusmodi editio deinceps in universa Societate pro vulgata » haberetur ; quae omnia narrantur decreto 50 [30].

Haec editio secundum placita congregationis quartae correcta et praeparata, prelo subiecta anno 1583, quarta fuit. Et quamvis post congregationem facta sit, merito tamen dicitur ab ipsa congregatione approbata, id quod ex illius verbis modo allatis plane intelligitur.

Congregationis autem quartae homines non videntur (secundum ea quae in decretis legimus) in animo habuisse, ut quarta editio illa facienda, iterum ad incudem revocaretur ; est tamen revocata. Etenim congregatio quinta, anno 1593-1594, denuo de translatione Constitutionum perficienda agere debuit. Propositum enim illi est, Constitutionum editionem (quartam certe, quae tunc in manibus Patrum congregatorum esse debebat) ab autographo P. Ignatii hispanico discrepare, ac locos iam collectos esse (quinam hi loci essent dicemus in capite sequenti) ; et ob eam causam aliquos Patres designandos esse, qui ea inspicerent, ut latina editio emendari pos-

---

[26] *Institutum* II, 255.

[27] Erat haec secunda editio, ut expresse ait congregatio III, decr. 34, et quidem illa « quae Declarationes habet cum Constitutionibus conjunctas » quod est in decr. 8 congregationis IV, *Institutum* II, 349.

[28] *Institutum* II, decr. 26 et 34, pp. 224 et 226.

[29] *Acta cong. gen. I-VIII*, f. 110v, n. 59.

[30] *Institutum* II, 258-259. Ex hoc decreto videtur corrigenda Praefatio editionis *Matr.* anni 1892, pag. VI ad finem, ubi dicitur : « Tertiam castigationem Congregatio quarta tentavit quidem, sed non perfecit », indicatis decretis 8 et 33, omisso 50. Catalogum correctorum a quarta congregatione approbatorum, damus in Appendicibus, n. 3.

set. Verum Congregationi visum fuit: « ea de re iam nihil agendum esse », confirmavitque editionem quartam; caeterum loca « collecta committi debere P. Generali cum Assistentibus consideranda, ut sequens Congregatio generalis materiam paratam » reperiret et Constitutiones juxta P. Ignatii Autographum, si opus esset, emendaret.

Utraque ergo congregatio committit Patri generali locos corrigendos; utraque intendit, ad latinam translationem secundum textum hispanum, si opus fuerit, corrigendam, sequenti congregationi paratam materiam tradere. Sed quarta congregatio addit, nisi forte durante congregatione res possit absolvi, imo rem esse tandem absolutam. Cur ergo congregatio quinta, emendationem esse denuo faciendam significat?

Huic rei lucem affert Emmanuel Rodriguez. Fuit is natione lusitanus et Lusitaniae assistens sub Claudio Aquaviva, annis 1583-1594; cumque textum latinum cum textu hispano diligentissime contulisset, magnum numerum locorum versionis latinae collegit, quos ipse veritati textus hispani reddendos putabat. De hac locorum segete loquemur in capite sequenti. Ad historiam quartae editionis, de qua hic agimus, complendam faciunt notationes quaedam, quas locis a se collectis Rodriguez ipse praeposuit. Ait enim, Patres, a quarta congregatione ad versionem recolendam designatos, retulisse, se in editione latina tot reperisse vitia (quas res vitia Rodriguez appellet, dicemus capite proximo), ut non satis esset unius congregationis tempus ad ea corrigenda; ideoque congregationem statuisse (decreto 33 superius allato), ut Patri generali cum assistentibus committeretur defectuum investigatio et consideratio, ut sequens congregatio materiam paratam reperiret [31].

Adhuc consentit adamussim Rodriguez cum iis quae in decretis congregationis legimus ac modo retulimus. Iis vero alia subjunxit, quae etiamsi ejus unius testimonio, quantum scimus, nitantur, rejicienda tamen non videntur, cum quia Rodriguez testis est idoneus, cum quia res aliunde certas non infirmat, sed illustrat. Narrat enim, Patres congregatos optavisse finem emendationi latini textus imponere, cumque, aestate appropinquante, non expediret diu Romae immorari, commendasse deputatis, ut quoquo modo negotium absolverent, atque ita rem actam esse festinanter, et temperatum decretum additis verbis « nisi durante congregatione, etc. » et « si opus fuerit ». Notat quoque Rodriguez ex illa festinatione accidisse, ut in correctionibus congregationi propositis atque ab illa approbatis repertos esse postea nonnullos errores, qui, quando Constitutiones typis mandatae sunt, omissi fuerint, seu correctiones quasdam praedictorum deputatorum non esse admissas [32]. Loci hujusmodi sunt duo tantum, reliqui in editionibus omnibus a quarta et deinceps, inveniuntur; de hac re agemus in Appendice, n. 3.

---

[31] In cod. *Instit. 235* p. 22.
[32] Ib. et p. 25.

Decretum 33 latum est die 15 Martii 1583; decretum 50 die 20 Aprilis biduo post, seu die 22, soluta est congregatio [33].

E rebus ergo a Rodericio narratis intelligimus, congregationem quartam emendasse quidem aliquo modo textum, ita tamen ut posteris emendationem perficiendam relinqueret. Quod quidem inde etiam confirmatur, quod, cum in decreto 50 dicatur: « ea omnia, quae in Constitutionum versione corrigenda erant lecta sunt in Congregatione et approbata »; in monumento tamen authentico congregationis ejusdem (quod vide in Appendicibus n. 3) illa dicuntur esse « praecipua ».

Congregatio quinta, nihil, ut diximus, immutavit.

Siluit negotium in posteris congregationibus, donec anno 1883 congregatio vigesima tertia decretum 27 edidit « ut a Praeposito Generali deputentur Patres idonei ad recognoscendam vulgatam editionem Constitutionum S. P. N., eamque cum hispanico exemplari diligenter conferendam » neque de emendatione quidquam expresse addit, monet tamen « ut nihil privata auctoritate edatur, neque emendatio ulla textui inseratur, quae a congregatione generali non fuerit approbata » [34].

Postremo de vulgata versione emendanda egit congregatio vigesima quarta, anno 1892; sed « omnes unanimiter censuerunt, nihil in ipso versionis contextu esse in praesens emendandum » [35]. Quid praeterea praestandum esset praestitumque sit, dicemus in capite sequenti.

Congregationes vigesima quinta, anno 1906, et vigesima sexta anno 1915, rem integram reliquerunt; vigesima septima anno 1923, omissa quaestione de emendatione, declaravit, translationem latinam a congregatione quarta approbatam pro authentica esse habendam et a sola congregatione generali mutari posse [36].

Manet ergo etiamnunc editio quarta (illa enim est a congregatione quarta approbata) tamquam editio publica seu officialis Constitutionum Societatis Jesu, quam proinde nos edendam suscepimus.

§ 2. De editione Constitutionum quarta sine Declarationibus

Eodem anno 1583, quo editio quarta, Constitutiones et Declarationes complectens, prodiit, alia editio in lucem data est, quae solum Examen et Constitutiones sine ullis Declarationibus habet [37].

Discrimina nullius momenti eaque paucissima, ut par est, inter utramque formam editionis quartae intercedunt, suis locis notata. Modus etiam

---

[33] In cod. *Acta Cong. I-VIII* ff. 108v n. 38, 110v n. 59; *Institutum* II, 246.

[34] *Institutum* II, 506.

[35] Decr. 27. ib. p. 523.

[36] Decr. 2, § 2. Haec decreta nondum sunt in *Instituto* typis expresso.

[37] Notitiam hujus editionis Constitutionum sine Declarationibus complet Sommervogel addens factam esse jubente congregatione IV, decr. 50 (V, 78). Recte dixerit, si de utraque editione anni 1583, non recte si de sola editione Constitutionum sine Declarationibus rem intelligat. Imo illo decreto dicuntur lecta et approbata quae in versione corrigenda videbantur, quorum multa ad Declarationes pertinent, neque ullo modo indicatur, esse faciendam editionem sine Declarationibus.

scribendi idem plerumque est, sed nulla in alterutra constantia, nulla in usu verborum compendio scriptorum inter utramque concordia.

Utraque enim vel plene vel compendio exprimit particulam *que* in fine vocabulorum, supplet vel non supplet litteras m et n in extremis mediisque verbis, accentum pingit vel non pingit in particulis quibusdam (e. g. *verò* et *vero*, *quàm* et *quam*) caetera; cumque in unis eisdemque locis inter se discrepent, perspicuum est, typographicam utriusque compositionem fuisse diversam.

ARTICULUS V

De caeteris editionibus

Diximus in superioribus, translationis emendationem ita esse a quarta congregatione absolutam, ut quamvis aliqua, plura pauciora, perficienda remanerent, nulla tamen alia congregatio temporibus subsequentibus textum immutare voluerit. Attamen leves quaedam mutationes in editionibus omnibus apparent, quarum si non possumus auctorem indicare, primam saltem originem annotare juvat, etiamsi earum quaedam lapsibus typographorum tribuendae videantur. Itaque non intendimus harum editionum historiam scribere, sed variationes has tantummodo quibus singulae auctae sunt, annotare.

Sumimus, ut par est, tanquam exemplar editionem quartam, notamusque locos qui ab illa in sequentibus editionibus recedunt.

At priusquam singulas editiones separatim percurrimus, placet quaedam praemittere, quae ad inscriptiones seu titulos cum partium tum capitum in universum referuntur, et caeterarum mutationum summam exhibere. Quod ad primum attinet, nihil immutaverunt editiones romanae annorum 1606 et 1615, nec antuerpiensis anni 1635.

Utraque editio pragensis (1705 et 1757) retinet in titulis capitum ordinem praecedentium; at in titulis Declarationum Constitutionum ab illis recedit initque rationem posterioribus editionibus communem, (ponens primo nomen et numerum capitis, deinde rem de qua agitur); in titulis vero Examinis ejusque Declarationum antiquam formam servavit.

Editio vero avenionensis (1827) jam inde a primo capite Examinis posuit imprimis caput et numerum, deinde rem, v. g. « Caput I. De Instituto Societatis Jesu » caet., modo scriptoribus nunc usitatissimo, quem morem secuta est etiam editio matritensis anni 1892, recedens in ea re, cum in textu latino tum in hispano, a magna editione anni 1606, quam de caetero fidelissime reddere consuevit. Editio avenionsis in titulis etiam Declarationum Examinis addidit nomen *Declarationes* quod a praecedentibus aberat.

Postremo singularis est editio romana anni 1869 *(Ci)* in eo quod in in singulis inscriptionibus partium denarum post verbum *pars* addidit ge-

nitivum *Constitutionum*, quod quidem posteriores editiones ternae, florentina 1893 et romanae 1908 et 1937 omiserunt.

Jam ad enumerationem veniamus earum mutationum, quas editiones singulae subierunt, quae, etsi omnes suis locis inter alias variationes notatae sunt, hic tamen simul omnes ponuntur, quo facilius perspiciatur, quam paucae et quam exigui momenti mutationes per tria saecula, et eo amplius, textui nostro acciderint; sunt enim fere quadraginta quinque; quales vero sint, in sequentibus videas.

§ 1. Mutata in editione romana anni 1606 [38]

Praeter magnam editionem latinam et hispanam, facta est anno 1606 alia editio minor quae fuit quinta, a quarta locis tantum quatuor aliquantulum dissimilis.

Alicuius momenti sunt ternae mutationes: una in Constitutionibus, duae in Declarationibus. Prima est in VI, 1, 2 ubi posuit « ad suas conscientias... eisdem [superioribus] aperiendas » pro « ad... eidem [superiori] aperiendas » (p. 177 ll. 73-74). Altera mutatio est in III, 1, B in fine, ubi scripsit « ad melius ipsius bonum » pro « ad maius ipsius bonum » (p. 77 l. 42). Tertia in IV, 6, L, ubi posuit *promoveantur* pro *promoveant* (p. 125 l. 52).

Verbum autem *promoveo*, active absoluteque usurpatum, pertinet cum ad arcaicam tum ad seriorem latinitatem [39]; hoc verbo Polancus alibi quoque utitur: « Quantum uero haec uniuersa iuuentus in spiritu moribusque pronoueat » [40].

Praeter haec tria mutavit pronomen reflexivum iteratum *sese* in simplex *se* in locutione « sese exerceant » (*Const.* IV, 8, 4, p. 133 l. 47); et « spiritualium rerum studium » in « spiritualium studium rerum » (*Const.* X, 2, p. 271 l. 25).

His quatuor locis editio magna duarum linguarum non cum quinta, sed cum quarta editione convenit.

§ 2. Mutata in editione romana anni 1615

Sexta haec editio admissis mutationibus quinque insertis editioni quintae, duas alias induxit: « cuius est hoc » pro « cuius hoc est » et « seorsim » pro « seorsum », *Const.* VIII, 5, 3, et 6, 6, pp. 232 l. 18 et 235 l. 69.

---

[38] De editionibus annorum 1606 et 1615 nihil est in decretis actisve congregationum quintae (1593), neque sextae (1606), neque septimae (1615-1616). Nisi aliud monemus, mutationem semel in aliqua editione positam, posteriores omnes acceperunt. Editiones fraudulentae annorum 1635, 1702, 1709 (v. Bibliographiam) conveniunt omnino cum legitima antuerpiensi 1635. V. Enrique del Portillo S. J. in *Estudios eclesiásticos*, 3 (1924) 178-179.

[39] Cf. *Antibarbarus* von Krebs-Schmalz, Basel, 1905.

[40] *Po. Compl.* I, 621.

§ 3. Mutata in editione antuerpiensi anni 1635 [41]

Uberiorem aliquanto segetem novarum mutationum praebet editio antuerpiensis anni 1635. Sunt enim in Examine duae, in Constitutionibus quinque, in Declarationibus tres.

Inter praecipuas numeranda certe est particula *vel*, addita in Examine, IV, 16, prope finem ; « et speciatim in dictis [probationibus] (si prius illis perfuncti non sunt, imo quamuis perfuncti fuerint) vel in nonnullis earum » (p. 21 l. 73 in var.), quem locum summae obscuritatis arguit Boero [42]. Causa mutationis fortasse fuit collocatio signi parenthesis in quarta editione : « tertius alius annus... in variis probationibus, et speciatim in dictis (si prius illis perfuncti non sunt, immo quamuis perfuncti fuerint) in nonnullis earum... exigetur » Nam clausarum hujusmodi sententiarum proprium generatim est, ut eaedem auferri possint, integro manente sensu. Jam si sententia haec clausa tollatur, perit sensus « in dictis in nonnullis earum » ; itaque addiderunt *vel* : « in dictis vel in nonnullis earum », id quod extra contextum est clarum ; tota vero sententia manet obscura et implicata. Remedium simplicissimum est tollere parenthesim et particulam *vel ;* hoc modo verba « si prius illis perfuncti non sunt » referuntur ad praecedentia ; verba « imo, quamvis perfuncti fuerit » ad sequentia, ut accidit in textu hispano. Caeterum signum illud parenthesis, positum in textu editionis quartae, numeratur in fine inter errata : « Tolle parenthesim et pone virgulas ».

Reliqua mutata in editione antuerpiensi 1635 sunt quae sequuntur.

In Examine, IV, 15, *loco et hominum* pro *loco et omnium* (p. 20, l. 56).

In Constitutionibus, V, 3, 3 (in antuerpiensi n. 2) addidit unum N post verbum *Reverendo* (p. 168 l. 25) ; VI, 2, 1 *immouendo*, sic, pro *immutare* (p. 178 l. 9) (aliter editiones posterae) ; VIII, 1, 6, *a superioribus* pro *a suis superioribus* (p. 222 l. 59) ; VIII, 6, 6, *suffragiorum habuerit* pro *suffragiorum omnium habuerit* (p. 236 l. 90) ; IX, 1, 1, *Accedit* pro *Accedat.*

---

[41] Editio haec facta est sub generali Mutio Vitelleschi (15 Nov. 1615 - 9 Febr. 1645). Nihil de illa est in Actis decretisve congregationis septimae ; ex epistolis vero ipsius Mutii ad provincialem Angliae, Richardum Blount, novimus, editionem primam totius *Instituti Societatis Jesu*, cujus est pars editio septima Constitutionum latinarum, inceptam esse in privata typographia collegii anglici audomarensis (Saint-Omer, in Flandria, nunc in Gallia) anno 1634 ; deinde vero, exardescente bello inter Hispaniam Galliamque, totum negotium a Joanne Meursio, typographo antuerpiensi, esse susceptum anno 1635. Tota Instituti editio, sedecim tomos complectens, quorum uno Constitutiones continentur, absoluta est anno 1638. V. Bibliographiam Constitutionum, n. 7, et *Letters and Notices* 38 (1923) 13.

[42] *Animadversiones*, p. 138. Transcripto loco a verbis « Illud tamen », addit : « Nescio an omnes possint rationabilem aliquem sensum ex hac vulgatae dictione extundere. Atqui in autographo omnia clara et perspicua » caet. in fine vol. *Institutum* II, Romae, 1870. In adversariis harum *Animadversionum* scripsit Boero (post alia multa de hoc loco), se « maximopere » invitum retinuisse particulam *vel* (in editione Instituti, Romae, 1869), cod. *Instit. 235*, p. 150. Omissa est in ed. a. 1937.

In Declarationibus, III, 2, A, *abs re* pro *ab re* (p. 94 l. 24); IV, 15, D *aliquando* pro *aliquanto* (p. 153 l. 40) (editio romana 1908 restituit *aliquanto*); VI, 2, A, *asseratque* pro *offeratque* (p. 179 l. 23); anno 1937 restitutum est *offeratque*.

§ 4. Mutata in editione pragensi anni 1705 [43]

Bis posuit *qui Societatem* pro *qui in Societatem*, in *Exam.* II, in titulo, et V, 8 (p. 7 l. 2, p. 31 l. 44). In *Const.* IV, 10, 10, *doctrina tradenda* pro *doctrina christiana tradenda* (p. 142 l. 31); VI, 2, 1, *inmutando* pro *immutare* [44] (p. 178 l. 9); VI, 2, 7 *confessiones vel lectiones* pro *confessiones vel praedicationes vel lectiones* (p. 183 l. 23).

In Declarationibus, IV, 2, G, *ad divinum* pro *ad maius divinum* (p. 109 l. 18); VIII, 4, A, *occupatus* pro *praeoccupatus* (p. 231 l. 13).

Septem itaque nova emendata addita sunt in hac editione, quorum tamen unum, *immutando*, pro *immutare*, potius antuerpiensi tribuendum est; caetera (praeter additionem praepositionis *in*) omissiones sunt oscitantibus transcriptoribus probabiliter debitae, quae tamen posteris editionibus (praeter ultimam, anno 1937) inhaeserunt.

§ 5. Mutata in editione pragensi anni 1757 [45]

In Constitutionibus, III, 1, 4, *fiet* pro *fiat* (p. 78 l. 77); IV, 13, 4 *quamvis iis* pro *quamvis ii* [46] (p. 149 l. 70); V, 3, 3 et 6, et V, 4, 2 addidit quinquies litteram N, ubique post verbum *Patri* (pp. 168, 169, 170); V, 4, 2, *Praepositi Societatis* pro *Praepositi Generalis Societatis* (p. 170 l. 22); VI, 1, 2, *tam omnes Professi* pro *omnes tam Professi* (p. 177 l. 72); VI, 2, 12, *Domus aut Ecclesiae* pro *Domus nec Ecclesiae* (p. 185 l. 64).

---

[43] Facta editio totius *Instituti Societatis* ex decreto congregationis generalis decimaequartae habitae anno 1696-1697. Constat in inscriptione operis et decreto 8 congregationis ejusdem, *Institutum* II, 414. Editio pragensis complectitur duo volumina; Constitutiones sunt in primo, v. Bibliographiam Constitutionum n. 10.

[44] Probabiliter habuerunt ad manum editionem antuerpiensem, quae cum haberet erratum *immouendo*, retenta gerundii forma, verbum *immutando* restituerunt.

[45] Editio *Instituti* in duobus voluminibus, facta est auctoritate congregationis XVIII, ut est in prima pagina editionis, non vero in decretis actisve congregationis. Concesserat facultatem congregatio XVII, anno 1751; (in cod. *Acta cong. gen. XVI-XIX*, cong. XVI, actione 22, pag. 86); sed interim dum parabatur editio, nova congregatio generalis coacta est anno 1755-1756, quae implicite saltem facultatem prius datam confirmavit, (ib., *Acta congr.* XVIII, actione 11, p. 41 et decretis 8, 11, 12, 13, 14, 18, in quibus memorantur quaedam plus minusve mutanda (nulla de Constitutionibus) quae edi solent in editionibus Instituti, et praesertim decreto 20, in quo mentio est novae editionis « quae paratur Instituti nostri », *Institutum* II, pp. 440-444), Hanc editionem curavit P. Marianus Pongelli, in *Actis* l. c.

[46] In editione antuerpiensi anni 1635 legimus *ii*, sed pronomen *ii* habet adjunctam litteram f remittentem ad notationem marginis; at haec littera f ita similis est litterae s longae, ut facile legi potuerit *iis*. Inde conficeretur, secundam pragensem transcriptam esse ex antuerpiensi, non ex prima pragensi; probabilius tamen videtur, hanc etiam usurpatam esse, quia omnes mutationes factae in prima pragensi, sunt etiam in secunda.

In Declarationibus, III, 1, C, *singillatim* pro *sigillatim* (p. 77 l. 52); IV, 7, B, *doctrinae christianae* pro *doctrina christiana* (p. 129 l. 14).

Unde locis viginti duobus, quos haec editio a praecedentibus mutatos accepit, adjunxit alios septem, qui omnes quam exigui momenti sint, legentibus patet.

§ 6. Mutata in editione avenionensi anni 1827 [47]

Praeter illa quae supra diximus de permutato ordine inscriptionum in capitibus, et de addito verbo *Declarationes* nihil haec editio immutavit; suscepit vero omnia quae in superioribus editionibus mutata erant, unde merito concludimus adhibitum esse ab editoribus avenionensibus editionem secundam pragensem.

§ 7. Mutata in editione romana anni 1869 [48]

Praeter illud additamentum, quod hujus articuli initio diximus, mutationes novas editio haec induxit octo (omissis uno alterove errore typographico) unam in Examine, tres in Constitutionibus, quatuor in harum Declarationibus.

In Examine, IV, 1, *in eam ii* pro *in ea ii* (p. 15 l. 5).

In Constitutionibus, II, 2, 4, *ex parte vero* pro *ex parte rerum* (p. 68, l. 78); VIII, 5 titulum capitis posuit *De loco et tempore et modo* (p. 231 l. 1) tantisper diversum a praecedentibus.

In Declarationibus, III, 1, G, ad finem, incepit notare caput IV, loco paginae, quam notant editiones superiores (p. 80 l. 26); IV, 3, B, *eiusmodi conditionibus* pro *huiusmodi conditionibus* (p. 111 l. 51); VII, 4, A, *possunt* pro *possent* (p. 212 l. 23); VIII, 2, 2, *domus* pro *domos* (p. 227 l. 36).

§ 8. Mutata in editione florentina 1893 [49]

In Constitutionibus III, 1, 10, *gressum* pro *progressum* (p. 82 l. 63); IV, 1, 4, ad finem, *obligentur* pro *obligantur* (p. 103 l. 44); IV, 3, 2. *exemplo et doctrina* pro *exemplo ac doctrina* (p. 109 l. 10); IV, 6, 7, *quisque* † pro

---

[47] Decrevit congregatio XX, decr. 9 (anno 1820), ut nova *Instituti Societatis* editio fieret. Primus e septem tomis, quibus constat editio, continet Examen, Constitutiones et utriusque Declarationes. Numeratio tomorum non est in singulis tomis, sed ante indicem generalem, in tomo inscripto *Ordinationes, Instructiones etc.*, pag. [368], qui est ultimus, editus anno 1838. V. Bibliographiam, n. 15.

[48] De hac editione paranda nihil est in decretis congregationis XXII, anno 1853 habitae. Est primum volumen editionis *Instituti*, factae jubente moderatore Societatis supremo Petro Beckx, curantibus PP. Fabriani et Boero, *Sommervogel*, V, 86.

[49] Est in vol. II editionis *Instituti*, quae Florentiae in lucem prodiit annis 1892-1893, generali praeposito Societatis P. Ludovico Martín. De hac editione, quae ante congregationem XXIV parari coeperat, agit decretum 7 congregationis ejusdem (*Institutum* II, 515); de Constitutionibus vero nihil praeter illa de translatione emendanda, prout supra, p. LXXIV, dictum est.

† *quisque* (p. 122 l. 80); VIII, 5, in titulo *et de modo* pro *et modo* (p. 231 l. 1); VIII, 6, 6 prope finem *percunctetur* pro *percontetur* (p. 236 l. 91). Horum duo *progressum* atque *et modo,* reposita sunt ab editore romano anni 1908.

In Declarationibus III, 1, B addidit *et* in locutione « non nisi obtenta facultate et litteris ei ostensis » (p. 77 l. 39) [50]; III, 2, C, *conculcandum* pro *conculcandam* (p. 95 l. 41); III, 2, G, *speretur* pro *speratur* (p. 97 l. 6); VII, 2, F, est *referre* pro *conferre* (p. 207 l. 68); VIII, 7 C, *ordinationibus statutis* pro *ordinationibus et statutis* (p. 241 l. 57). Nota errorem latere hoc ultimo loco; nam si in animo fuissent *ordinationes statutae,* subjunxissent verbum *constitutae,* non *constituta sunt;* is tamen error est etiam in editione anni 1908; emendatus in editionibus anni hujus 1937.

§ 9. Mutata in editione romana anni 1908 [51]

Unam tantum mutationem novam haec editio induxit; ea est in Constitutionibus, IX, 6, 6: *quas solus* pro *quae solus* [52] (p. 265 l. 81).

In hac editione accuratissimi sunt catalogi locorum duo: primus eorum quibus haec editio a florentina (cujus est proprie iteratio), alter, eorum quibus ab editione quarta seu Aquavivae recedit.

In primo non solum usus virgulae (,) pro puncto cum virgula (;) duobus locis adhibitae, sed etiam manifesti complures errores typographici colliguntur. Utrumque genus varietatum in nostra editione omitti cum foenore posse judicavimus; errores quidem typographicos omnes, nihil enim refert scire, in aliqua editione legi v. g. *ecclesticae* pro *ecclesiasticae;* varietatem vero interpunctionis fere semper, bis enim solummodo terve notavimus ob singulare illius momentum locis quibusdam.

In altero catalogo sunt praesertim omnia illa discrimina, quae in editiones post quartam, praesertim in antuerpiensem et duas pragenses, paulatim irrepserunt, quae nos ex nostra editione (quippe qui quartam iteramus) sustulimus et in imas paginas amandavimus.

---

[50] Hoc in nostram quoque editionem irrepsit; sublatum in edd. a. 1937.

[51] Editio prima post illam anni 1615, quae non est pars alicujus editionis *Instituti.* Ornata est jussu generalis Francisci Wernz a P. Mariano Lecina, qui in praefatione textum Florentinum iterare se velle profitetur.

[52] Quamvis praecedat nomen femineum, *rebus,* censemus tamen, pronomen neutrum *quae* et a primo translatore usurpatum et ab omnibus editoribus, scientibus, volentibus retentum esse, secundum eam quam grammatici vocant concordantiam κατὰ σύνεσιν, praesertim addito epitheto *universalibus.* Rodriguez volebat *quas*; Hoffaeus hanc notationem non collegit in suis (v. cap. 6). Editio anni 1937 posuit *quas*.

CAPUT SEXTUM

De conatibus ad translationem vulgatam Constitutionum corrigendam

Nonnulla de hoc argumento in capite praecedenti attigimus; hic alia quaedam adjungemus, quibus locus antea commode non fuit. Est enim operae pretium ad assiduas curas vigiliasque animadvertere, quibus alumni Societatis inde a primis ejusdem exordiis operam dederunt, ut ad interpretationem accuratissimam pervenirent; quam si properato factam Paulo IV exhibere temporis angustiis coacti sunt, hanc properationem assidua deinde diuturnaque lucubratione compensarunt. Hanc rem apparatus verborum criticus per se ipse ante oculos ponit, et congregationum secundae, tertiae, quartae, quintae, vigesimae tertiae et vigesimae quartae deliberationes et statuta, de quibus jam diximus, manifestam faciunt. Hoc loco fructus industriae privatorum hominum quorumdam, exponendi sunt, qui sive sua sponte, sive majorum auctoritate impulsi, textum latinum Constitutionum cum hispano studiose compararunt scriptasque differentias nobis tradiderunt.

ARTICULUS UNICUS

In antiqua Societate in hanc rem maxime incubuit P. Emmanuel Rodriguez, cujus in capite praecedenti meminimus.

Ejus enim est illa «copiosa locorum emendandorum seges, in qua minutissima quaeque notantur, quae ab hispanis discordant» [1]. Asservatur illa seges in cod. *Instit. 235*, estque in series duas divisa. Utraque series totum Examen ac decem partes Constitutionum percurrit; secunda vero multo accuratius; quae quidem longe maximam observatorum partem, nisi forte omnia, quae sunt in prima, continet, non certe transcripta, sed majori cum ordine digesta et plerumque fusius explanata. Prima series paginas implet 3-16; altera paginas 25-112. In fine primae seriei ait Rodriguez: «Haec sunt fere loca, quae mihi fere casu... occurrerunt. Si quis ex professo omnia inuestigauerit, fortasse multo plura eaque grauiora reperiet» [2].

Hanc vestigationem ipse Rodriguez postea suscepit, atque hinc, ut videtur, secunda series nata est. Post verba enim modo allata, scripsit

---

[1] *Matr.* pp. VI-VII. De his emendatis a P. Rodriguez collectis, paulo fusius quam de sequentibus loquimur, quia haec altera typis edita jam sunt, illa remanent inedita.

[2] In cod. *Instit. 235*, p. 14.

(alio tempore, quantum ex ipsa re atque ex scriptura colligimus): «Post haec scripta contuli multa loca editionis latinae cum hispano textu, in quibus tot inueni discrepantias, ut eas hactenus colligere non potuerim». Igitur quando haec scripsit, viderat quidem discrepantias illas, nequedum collegerat. Non tamen dubitandum est quin postea collegerit; habemus enim illius manu scriptam segetem illam secundae seriei paginis fere duabus de nonaginta comprehensam; vide descriptionem codicis. Nec solum collegit, sed collegit ut congregationi generali proponeret corrigenda, id quod ipse Rodriguez testatur in annotatione addita in prima pagina primae seriei, ubi etiam ait omnia esse in manu Patris generalis, cui Patres deputati ea tradidissent [3].

Hos esse locos illos, de quibus congregatio quinta loquitur in decreto 76 supra a nobis indicato, non est dubitandum. Aliis omissis argumentis, colligitur ex concordia decreti cum verbis Roderici et ex inscriptione prima paginae 19 codicis: «Ad futuram id est quintam congregationem generalem». Unde tempus quoque habemus, quo seges illa collecta est, scilicet, ante annum 1593, quo quinta congregatio convenit [4].

Ex hac secunda Emmanuelis Rodriguez magna segete orta est illa, quae nomine P. Pauli Hoffaei exstat in archivo publico monacensi [5].

Fuit is unus e Patribus in congregatione generali tertia (1573) designatis ad duas primas editiones Constitutionum inter se et cum Autographo conferendas [6]. Particeps quoque fuit una cum Emmanuele Rodriguez congregationum generalium quartae (1581) et quintae (1593-1594) [7]. In quarta congregatione deputatio nominata est inter alias tertia, pro iis quae pertinebant ad Constitutiones et bullas; neque Rodriguez neque Hoffaeus, deputationis hujus participes fuerunt [8]. In quinta vero uterque reperitur inter deputatos «pro declarandis Constitutionibus et substantialibus Instituti et explicandis dubitationibus circa nonnullas Constitutiones» caet. [9].

---

[3] Ib., p. 1.

[4] P. Boero in *Animadversionibus* p. 134 ait, locos eosdem emendandos propositos esse congregationibus quartae et quintae. Ex iis quae de utrisque diximus, sequitur fuisse diversos.

[5] *Hauptstaatsarchiv*, Jesuitica 14, München. Monumentum non est scriptum manu Hoffaei, sed librarii alicujus, ut videtur; brevitatis tamen causa Hoffaeo a nobis, ut in monumento est, tribuitur. Dicit enim in pag. 1: «Collegii Societatis Jesu Ingolstadiensis | a R. P. Paulo Hoffaeo». In p. 2 inscriptio est: «Loca in quibus latina Constitutionum editio cum hispano textu confertur»; pro *confertur* erat prius «non omnino consentit», ut est etiamnum in inscriptione interna, p. 3: «Loca ...textu, hoc est cum Authographo, non omnino consentit». Constat paginis 34, mensurae 0,205 × 0,160.

[6] Decr. 26, *Institutum* II, 224.

[7] *Acta cong. I-VIII*, ff. 100v et 131v.

[8] *Institutum* II, 247, decr. 2; *Acta cong. I-VIII*, f. 105r.

[9] Ib. p. 276, decr. 50, et f. 133r et v. Haec deputatio, quae facienda decreta est in actione quarta, die 6 Novembris 1593, prout continetur decreto 2, in ms. decretis 10 et 11 (*Institutum* II, 263, *Acta cong. I-VIII*, f. 133r et v) diversa est ab

Tanto facilius potuit Hoffaeus de locis a Rodriguez collectis certior fieri, ex iisque illa quae sibi majoris momenti videbantur, seligere, quae postea alicui librario transcribenda commisit.

Quod ad rem ipsam pertinet, non pauca omittit Hoffaeus, quae habet Rodriguez; nullum locum ex iis quos contulimus, contulimus autem plurimos, habet Hoffaeus, quem non habeat quoque Rodriguez; at Hoffaeus saepe contentus est textum hispanum juxta latinum (latinum non raro indicatum solummodo) collocare, lectori curam relinquens differentiam notandi [10]. Rodriguez vero non solum utrumque textum ante oculos ponit, sed differentiam ipsam declarare, modumque et causam correctionis proponere solet. Ita e. c. in *Exam.* I, 8 (p. 4 c. 74) uterque notat locum: «ut in Constitutionibus postmodum dicetur» additque: «como se dize en las Constituciones adelante», praeterea Hoffaeus nihil; Rodriguez vero: «Vbi hispan. habet 'se dize', hoc est 'dicitur', habet latin. 'dicetur', id est, 'se dirá'» [11].

Atque hic locus est declarandi cujus generis sint emendata multa a Rodericio proposita. Audivimus eum supra loquentem de «tot vitiis» in translatione latina repertis; haec «vitia» vocat deinde «discrepantias» (pp. LXXIII et LXXXII); discrepantiam vero invenit ubicumque latina editio non «conveniat omnino» cum originali patris nostri Ignatii, aut «ad omnimodam concordiam cum hispano» redacta non sit, caet. [12].

Hinc intelligimus voluisse Rodericium (idemque dicere possumus de Hoffaeo) ejusmodi translationem, quae verbum de verbo fere redderet.

---

alia, quae exemplum hispanum Constitutionum cum earumdem Autographo denuo conferre debuisset (ib. p. 283, decr. 61 in *Actis* decr. 78, f. 148r). Haec enim deputatio decreta est die 6 Januarii 1594, et conflanda erat ex Patribus a generali designandis, nondum ergo designatis. Utrum aliqui designati sint, necne, ignoramus; suspicamur nullos fuisse designatos. Ratio suspicionis haec est; die 6 Januarii decretum est ut Patres designandi librum illum cum Autographo denuo conferrent; testatur vero Laurentius Magius, secretarius ejusdem congregationis, die 7 approbatum librum esse a congregatione generali (vide ejus testimonium in t. II, p. 737), neque quidquam de nova collatione insinuat. Non est probabile, die sexto decretum esse factum, eodem die Patres esse nominatos, eodemque die et sequenti eos collationem trium textuum confecisse. Verisimilius est, aliquem notasse id quod est in prima parte decreti, nempe jam librum illum «ex Autographo P. Ignatii de verbo ad verbum bene ac fideliter descriptum... et cum eo atque cum alio authentico... per quosdam Patres linguae hispanicae peritos, diligenter collatum», proinde non opus esse nova collatione; id placuisse Patribus congregatis, nec tamen decretum, quacumque tandem de causa, esse mutatum.

[10] Alicubi locum latine scribit Hoffaeus, non corrigendum, sed jam correctum, et eo fere modo, quem Rodriguez proponit. Locus v. g. *Const.* II, 1, 1 (p. 61 l. 6) est apud Rodriguez hoc modo: «Latin. | et auxilii animarum | hispan. | en ayuda de sus ánimas · i · in auxilium animarum Ipsius *[Dei]*» (in cod. *Instit. 235*, p. 40); Hoffaeus vero «in auxilium animarum [male omittens *Ipsius*] en ayuda de sus ánimas» (*Hoffaeo* p. 11).

[11] In cod. *Instit. 235*, p. 26.

[12] Ib. p. 21.

Modo vidimus notantem locum *Exam.* I, 8, ubi hispanum «se dice-dicitur» conversum est latine in «dicetur». En alia duo exempla e multis, quae afferri possent. *Exam.* IV, 12, hispane «por amor de Dios nuestro Señor» latine «pro amore Christi»; Rodriguez mavult «pro amore Dei» [13]; in *Const.* II, 1, 1 latine «ut autem», notat Rodriguez «in hispano non est illa particula *autem*, nec opus est, nec in 3ª parte ponitur, quae tamen in hispano eisdem verbis incipit quibus haec secunda» [14]. Hunc locum notat quoque Hoffaeus [15].

Ne tamen existimemus in rebus hujusmodi, quas aliqui tricas fortasse dicent, semper versari Rodericium, vide quid habeat de *Const.* II, 4, 3: «latin. absoluti maneant a votis. Hispan. quedan libres de los votos. Melius dicitur liberos manere a uotis quam absolutos. Nam *liberos* significat id quod res habet, nempe, manere absque uotis, quia uota per se cessant. At *absolutos* prae se fert adhiberi aliquam absolutionem, quando dimittuntur, uel dispensationem, quod falsum est» [16]. Hanc quoque notationem cum commentario facit suam Hoffaeus [17].

Haec in antiqua Societate. Post ejusdem restitutionem, primum PP. Victor Aloisius Fabriani et Josephus Boero locos viginti quinque notarunt, multo plures indicarunt, qui hispanicae veritati essent restituendi [18]. Cum autem P. Fabriani, morte praereptus, hunc laborem perducere ad exitum non potuisset, P. Boero notata utriusque (nulla distinctione adhibita) in unum conjunxit [19].

In his Animadversionibus intelligitur nomine Autographi, non solum textus *B*, sed etiam textus *A*, v. g. in animadversione ad *Const.* IV, 10, 1; nam membrum «vel per horologium» (quod Animadversio dicit esse in Autographo) non est in textu *B*, sed in *A* [20]. Interpres autem latinus non textum *A*, sed *B* latinum fecit (v. p. LXI).

Quod vero pertinet ad Rodericii segetem, censemus, has Animadversiones ab illa non pendere. Quamquam enim maxima pars locorum, qui in his notantur (quindecim fere ex viginti quinque) apud Rodriguez inveniuntur; res tamen ipsa quae notatur, aut eadem non est, aut ita notatur, ut nexum prodere non videantur, praesertim cum hi loci, utrique communes, sint apud Rodriguez inter plurimos alios dispersi.

Omnium vero antiquorum recentiorumque diligentiam et industriam superavit P. Joannes Josephus de la Torre, qui plus quam duo millia locorum collegit, in quibus translatio latina ab

[13] Ib. p. 1.
[14] Ib. p. 3.
[15] *Hoffaeo*, p. 11.
[16] In cod. *Instit. 235*, p. 42.
[17] *Hoffaeo*, p. 13.
[18] *Animadversiones*, p. 140.
[19] Ib. p. 136.
[20] Ib. p. 140; t. II, p. 402, ll. 11-15.

hispano textu plus minusve recedit, quae quidem omnia in hispana et latina Constitutionum editione matritensi anni 1892 diligentissime collecta sunt.

Novit certe P. de la Torre magnam illam Emmanuelis Rodriguez segetem, ab illa tamen generatim non pendet. Primum enim plurima habet de la T. quae non habet Rodriguez; nam in *Exam.* I, v. g. notat Rodriguez locos 16, de la T. 51; in *Const.* III, 1 Rodriguez 65, de la T. 158; in c. 2 Rodriguez 14, de la T. 50, et ita porro. Deinde quaedam notat Rodriguez, nec minimi momenti, quae omittit de la T. (ut jam dicemus); postremo notata ipsa utrique communia, etiamsi saepe conveniant, quando scilicet uterque emendator translationem verbum de verbo proponit, alias tamen inter se differunt. Uterque v. g. notat in *Exam.* I, 4, locutionem: «aut etiam coadjutorum» (p. 3 l. 45). Rodriguez proponit: «aut suorum coadjutorum»; de la T. mavult «coadjutorum earum» [21]. Locum «unum adhuc annum... exspectabunt» (*Exam.* I, 12, p. 6 l. 12) ita Rodriguez emendat, ut solum verbum *habebunt* pro *exspectabunt* ponat, de la T. praeterea suggerit «unum amplius annum» [22].

Ex dictis constat etiam quanto potiori jure de labore P. de la T. dicendum illud est, quod ipse de magna Rodericii segete scripsit: exstat «copiosa locorum emendandorum seges, in qua minutissima queque notantur, quae ab hispanis discordant» [23]. Et quamvis tam multa notata sint, non censemus tamen omnibus satisfactum iri, qui textum hispanum cum latino conferre volent [24].

Comparavimus nos utramque segetem, neque longum tempus interfuit, quin multa videremus apud Rodriguez eaque merito observata, quae in Matritensi frustra quaesivimus. Quod ut aliquot exemplis confirmemus, in *Const.* IV, 2, B, ubi vulgatus ait «Huiusmodi obligationes non tolerantur» (p. 106 l. 50), Rodriguez allato hispano textu «Tales obligationes no se compadecen» subjungit: «Plus significat 'no se compadecen' quam 'non tolerantur'. Illud enim significat repugnantiam in ipsa re; hoc vero in voluntate superiorum, qui id non tolerant» caet. [25]. In IV, 3, 2, in phrasi «idoneos ad vineam Christi Domini» (p. 109 l. 9) notat deesse verbum «operarios» [26]. In declaratione B ad finem, adhiberi comparativum *rariores* (p. 112 l. 68), cum hispane sit positivum *raros* [27]. (Tres locos admisit etiam Hoffaeus, et primum quidem cum observatione Rodericii) [28]. Sic alia.

---

[21] *Matr.* p. 4, not. 3; cod. *Instit. 235,* p. 25.

[22] Ib. p. 26, et p. 6, not. 14.

[23] *Matr.* pp. VI-VII.

[24] Si quis emendata P. de la Torre cum nostro apparatu critico verborum comparabit, inveniet, breviora quaedam Torre emendata (quae hispano textui magis adhaerent) convenire cum primis lectionibus, quas praesertim in exemplo *Pol*, seu antiquissimo, legimus.

[25] In cod. *Instit. 235,* p. 53.

[26] Ib.

[27] Ib. p. 54.

[28] *Hoffaeo*, p. 17.

Caeterum prudentissime P. de la Torre praefatus est, tam multa notata esse «non quo omnia censeantur emendanda, imo ne plura quidem; sed ut emendatoribus futuris in abundantiori messe facilior sit delectus, et ut lectores hispanam linguam non callentes ad penitiorem Constitutionum intelligentiam introducantur» [29]. Haec ille. Dixerit tamen quispiam: si notata illa omnia pleniorem Constitutionum cognitionem praebeant, quidni assumantur?

Nihilominus optimo judicio in congregatione generali XXIV paucorum Elenchus locorum ex illa multitudine selectorum concinnatus est. Etenim Elenchi auctores difficultatem operis praestandi persenserunt, cum viderent, facile fieri posse ut cum translationem antiquam emendare studerent, novam aliam efficerent, id quod multis de causis vitandum esset. Itaque commissio «has sibi duas regulas statuit: 1° ut nullam proponeret emendationem, quam non aut necessariam aut valde utilem existimarent, sive ob sententiae discrimen, sive ob ambiguitatem aut obscuritatem. 2° Ut eae ipsae mutationes propositae quam levissimae essent, et fere uno tantum aut altero vocabulo addito, dempto, alii suffecto, vel e loco in locum moto continerentur» [30].

Imo cum congregatio Patri generali commisit Elenchum typis mandandum atque in provincias examinandi causa mittendum, facultatem fecit id praestandi «expunctis sive adiectis sive mutatis, quae sibi post accuratum examen viderentur» [31].

Itaque nemo mirabitur, quod Elenchus in ipsa congregatione concinnatus, ab Elencho in provincias misso, aliquantulum, parum certe, differat. Idem est fere locorum emendatorum numerus (360); at interdum altera in altero Elencho emendatio proponitur, v. g. pro verbo *parentes* primus habet *propinquos,* alter *consanguineos* (*Exam.* IV, 2, p. 16 l. 27); pro *omni ex parte* primus adhibuit *utrinque,* alter *utraque ex parte* (ib, VIII, 1, p. 37 l. 3).

Imo in editione romana anni 1908, quam, auspice praeposito generali Francisco X. Wernz, curavit P. Marianus Lecina, monet hic lectorem: «Quae infra singulas fere paginas paucis annotantur, si unum alterumve excipias, desumpta sunt ex Elencho locorum» caet., loquitur autem de nostro Elencho in provincias misso. Jam modus ille loquendi manifeste declarat, aliqua, pauca illa certe, esse emendata quae in illo Elencho non sunt; alia quae Elenchus continet, in nova editione esse omissa (sexaginta fere; loci notati sunt in editione romana trecenti duo). Ac re vera Elenchus proposuit *scindentur*, editio *scinderentur* (hispane *se rasgasen*) pro *deterentur*

---

[29] *Matr.* p. VII.

[30] Ex «Judicio PP. Deputatorum [a Congregatione 24, anno 1892] de vulgata Constitutionum S. P. nostri versione ad Autographi hispani fidem castiganda».

[31] Decr. 27 congregationis 24.

(*Exam.* I, F, p. 7 l. 44); Elenchus praebet *semper habendo*, editio *habendo semper* (hispane *teniendo siempre*) pro *habendo* (*Const.* IV, 14, B, p. 151 l. 27); Elenchus dat *privatae*, editio *privatae sint* pro *submissa voce* (*Const.* VI, 3, B ad fin., p. 190 l. 57). Omittit editio emendare in parte IV inscriptionem Declarationum ad capita de universitatibus et ad caput 11 (p. 142 et 143); in parte eadem, c. 12, C, locutionem «quatenus tamen... conveniunt» (p. 146 ll. 34-35); in VIII, 4, 2, (p. 231 l. 29) epitheton *gravioribus* (fortasse quod Elenchus correctionem imperfectam reliquerit)[32]; postremo editio retinet signum parenthesis in phrasi («si Professionem... formati sunt») quod Elenchus sustulerat (*Const.* VIII, 6, B, p. 235 ll. 59-60).

Et quoniam de ultimis emendandae vulgatae interpretationis conatibus agere coepimus, liceat nobis unum alterumve observatum subjungere.

Primum in admittendis rejiciendisve emendatis ex editione hispana et latina collectis, fortasse non semper sibi constat Elenchus. En aliquot exempla: Admittitur emendatio *erit necesse* loco verbi *oportebit* (*Exam*, I, G, p. 7 l. 47); rejicitur *necesse sit* loco verbi *oporteat* (*Const.* III, 1, C, p. 77 l. 53); hispane est in primo loco *será menester*, in altero *hayan de* quod eodem recidit. Admittitur *humanis consiliis* pro *humano aliquo fine*, (*Const.* I, 3, 10, p. 54 l. 87), hispane *humanos diseños;* rejicitur *majoris divini obsequii* pro *majoris boni* (Ib. I, 2, 2, p. 47 l. 11), hispane *mayor servicio divino.* Admittitur *Qui Societatem deserunt* pro *Qui a Societate discedunt* (*Const.* II, 4, B, p. 73 l. 39); hispane *Los que se salen de la Compañía;* rejicitur *Probationis* pro *Probationum* (*Const.* II, 2, 3, p. 66 l. 24) hispane *de la Probación.*

Sic aliis locis. Quod si accurate Constitutiones latinas examinamus et cum hispanis conferimus, alia inveniemus, quibus aut in Elencho, aut certe in millibus emendatorum Patris de la Torre locus dandus erat, quippe quae majoris momenti sunt, quam plurima emendatorum aliorum. Exemplo esto locus «alii tamen facilius quam alii dimittentur» (*Const.* II, 1, A, p. 62 l. 21); quod quamquam verum est, differt tamen ab hispano modo dicendi, in quo non comparatur hoc loco facilitas dimittendi alios prae aliis, sed difficultas, ait enim «habrá menos dificultad» (etsi paulo inferius comparat facilitatem). Cohaeret declaratio cum constitutione dicente «ut non faciles esse ad admittendum, ita neque ad dimittendum, imo minus oportet»; hispane clarius: «como no debe haber facilidad en el admitir, menos debrá haberla en el despedir» id quod est contrarium ejus quod aliqui dicunt (et quidam e Societate scripsit)[33] «difficilius esse in Societatem admitti quam ex ea dimitti».

Alterum locum sumimus ex parte III, capite II, n. 1 ad finem, ubi verba illa *in Domino*, frequentissima apud S. Ignatium, evulsit translatio

[32] Pro *gravioribus* habet Elenchus «quae plus considerationis», inducens nominativum novae orationis *(quae)* sine ullo verbo.

[33] V. p. 61 not. 2.

vulgata e suo loco cum dixit: «quod Superiori, re intellecta, in Domino visum fuerit» (p. 93, ll. 17-18); cum hispane non de judicio Superioris, sed de bono subditi hoc dicatur: «ha de persuadirse que lo que su superior, siendo informado, ordenare, será lo que más conviene para el divino servicio y su mayor bien en el Señor nuestro», idque (secundum tritam de obedientia doctrinam) etiamsi fortasse superior non in Domino, seu rationibus divinis adductus, sed humanis consiliis impulsus rem statuerit. Translatio ergo esse deberet «id magis expedire ad divinum obsequium ac suum majus in Domino bonum, quod Superiori, re intellecta, visum fuerit». Nec omittendus videtur locus, *Exam.* IV, 45, quem notavit *Matr.* Vulgatus enim interpres ait «propter humanam nostram debilitatem et miseriam» (p. 29 ll. 45-46) exprimens causam unam eamque universalem; textus vero notat causam unam universalem et alteram particularem cum dicit: «propter nostram humanam debilitatem et propriam [privatam] miseriam». Sic alia.

Poterant etiam illa restitui, quae cum bene essent in editione quarta, in aliqua ex sequentibus sine causa mutata sunt. Ita v. c. in III, 1, B induxit editio quinta «ad melius ipsius bonum» pro «ad maius ipsius bonum» (p. 77 l. 42); in IV, 2, G, omisit pragensis prima comparativum *maius* in locutione «ad maius divinum... obsequium» (p. 109 l. 18). Alia pauca similiter [34].

Haec aliquanto enucleatius exposuimus, quo melius pateat, non solum quantum operis et laboris in translationem vulgatam textui hispanico magis accommodandam majores nostri insumpserint, sed etiam quam longam et fortasse nunquam exhauriendam viam sint ingressi. Nihil ergo mirum, quod P. Josephus Boero «proposito ante oculos exemplo R. P. Ioannis Roothaan bonae memoriae, qui librum Exercitiorum spiritualium ad fidem autographi summa utilitate retulit, aliorum animos» excitare voluerit, «quo tandem, iuxta votum Societatis universae, accurata et omnibus numeris absoluta Constitutionum revisio et emendatio fieri possit» [35].

Quale fuerit Patris Roothaan exemplum, in vulgus notum est. Narrat eximius Exercitiorum cultor et propagator, quanto studio quaesierit, quantaque diligentia et cupiditate legere, quam meditate volvere et revolvere hispanicum illorum libellum, semel inventum, coeperit. Ex qua meditatione et lectione quid consilii ceperit, (hoc enim est exemplum de quo loquimur) ita exponit: «Ac primum quidem non alia mens erat, nisi ut praecipua quaedam in nova Exercitiorum editione, adjectis adnotatiunculis, designarentur. Sed cum in rerum notandarum selectu saepe haereret animus, et illa etiam recurreret identidem cogitatio, quod fortasse, ea, quae mihi fere nullius viderentur momenti, aliis, majore instructis lumine, non inutilia, nec negligenda videri possent, in illud demum consilium deveni, ut quam fieri posset maxime litteralem versionem totius libri adornarem, ex qua

---

[34] Restituta sunt in nuperrima editione romana, cum in latina tum in latina et hispana, a. 1937.

[35] *Animadversiones*, p. 136.

illud etiam nasceretur commodi, quod illa nativa simplicitas, ac simplicitatis socia unctio, quae Sanctorum non sensa modo, sed et verba comitari solet, conservaretur facilius et a legentibus, seu meditantibus potius (nam meditate legi totum hunc librum omnesque ejus partes necesse est) aliquo saltem modo etiam in versione percipi posset» [36].

CAPUT SEPTIMUM

Constitutiones Societatis Jesu in aliis ordinibus et congregationibus

In Prolegomenis voluminis secundi quaedam collegimus, quae sive ex regulis sive ex constitutionibus antiquorum ordinum in Constitutiones Societatis Jesu pervenerunt.

Nunc vicissim planum faciemus, non paucas e Constitutionibus Societatis in regulas sive constitutiones posterorum quorumdam ordinum et congregationum pervenisse. Ut autem ostendimus in Constitutiones Societatis nonnulla ex antiquis ordinibus permanasse, Societatis tamen institutum ab illis ortum duxisse negavimus, ita in praesentia vestigia Constitutionum nostrarum in recentiorum ordinum constitutionibus impressa perquirentes, non contendimus illorum institutum ab instituto Societatis esse natum (nisi forte de singularibus quibusdam id alia via probetur), cum singuli religiosi ordines, non ex praecedentibus ordinibus plerumque nascantur, sed ex Dei providentis consilio, Ecclesiae suae hanc inexhaustam fecunditatem tribuentis.

Ex iis autem quae sive tanquam certa, sive tanquam probabilia adducemus, illud sponte orietur, rationem vitae religiosae instituendae, ducendae, atque ordinandae a S. P. Ignatio propositam, non solum ab Ecclecia esse approbatam (id enim ab anno 1540, confirmato per Paulum III Societatis Jesu instituto, certum est), sed etiam multis neque parvae auctoritatis viris et mulieribus dignam visam esse, quam sibi aliisque imitandam proponerent, ac finibus plurimis, ubique gentium persequendis, aptarent.

Qua ratione id singulae religiosae familiae praestiterint, quantunque spiritus quem vocant, ignatiani singulae imbiberint; neque nostrum neque hujus loci est investigare. Illud autem probe animadvertere oportet, quam-

[36] Ex « Prologo ad Patres Exercitiorum spiritualium praecipue studiosos ».

vis aliud omnino sit spiritus, aliud verba quibus ille spiritus foras ejicitur; Ignatii tamen spiritum, quatenus in ejusdem Constitutionibus expressum, si in aliorum ordinum constitutionibus regulisve pro rata portione transmissum invenire volumus, satis non esse ut rem eamdem, sed requiri ut verbis etiam eisdem vel fere eisdem prolatam reperiamus. Quod enim constitutiones regulaeve aliquae doceant, v. g., obediendum esse superiori tanquam Christo, idque prompto animo et bona voluntate; aut aliqui ordines constituant suas leges sub peccato sive culpa non obligare; non illico confeceris haec ab ignatianis Constitutionibus esse petita. Illud enim primum multis locis atque etiam ex apostolo Paulo, hoc alterum ex toto genere legum quas poenales vocant, et ex quibusdam religiosis disciplinis, etiam inter ordines Societate Jesu antiquiores, discere quisque potuerit, praeter quam quod excludendae numquam sunt proprii ingenii vires; nam si antiqui aliquid novi potuerunt excogitare, quidni posteri idem potuerint?

Hinc conatus ille noster oritur, ut quantum fieri possit, ipsorum verborum concordiam ostendamus. Si enim et res et verba conveniunt, idque non semel iterumve dissitis locis, sed locis eisdem compluries, de origine dubitandum non erit.

In hac autem collatione facienda, non multorum, nedum omnium leges perscrutabimur, sed paucorum tantum, rem delibandi potius quam exhauriendi causa.

ARTICULUS I

De Constitutionibus Societatis et jure religioso in universum

Prius tamen quam de ordinibus et congregationibus singularibus agimus, opportunum esse opinamur, paucis praenotare, disciplinam quoque ecclesiasticam in universum ita erga religiosos ordines esse quibusdam in rebus temperatam, ut Christi Ecclesia nonnulla in omnium usum amplexa sit, alia in plurimarum congregationum statutis admittat, quae in Constitutionibus Societatis aut primum stabilita, aut, in desuetudinem jamdiu lapsa, restituta, ipsa Ecclesia prius confirmaverat. Nihil mirum, cum etiam inter fontes codicis juris canonici bullae duae Gregorii XIII numerentur, quae totae sunt in Societatis Jesu Instituto et Constitutionibus confirmandis [1].

Ex earum numero rerum est, quod votorum solemnitas ad vitae religiosae statum constituendum non amplius requiritur; quod religiosi pro-

---

[1] *Codicis Iuris Canonici Fontes*, cura Em. Petri Card. Gasparri editi. Vol. I, Romae, 1923, pp. 262-263 bulla « Quanto fructuosius », 1 Febr. 1583; pp. 269-275 bulla « Ascendente Domino » 25 Maji 1584.

fessi a votis simplicibus bonorum suorum proprietatem conservare possunt [2]. Hinc illud consecutum est, quod cum antiquitus omnes fere ordines duobus tantum hominum generibus constarent, novitiorum et professorum; nunc ipsorum professorum duo vel tria genera numerantur, quorum alteri votis simplicibus, saepissime non perpetuis, alteri solemnibus vel saltem perpetuis adstringuntur. Hinc etiam frequentissimus in congregationibus recentioribus usus vota bis in anno renovandi, non quidem jure communi, at certe in multis constitutionibus praescriptus, donec vota sive perpetua sive solemnia nuncupentur.

Ante Societatis Jesu adventum, homines etiam prudentissimi ordinem religiosum sine choro vix animo capiebant. Hinc Paulus IV voluit « ut Societas nostra, inquit Nadal, chorum ad horas canonicas dicendas haberet, quemadmodum aliae religiones » [3], quem usum defuncto vita Paulo IV suppressum, S. Pius V restituendum injunxit (sup. p. LXVI), Gregorius XIII postremo sustulit [4]. Nunc autem non una Societas Jesu est, quae horas canonicas suos sacerdotes extra chorum privatim persolvere jubet.

Communissimus olim erat usus anni unius in tirocinio ponendi, modo frequens est biennium.

Moderatores provinciarum et domorum suffragiis electorum saepissime creabantur atque etiamnum in antiquis ordinibus multis creantur. Ex quo S. Ignatius hunc eligendi modum ad solum fere supremum moderatorem restrinxit, congregationes religiosae non paucae rationem eamdem amplexae sunt [5].

Et quamvis in proverbium jam abiisset, hominem non effici habitu tonsuraque religiosum, vix tamen ordinem religiosum sine proprio habitu esse posse arbitrabantur. Exemplum S. Ignatii, Societati Jesu communem habitum clericorum statuentis, complures imitati, imo nostris temporibus ulterius congregationes quaedam, approbante Ecclesia, progressae sunt.

Neque pauci ordines congregationesve S. Ignatium in eo secuti sunt, quod certas poenas pro certis culpis expiandis non assignarunt, sed hanc rem judicio moderatorum commiserunt, neque caput illud « De culpis et poenis », in antiquioribus ordinibus saepe adhibitum, suis regulis addiderunt.

Addenda quoque sunt exercitia spiritualia religiosis omnibus obeunda quotannis [6].

Postremo scopus congregationum multarum frequentissime ex ipso constitutionum regularumve exordio expressis verbis exprimitur: perfectio uniuscuiusque et proximorum procuranda, id quod quamvis apud antiquos

---

[2] Can. 487 et 580, § 1.

[3] *Scholia,* Appendix p. 269.

[4] Per breve « Ex sedis apostolicae », 28 Febr. 1573.

[5] In *Archivo Agustiniano*, 37 (1932) 477-478, exponit P. M. V. (Pedro M. Velez) incommoda capitulorum provincialium, quae paulatim tollenda censet, rationemque Societatis amplectendam.

[6] Can. 595.

ordines multos in usu jamdiu esset, ea tamen claritate, quam S. Ignatius et alii post illum in hac re adhibuerunt, expressum plerumque non erat.

At veniamus jam ad ordines et congregationes quasdam singulares, primo virornm, tum feminarum.

ARTICULUS II

Ordines et congregationes virorum

§ 1. Ordo Eremitarum S. Augustini

Quamquam in hac parte ordines et congregationes a nobis considerantur, qui post Jesu Societatem instituti sunt; cum tamen antiquiores aliqui suas constitutiones regulasve postmodum renovarint; fieri potuit, ac reapse factum esse judicamus, ut in his renovandis, quasdam ex nostris Constitutionibus illi usurparint.

Multo antiquior Societate Jesu est Ordo Fratrum Eremitarum S. Augustini[7]. Nihilo tamen minus, quoniam « anno MDLXXX omnes veteres constitutiones [illius ordinis], iterum ad incudem revocatae sunt, magnamque mutationem subierunt auctoritate summi Pontificis Gregorii XIII in Generali Capitulo Romae celebrato »[8]; ac deinde usque ad annum 1636 in variis capitulis generalibus diversa statuta sunt[9], quo tempore Constitutiones Societatis novies saltem in lucem prodierant: contingere optime potuit, ratione temporis, ut ex his in illas aliqua influxerint. Id reapse contigisse, quicumque textus utrosque comparabit, penitus sibi persuadebit. Hoc autem locis tribus maxime invenimus: de candidatis in ordi-

---

[7] De illorum origine disserunt Brockie in opere Holstenii mox afferendo, et Heimbucher, I, Dritte Abteilung, § 65, pp. 539-543.

[8] Ita Marianus Brockie in *Observatione critica* apud Holstenium, *Codex Regularum*, t. VI, p. 223. Observationes criticae huic operi a Mariano Brockie adjunctae, caute omnino usurpandae videntur. Nam in Observatione praeposita regulis Societatis Jesu (t. III, p. 121) complura dicit quae vera non sunt: S. Ignatium constitutum esse generalem a Paulo III; omnes Societatis subditos vota quatuor emittere; hanc praesentem regulam (ponimus, eum de regula seu regulis loqui, quae ibidem sequuntur) esse primitus hispanice scriptam, latine redditam a Polanco, id quod verum esset si Constitutiones sequerentur, sequuntur autem summarium Constitutionum, regulae communes omnium tum etiam propriae singulorum officiorum, ut provincialis, rectoris, examinatoris aliaeque multae, quae neque sunt Constitutiones Societatis Jesu, neque tales, quales proponuntur, a S. Ignatio conscriptae. Addendum tamen, summarii regulas recte afferri. Itaque textus, qui a nobis hic proferuntur, desumptos ex opere Holstenii, legitimos esse ponimus; caetera omittimus, quia ad nos non pertinent.

[9] Brockie, ib.

nem admittendis, de novitiorum institutione, de supremo ordinis moderatore seu generali.

Et primum quidem Constitutiones ordinis Eremitarum S. Augustini agunt in capite primo secundae partis « De aetate et qualitate eorum qui ad ordinem recipiendi sunt ». In his autem haec inter alia legimus:

« Quoniam refert plurimum ad divinum servitium et Ordinis profectum, ut conveniens habeatur delectus eorum qui ad Ordinem admittuntur; diligentia non modica adhibenda erit, ut intelligantur ea, quae ad eorum personas, et vocationem attinent. Quamvis autem charitas et zelus animarum omnia hominum genera complectatur, nam *idem Dominus omnium*, et ideo teneamur cunctos ad Beatitudinem consequendam in Domino juvare; non tamen ad Ordinem recipiendi sunt, nisi qui utiles fuerint, et Ordinem in aliquo juvare potuerint ». Et paulo post: « Hi ergo qui recipiendi fuerint... sint bonae conscientiae, quieti, amatores virtutum, ac perfectionis, propensi ad devotionem et qui habeant vires, quibus ferre possint Ordinis nostri labores » [10].

Quae quidem omnia tam a Constitutionibus ejusdem Ordinis editis anno 1518 Venetiis, capite 16 « De tempore ac qualitate eorum qui ad ordinem recipiuntur », f. 22, quam ab Additionibus Constitutionum, ib. f. 41, absunt. Neque sunt in editione anni 1551, capite 16 quod in hac editione est 17. Additiones constitutionum ab his sejunctae, non sunt in hac editione [11]. Ex capite tamen 16 vel 17 sumpta sunt quae de simonia in ingressu vitanda in utrisque Constitutionibus praecipiuntur.

Illa vero quae in antiquis non sunt, legimus, fere etiam verbum de verbo, in latino textu Constitutionum Societatis Jesu: « Quia refert plurimum » caetera, quae vide in *Const.* I, 1, 3 et I, 2, 2-3 (pp. 45 et 47-48).

Haec de candidatis in ordinem admittendis. Cum autem Eremitarum Constitutiones in capite tertio partis ejusdem secundae « De educatione novitiorum, et qualis esse debeat Magister eorum » accurate agunt, non solum multa ex capite 17 (18 in editione anni 1551) antiquarum Constitutionum Eremitarum « Qualis debet esse magister novitiorum et de quibus ipsi nouitii instruantur » retinent; sed alia etiam nova intermiscent, atque in his quaedam non parvi momenti ex Constitutionibus nostris deprompta. Magistrum novitiorum antiquae illae hoc modo describunt: « unum [Prior praeponat novitiis] ex fratribus magistrum doctum et honestum, uirum approbatum et nostri ordinis praecipuum zelatorem » f. 22v; nostrae autem brevius: « virum fidelem et in rebus spiritualibus sufficienter versatum » (III, 1, 12, p. 83); Eremitarum recentiores ex utrisque unam imaginem conflant: « Magistrum morum [praeponant eis], mediocriter saltem doctum, in rebus spiritualibus sufficienter versatum... honestum item ac probatum et nostri

---

[10] Apud HOLSTEN, t. IV, p. 239.

[11] HEIMBUCHER, I, 539, meminit editionum Venetiis 1508, Romae 1551, 1625, 1686, et recentiores 1895 et 1926; venetam anni 1518 non memorat, quam (una cum editione romana anni 1551) nos a cardinali Ehrle commodatam accepimus. Editio apud Holsten est anni 1686, BROCKIE, IV, 223.

Ordinis praecipuum zelatorem, provectaeque aetatis quantum fieri potest » [12]. Quae vero ipsam novitiorum institutionem et rationes inter magistrum et novitios respiciunt, clariora et frequentiora vestigia produnt. Legimus enim:

« cui [magistro] in omnibus humiliter ac prompte Novitii obedire teneantur... et ad quem in suis tentationibus confugiant, cuique confidenter secreta sua detegant et a quo consolationem et auxilium sperent in Domino » [13]. Et paulo post « Ante omnia doceat eos Legem Dei, ejusque amorem, ac timorem et quod in omnibus quaerant Deum exuentes se amore sui atque omnium creaturarum, ut affectum totum in ipsarum Creatorem conferant, eum in omnibus amando, et omnes in eo, juxta sanctissimam eius voluntatem; dirigat etiam eos in exercitiis spiritualibus, quae unicuique tradenda erunt, prout ei convenire judicabitur, doceatque quomodo ab illusionibus Daemonis in praedictis exercitiis cavere debeant, et quomodo se contra omnes tentationes tueantur: moneat eos, ut libros spirituales, et devotos auide legant, curetque non solum, ut addiscant, quae conveniunt, sed etiam ut exerceant quae didicerint pro mensura gratiae ipsis a Deo communicatae; doceat... nullamque celare tentationem, quam Confessori, Magistro vel Superiori non aperiant, quibus totam animam suam patere pergratum habeant, nec solum defectus aperiant, sed etiam poenitentias, mortificationes et devotiones, optantes in omnibus ab illis dirigi, nolentes suo proprio sensu duci, nisi cum judicio illorum conveniat, quos Domini nostri Jesu Christi loco habent ». Et paulo post: « eos doceat... in omnibus potiores partes aliis deferre, omnes in animo suo tamquam superiores ducendo, et singulis honorem, ac reverentiam, quam exigit cujuscumque status, cum simplicitate, et moderatione exibendo » [14]. Postremo vide modum pugnandi contra pravas animi passiones in recentioribus Eremitarum Constitutionibus expressum: « Si viderit [Magister] aliquem eorum ad superbiam esse propensum, exercere talem debet in obedientiis abjectioribus, quae ad humiliandum ipsum utiles futurae videantur... et sic de aliis animi propensionibus fieri debet. Novitiis vero ea promptius et alacrius agere convenit a quibus sensus magis abhorrebit, si injunctum eis fuerit, ut in illis se exerceant » [15].

Jam vero haec ex tertia parte nostrarum Constitutionum orta esse nullus dubitabis, si leges in capite primo paragraghos 4, 10, 12, 13, 20, 26 (pp. 78, 81, 83, 87, 91). Ultimus tantum locus in hac tertia parte desideratur, qui est in nostro Examine, capite quarto, paragrapho 28: « in exercendis » caet. (p. 24).

Haec neque in Constitutionibus Eremitarum antiquis neque in additionibus Constitutionum invenimus [16].

Tertium locum esse diximus de reverendissimo Patre « qui omnibus praeest » [17], qualis esse ille debeat. Haec habent Eremitae:

« liber etiam ab omnibus inordinatis affectionibus sit, oportet; ne interius judicium rationis perturbent; eoque modo laboret, rectitudinem et severitatem necessariam cum benignitate et mansuetudine miscere, ut nec se flecti sinat ab eo,

---

[12] Apud Holsten, ib. p. 242.
[13] Ib.
[14] Ib., 242-243.
[15] Ib., 244.
[16] FF. 22v et 41r.
[17] *Constitutiones Eremitarum S. Augustini*, p. 3, c. 5, n. 6, apud Holsten, t. IV, p. 276.

quod ex officio facere tenetur, nec filiis suis, ut convenit, compati desinat. - 7. Animi etiam magnitudo ac fortitudo est ei maxime necessaria ad res magnas pro augmento, et reformatione Ordinis aggrediendas, in eisque constanter perseverandum; non propter contradictiones, (licet a magnis et potentibus excitatas) animum despondendo nec ab eo, quod ratio et divinum obsequium postulat, eorum precibus, aut minis se separari sinendo: paratissimus, si opus esset, ad mortem pro Ordine subeundam; nam bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis » [18].

Neque haec invenies in antiquis Constitutionibus neque in additionibus; invenies autem tantum non omnia in nostris, IX, 2, 3-5 (p. 245).

Sic a nobis, opinamur, locorum satis dictum est, ut tuto affirmare possimus, recentiores Eremitarum S. Augustini Constitutiones approbatas a Gregorio XIII vestigia nostrarum exhibere, ita tamen ut pauca fragmenta nostrarum cum caeteris, quarum est longe maxima pars, in unum corpus aptissime coalescant.

§ 2. Ordo Clericorum Somaschae

Aliquot etiam vestigia nostrarum Constitutionum, multo tamen rariora leviusque impressa, reperimus, nisi opinione fallimur, in Constitutionibus Ordinis Somaschae, cuius quidem initia anno 1528 S. Hieronymus Aemilianus posuit, Constitutiones vero ab ipso institutore primum praescriptas, deinde successu temporis, necessitatibus novis accommodatas, Urbanus VIII anno 1626 approbavit [19].

Inscriptio capitis libri primi « De Congregationis fine, institutis, et personarum varietate » [20] in mentem revocat inscriptionem primi capitis nostri Examinis: « De instituto Societatis Jesu et varietate personarum, quae in ipsa sunt » (p. 2).

Personarum autem apud Somaschos « duae quasi sunt classes, altera Sacerdotum et Clericorum: altera eorum, qui ad serviendum destinati Laici

---

[18] Jo. X, 11.

[19] Ita apud Holsten III, pp. 197-198, observatio critica, praeter annum, qui est ibi 1627. Constitutiones sunt in pp. 199-288; Appendix, pp. 289-292. Textus tamen Constitutionum afferimus ex editione tertia, cujus exemplar nobis praepositus ipse generalis Ordinis Somaschae humanissime commodavit. In hac autem editione « ita religiose custodita est prior, ut ne verbum quidem sit additum vel detractum aut immutatum » (inscriptio in prima pag.). Inter hanc editionem et textum apud Holsten allatum, in locis quos contulimus, nullum prorsus est alicujus momenti discrimen. Quasi prologus est epistola paraenetica (sine die) D. Stephani Cosmi, praepositi generalis ab anno 1674 ad 1677 (ex *Numero unico*, anno 1928 edito, p. 245). Editio tertia est anni 1746. Cosmus ait, annos quinquaginta effluxisse « ex quo Apostolica autoritate confirmati Instituti nostri canones in publicum prodiere »; et re vera litterae apostolicae Urbani VIII quibus continetur haec ipsa editio tertia, datae sunt die 5 Maii 1626, unde supra emendavimus annum datum apud Holsten-Brockie. Notabis quoque editionem tertiam, qua usi sumus, non esse factam a praeposito generali Stephano Cosmo, quamvis hujus epistola illam praecedat.

[20] Pag. 15.

professi, vel Aggregati nuncupantur »[21]. De his autem aggregatis dicitur in fine libri primi (ubi additur posse etiam aggregari sacerdotes, qui tamen vivendi rationem eamdem suscipiant ac professi) : « Volumus tandem, ut... simplicia vota castitatis, paupertatis et obedientiae... profiteantur, quorum obligatio duret quousque nobiscum fuerint »[22], est conditio conditioni nostrorum coadjutorum in ea re simillima, *Examen* I, 9 et *Const.* V, 4, B (pp. 5 et 171).

Enumeratis ergo personarum generibus Somascenae Constitutiones pergunt : « Caeterum communis est nostra vivendi ratio »[23] fere ut nostrum Examen : « Caeterum ratio vivendi in exteriorihus... communis est » (I, 6 p. 4). At subito sequitur magnum in re discrimen, dum nostrae ordinarias paenitentias ex obligatione subeundas excludunt, illae vero contentae sunt declarare hoc loco, eorum vivendi rationem « nec magnam austeritatem neque severiorem corporis afflictationem » inducere.

Alia invenimus in capite 9 « De munere et auctoritate Praepositi Generalis » et in 10 « De auctoritate et modo procedendi Congregationis erga Patrem Generalem »[24] si conferantur cum nostris, IX, cc. 3, 4 et 5 (pp. 247-261).

Ex capite 9 n. 8 Constitutionum Somaschae sunt illa : « Constitutiones et capitulorum Generalium et Definitoriorum Decreta, privilegia, concessiones, facultates a summis Pontificibus Congregationi nostrae impertita in promptu habeat [Generalis] » p. 47 ; quae respondent nostris : « Ad omnia etiam conferet » caet. ex IX, 6, 3 (p. 263). Ex eodem capite IX, n. 15 Somascenarum : « Cum Visitatoribus et aliis auctoritatem suam communicare, eamdem etiam revocare et imminuere, et rursum ad arbitrium augere integrum illi sit... ita tamen, ut, quaecumque illi fecerint... approbare possit per se, reprobare autem non possit, nisi » etc. (p. 48) ; compara nostras IX, 3, 14-15, 20 (pp. 252-253), quo loco si cognatio inter utrasque Constitutiones est, patet etiam discrimen in eo quod amplior praeposito generali Societatis quam Somascorum facultas conceditur.

E caeteris unum locum seligimus ex l. 2, c. 2, n. 4, ubi dicuntur Constitutiones obligationem ad culpam nullam ex se ipsis inducere :

> « In primis ergo etsi cupimus leges, Constitutionesque nostras a Nostris haberi, tamquam externa adminicula et incitamenta religiosae perfectionis, ac proinde eas in omnibus rebus, quantumvis minimis, ab omnibus sancte inviolateque observari : cum tamen optemus Nostros omnes securos esse, aut certe adjuvari, ne in laqueum incidant alicujus peccati, quod ex vi Constitutionis proveniat ; declaramus nullas ex nostris Constitutionibus obligationem aliquam ad culpam sive mortalem sive venialem inducere, nisi unius ex tribus votis sit illi annexa violatio »[25] etc.

Haec quidem etiamsi diversam faciem in quibusdam ostendunt, cognationem tamen cum nostris manifestam produnt, non in re ipsa seu in eo

---

[21] N. 5, p. 16.
[22] In c. 22 p. 82.
[23] N. 5, p. 16.
[24] Pagg. 46 et 51.
[25] Pagg. 88-89.

quod Constitutiones ad peccatum non obligent, id enim multis antiquioribus regulis commune est, sed in compluribus dicendi modis; aiunt enim nostrae: « Cum exoptet Societas » caetera, quae invenies in *Const.* VI, 5 (p. 194).

Quo vero clarius haec cognatio appareat, vide quantum ab hac ratione differat modus rem eamdem proponendi, qui est v. g. in Constitutionibus Fratrum Praedicatorum: « Vt igitur vnitati, et paci totius ordinis prouideamus, Volumus et declaramus, vt regula nostra, et constitutiones nostrae non obligent nos ad culpam, sed ad poenam. Nisi propter praeceptum » etc. [26].

Sed ut in aliis plurimis, etiam in hac re somascenae Constitutiones a nostris differunt. Dum enim hae volunt ut, « loco timoris offensae succedat amor et desiderium omnis perfectionis » (p. 195) caet., neque ullibi certis culpis certas poenas definiunt, etsi alumnos ad eas subeundas obligant, quas possunt Superiores imponere (*Examen*, I, 6 et IV, 33, pp. 4 et 25); somascenae contra « volumus, inquiunt, ut poenarum usus apud nos, et cum nostris omnino vigeat, ita ut... singulis [delictis] singulae poenae respondeant, ut in libro de poenis decernitur », et re vera totus liber quartus est « De culpis et poenis » [27].

Cum Somaschae Ordo aliquot annos Societatem Jesu praecesserit; necesse erat, ad pleniorem opinionis nostrae probationem, antiquiorem textum aliquem illarum Constitutionum exhibere, in quo non essent loci quos a nostris pendere opinamur. At textum aliquem textu Urbani VIII antiquiorem incassum quaesivimus. Quod si quis talem invenerit, qui non solum Urbano VIII, sed Constitutionibus etiam Societatis antecesserit, contineat tamen eos locos quos dicimus eodemque modo expressos; tunc dicendum erit potius nostras a Somascenis in his rebus quam Somascenas a nostris pendere. Quod si accideret, non gravate sententiam mutaremus, poneremusque Somaschae Constitutiones inter illas, quas in tomo II numeravimus, e quibus quaedam in nostras manaverunt. Ne tamen id accidat, parum veremur. Nam, ut alia omittamus, verisimile non est, nostras Constitutiones ex his locis Constitutionum Somaschae primo in hispanum conversas, (nam Societatis Jesu Constitutiones omnes hispana lingua primitus conscriptae sunt) tum vero ita esse latine redditas, ut cum primae translationes a textu somascho non parum differrent (v. horum locorum variata in apparatu critico) post varia emendata illam tandem formam acciperent, quae mire consentiat cum eo textu latino ex quo textus hispanus esset desumptus. At de somascensibus satis.

§ 3. Scholarum Piarum Constitutiones

Multo plura invenimus in Constitutionibus Scholarum Piarum, quarum institutor fuit S. Josephus a Calasanzio anno 1621, maxime

[26] In Prologo Constitutionum, in ed. Romae 1566, f. 12v.
[27] Pag. 89 et 190-204.

in illarum partibus secunda et tertia. Uno alterove exemplo rem confirmemus [28].

In parte tertia, c. 1, §§ 7-14, multa ex nostris Constitutionibus transcripta fere sunt; ita paragraphi 8, 9, 10:

« VIII. Hoc medio tridui tempore unusquisque, sub poena excommunicationis latae sententiae, teneatur Vicario seu aliquibus ex antiquioribus professis manifestare, qui cum Vicario conferent, si sciret, aliquem hoc munus affectasse vel etiam tunc affectare, directe vel indirecte id procurando. IX. Qui autem de hujusmodi ambitione convictus esset, activo et passivo suffragio privetur, ut inhabilis ad eligendum alium, et ut ipse eligatur; nec in eam, neque in aliam unquam admitti possit Congregationem: similem etiam incurrat poenam, qui pro aliquo eligendo aliquem induxerit vel sollicitaverit. Ipsa vero die electionis omnes Missam de Spiritu Sancto celebrabunt, vel saltem communionem sumant, ut eos dirigat in optima electione facienda. - X. Postmodum ad signum campanae vocentur omnes qui suffragium habere poterunt, et unus ex ipsis, designatus a Vicario, concionem habebit, in qua, in genere, nullo dato signo, quo particularis aliqua persona significetur, ad electionem ejus Ministri, qui ad majorem congregationis utilitatem, ut supra dictum est, conveniat, exhortetur per spatium dimidiae horae: qua finita dicetur Hymnus de Spiritu Sancto: *Veni Creator Spiritus*, etc. » quae vide in nostris VIII, 6, 2-4 (pp. 233-235) [29].

§ 4. Missionarii Congregationis Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae V.

Aliud exemplum sumimus ex Constitutionibus Missionariorum Congregationis Filiorum Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis. Condita est congregatio haec in Hispania a B. Antonio Maria Claret, die 16 Julii anni 1849. Nec mirum est vestigia Constitutionum Societatis Jesu in illius congregationis Constitutionibus esse impressa, quandoquidem, ut Societas honori sibi ducit tantum virum inter suos alumnos, etsi brevi tempore, numerare potuisse, sic ille beneficii loco ponebat Societatis alumnum se aliquandiu fuisse.

---

[28] Apud Holsten VI, 458-511, est *Synopsis Constitutionum* caet. cum approbatione religionis data 8 Martii 1698. Contulimus complures Holsteniana editionis locos cum exemplari *Synopsis* editae Romae, Typis D. A. Herculis, 1698, vidimusque omnes ad amussim concordare. Nos tamen non utimur Synopsi, sed opere pleno *Constitutiones religionis clericorum regularium pauperum Matris Dei Scholarum Piarum cum notis et additionibus...* Matriti, MDCCCXXXIII. Ex Typographia Leonardi a Nuñez.

[29] Conferri etiam possunt p. I, c. 2, § 2, cum nostris I, 4, 4; p. 2, c. I, §§ 2, 3, 5, 10, cum III, I, 23-24; § 7 cum IV, 10, 5; § 11 cum Examine IV, 33; c. 5 § 1 cum VI, 1, 1; § 2, cum VI, 1, 10 et summarii nostri regulis 24, 25; c. 7 § 10 cum X, 11; c. 9, §§ 2-5 cum IV, 10, 5; c. 10, § 1, cum prooemio partis quartae; c. 11, § 11, cum IV, 10, 9; p. 3, c. I, §§ 22-29 cum VIII, 7, 1-5; c. 2, §§ 1, 4, 5 cum IX, 1, 1.

In parte prima, c. 7, n, 25, secretarii officium ita describitur:

« Ut Superior Generalis munus suum recte obire possit, habebit Secretarium, qui apud ipsum manebit, ut pro memoria et manibus illi sit ad omnia quae scribenda et tractanda sunt: hic Generalis personam induet, et praeter potestatem totum officii ejus pondus humeris suis impositum esse existimabit ». Et paulo post, n. 26: « Secretarius, quoad fieri possit, specie honesta, doctrinae et litteraturae dono, sollicitudine ac prudentia praeditus esse debet; ideo erit vir, cui confidenter et sine periculo revelationis quidvis committi possit, quique Congregationem in Domino vere multum diligat » [30].

Jam vero multa ex his verbum de verbo transcripta sunt ex nostris Constitutionibus, IX, 6, 8-9 (p. 266). In capite 18 de admittendis, in 19 de impedimentis, in 20 de dimittendis, complura etiam legimus a nostris ad verbum fere transcripta. En unum exemplum ex Monitis generalibus capitis 18, n. 82 ad finem:

« Tandem interrogentur num futuri sint contenti, ut omnes eorum errores et defectus in ipsis observati, Superioribus per quemvis manifestentur » Vide *Exam.* IV, 8 (p. 18).

Atque haec de ordinibus et congregationibus clericorum dicta sunto. Pauca de laicalibus congregationibus adjungimus.

§ 5. Fratres Scholarum Christianarum

Inter congregationes laicales, quae munere docendi pueros et adolescentes, praesertim pauperes, funguntur, praecipuum quendam locum occupat idque per annos jam plus quam ducentos, Institutum Fratrum Scholarum Christianarum, a S. Joanne de la Salle († 1719) conditum.

Hujus Instituti leges partim in Regulis Communibus, partim in Regula gubernandi continentur [31]. Et in Regulis quidem Communibus nihil

---

[30] Ex Constitutionibus impressis Matriti anno 1924.

[31] *Règles communes des Frères des Écoles Chrétiennes.* Lembecq-lez-Hal, Maison Mère, 1923; *Règle du gouvernement.* Utimur opere « Règle du gouvernement / de l' Institut des Frères des Écoles Chrétiennes / approuvée / par le Chapitre Général de 1777 / Reproduction / de l' Exemplaire Original revêtu de la Signature / du T. H. Frère AGATHON, Supérieur général et de tous les Membres dudit Chapitre / J. M. J / Paris / Maison Mère de l' Institut / Rue Oudinot, 27 / 1897 ». Continet cc. 21, tum « Suivent les signatures: / F. Auvin - F. Amand de Jésus - frère Pacifique »; sequuntur approbatio capituli generalis anni 1777 et regulae directoris novitiorum. Post indicem capitum (pp. [79-80]) est in p. 81 formula superioris generalis mittentis « la présente copie de la Regle du gouvernement » caet. locis vacuis, ubi ponendi erant dies, mensis, annus caet. Quod pretiosum inprimis opus hoc legere potuimus, gratias quam maximas habemus agimusque Fratri Alexio Francisco, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum Procuratori Generali Romae. Retinemus orthographiam qualem in ipso opere invenimus, ab aequalium nostrorum parum diversam.

e nostris derivatum invenimus praeter caput de modestiae regulis [32], quae dubium non est, quin ex regulis modestiae a S. Ignatio compositis ortae sint; hae autem regulae, quamquam re vera auctorem habent S. Ignatium, non sunt in Societatis Jesu Constitutionibus, quarum hic rationem habemus.

At in Regula gubernandi frequentiora sunt, nisi fallimur, nostrarum Constitutionum vestigia. Nam praeter quam quod generalis ad vitam eligitur eique assistentes a capitulo generali designati attribuuntur [33], visitatores vero (qui nostris provincialibus fere respondent) et directores domorum, non a capitulis, sed a superiore generali nominantur [34], causae cur generalis unus isque ad vitam esse debeat, eaedem fere enumerantur eisdemque etiam verbis exponuntur, quibus in nostrae Societatis Constitutionibus eadem illa explicantur. Aiunt enim:

« Afin que cette Société puisse se maintenir dans la régularité... il est necessaire qu'outre ceux qui auront la conduite des maisons particulieres, il y en ait un qui soit chargé de toute la dite Société, qui se propose pour fin son bon gouvernement. Celui-là sera nommé le Supérieur Général ». Tum vero: « Comme l'experiénce, et l'exercice du gouvernement, la connaissance des particuliers et l'autorité que le frère Supérieur aura acquise, contribueront beaucoup à le mettre en état de bien remplir cet important emploi, il faudra qu'il soit perpetuel ». Utraque sunt in nostris *Const.* IX, 1, 1 (p. 242).

Complures etiam corporis animique dotes quibus ornatus esse debet superior generalis Fratrum, non solum eaedem sunt atque illae quae in praeposito Societatis universae postulantur, sed etiam simillimis dicendi modis non raro exprimuntur. Legimus enim:

« Les qualités que doit avoir un Supérieur, et qui sont fort à désirer en lui, sont, 1. Une grande union avec Dieu, par l'oraison, et la droiture d'intention en toutes choses, pour obtenir une participation abondante de ses graces et l'efficacité des moyens dont il se servira pour le bon gouvernement... 3. Un affranchissement des passions et affections déréglées, qu'il doit avoir mortifiées et domptées, de crainte qu'elles ne préocuppent ou ne troublent son jugement et sa raison. 4. Une circonspection qui ne laisse pas même échapper une parole qui n'edifie... 6. Une élévation d'ame et de courage, qui le mette audessus des défauts de foiblesse; et quand il y a nécessité, lui fasse entreprendre et poursivre constanment jusqu'à leur terme, des choses importantes pour le service de Dieu et le bien de l'Institut, sans s'élever dans la prospérité, ni s'abattre ou décourager par les difficultés, les contradictions, les adversités et les menaces... tous les evénements doivent le trouver toujours le même et capable de souffrir toutes choses, s'il étoit besoin, lorsqu'il y va de la gloire de Dieu et de l'avantage de la Congregation » [35]. Haec autem invenies in nostris, IX, 1, nn. 1, 3, 5 (p. 242, 245).

---

[32] Chapitre XXIII. De la Modestie.
[33] C. 6, nn. 7-8, p. 12.
[34] C. 6, n. 6, c. 12, nn. 11 et 19, pp. 31 et 32.
[35] C. 7, pp. 13-14

Complexio autem hujus rei est ut sequitur:

Constitutio Societatis Jesu

«Et si aliquae ex dotibus superius dictis deessent, certe non desit eximia probitas, et amor erga Societatem ac iudicium bonum, quod etiam idonea doctrina comitetur. In reliquis enim per eos qui ad eius auxilium destinati sunt... multa suppleri poterunt».

Regula Fratrum Schol. Christ.

«Si quelqu'une des qualités cy dessus manquoit au frere Supérieur, il ne doit pas être privé d'une probité rare, d'un veritable amour pour la Société, d'une capacité convenable a son Emploi, et d'un bon exprit; s'il a celà, les secours de ceux qui lui sont adjoints au gouvernement, peuvent suppléer au reste» [36].

Haec de praepositi generalis dotibus. Ejusdem vero electio, etsi ratione quadam satis diversa proponitur, et plurima a nostris discrepantia habet, retinet tamen nostrarum vestigia quaedam. Ait enim Fratrum Regula:

«Le jour de l'Election on fera dire la Messe du St. Esprit, a laquelle tous les Electeurs assisteront et communieront. Après l'action de grace de la communion, tous se rendront au lieu de l'assemblée, dans lequel ils seront enfermés par un frere de la Maison, que le Président aura nommé à cet effet; de maniere qu'aucun des vocaux ne puisse sortir, et qu'on ne leur donne aucune nourriture que du pain et de l'eau au besoin, jusqu'à ce qu'ils ayent élu un frere pour Superieur Général de l'Institut» [37].

Haec inveniuntur, non quidem ad verbum, in nostris, VIII, 6, 4 (p. 235). Conferri etiam possunt ex capite X numeri 1 et 12:

«1. Lorsque dans une Assenblée, ou Chapitre, il ne s'agira point d'élection de Supérieur, il ne sera pas nécessaire que les vocaux soient enfermés sous la clef, et on aura soin que les affaires qui y seront portées, soient terminées avec toute la célérité possible» [38]. «12. Si les fautes dont le frere Supérieur seroit accusé ne paressoient pas telles, qu'elles méritassent la privation de sa charge; mais seulement de lui en faire la correction, l'Assemblée choisira cinq ou sept d'entre les députés présents, auxquels elle donnera commissión d'examiner devant Dieu, qu' elle peine ou reprehension il conviendroit lui faire subir, et si lesdits Commisaires ne convenoient pas et que leurs avis fussent partagés, on leur ajouterait deux autres deputés, afin qu'ils pussent ordonner, à la pluralité des voix, ce que devant Dieu il leur paroitroit convenir» [39]. Vide nostras VIII, 7, 1 (p. 239), et IX, 5, 5 (p. 260).

Totum fere caput XI Regulae Fratrum a numero 2 ad finem comparari potest cum IX, 4, 2-4 et 6 (pp. 255 et 256). Habet enim illa:

«2. Dans les choses extérieures, telles que le vivre, et autres dépenses, quelles qu'elles soient, qui auroient pour object la personne du frere Supérieur, la Société, pourra augmenter ou diminuer selon qu'elle croira devoir le faire, et le frere Supérieur sera obligé de s'y conformer.

---

[36] N. 11, p. 15.
[37] C. 9, n. 3, p. 20.
[38] Pag. 24.
[39] PP. 26-27.

«3. Pour ce qui regarde le soin de son corps, en ce qu'il pourroit excéder dans le travail ou dans une trop grande rigueur, à l'égard de ces choses et autres semblables, qui peuvent le concerner, il ne sera pas nécessaire de convoquer une Assemblée pour y remédier; les Assistants seront obligés, remplir les vues de l'Institut, et leurs devoirs, de lui dire ce que devant Dieu ils jugeront à propos qu'il fasse sur ces deux derniers Articles, et le frere Supérieur sera tenu d'acquiescer à leurs sentiments, comme étant ceux de la Congrégation, à laquelle il doit être soumis.

«4. Les soins de l'Institut à l'égard du frere Supérieur, doivent même s'étendre jusqu'à son ame... C'est pourquoi la Société élit les Assistants qu'elle place auprès de lui, non seulement pour l'aider et le conseiller au gouvernement général, mais encore afin qu'après y avoir bien réfléchi devant Dieu, ils l'avertissent prudemment, avec tout le respect qu'ils lui doivent, de tout ce qui pourrait être utile et requis pour le bien, soit de tout le corps de l'Institut, ou des Membres en particulier; soit de ce qu'il y aurait à corriger dans lui-même, ou dans ses manieres d'agir envers les autres.

«5. S'il arrivoit qu'il fut fort négligent dans des choses de grande importance, et qui seroient de sa charge, ou qu'il devint inutile par infirmité incurable, ou par vieillesse, d'où le bien général de la Société pourroit souffrir dommage, dans le premier cas les Assistants useroient de tous les moyens que la prudence pourroit leur suggérer, pour remédier à sa négligence et l'engager à se corriger, mais toujours de concert entre eux, et sans manquer aux égards qu'ils lui doivent, ni de patience et de persévérance, dans le cas que leurs avertissements n'auroint pas d'abord tout le succès qu'ils pourroint souhaiter... *[quae sequuntur valde differunt]*.

«Dans le second cas, qui seroit infirmité habituelle ou vieillesse quoiqu'il semble que la Bulle de Benoit treize (art. 11e) y ait pourvu, néanmoins, comme il pourroit survenir des circonstances... les Assistants après en avoir conféré ensemble, en sa présence et en son absence, pourroient appéler quelques freres discrets... pour examiner avec ceux... et s'il conviendra d'augmenter le nombre des Officiers, qui seroient jugés nécessaires, pour soulager et aider le frere Supérieur, et travailler avec les Assistants» [40].

Caput XII exponit « Obligations principales et particulieres du frere Supérieur, et comment il doit les remplir». Multis quidem nominibus a nostris differt; in quibusdam tamen non parum convenit cum IX, 3 «De auctoritate praepositi generalis erga Societatem, ac de officio eius» Hujusmodi sunt ubi agitur de dispensatione regularum seu constitutionum (n. 2 cum IX, 3, 8 p. 250), de usu correctionis (n. 5 cum IX, 3, 11 p. 252), de facultate imperandi et statuta moderatorum subordinatorum revocandi (nn. 7-8 cum IX, 3, 20 p. 254); de moderatoris generalis rationibus cum praepositis inferioribus (n. 9 cum IX, 6, 2, p. 262); de fugiendis negotiis saecularibus (n. 12 cum IX, 6, 4, p. 264); de subditis destinandis (n. 14 cum IX, 3, 2 p. 248); de optimis moderatoribus inferioribus constituendis, a quibus cura particularium liberetur (n. 19 cum IX, 6, 6, p. 265); de admittendis collegiis et contractibus ineundis (n. 20 cum IX, 3, 5-6 et 17, pp. 349, 350, 353).

---

[40] PP. 27-28.

Neque casu nata esse videtur similitudo inter caput quintum «Moyens de conserver cet Institut dans la piété et sage conduite» et partem decimam nostrarum Constitutionum «De modo, quo conservari et augeri totum corpus Societatis in suo bono statu possit» (pp. 260 sqq.). Paragraphus enim prima Regulae gubernandi sic se habet:

«1. Cette Société n'ayant pas été constituée par de moyens humains ne peut se conserver ni augmenter par ces voyes, mais par la grace et la protection de Dieu; c'est pourquoi il faut mettre en lui toute sa confiance, en s'efforçant de procurer sa gloire, par l'instruction» caetera. (p. 9). Est etiam ejusmodi ingressus partis decimae nostrarum Constitutionum.

Sequuntur communia utrisque adjumenta ad hunc finem obtinendum (praeter nonnulla alterutrius instituti propria): preces et sacrificia, conjunctio cum Deo, pura divini servitii intentio et virtutum solidarum studium, subsidia humana, fuga ambitionis, amor paupertatis, delectus admittendorum, designatio moderatorum, potestas eorum in subditos et Societatis in superiorem generalem «en sorte que tous ayent pouvoir de tout faire pour le bien» (p. 10), «ita ut omnes ad bonum omnia possint» (Regulae n. 11, *Const.* X, 8) caetera.

In his tamen, sicut in caeteris quae congessimus, est magnum discrimen in proponendi ratione.

Quae cum ita sint, conjicimus, nostras Constitutiones aut alias nostris similes, adhibitas esse ab eis qui hanc Regulam gubernandi Instituti Fratrum Scholarum Christianarum concinnarunt. Qua ratione id factum sit, non est nostrum investigare; illud unum notamus, hanc Regulam gubernandi coagmentatam esse anno 1777, seu quadriennio postquam Societas Jesu a Clemente XIV suppressa erat, nec tamen laboriosum fuisse arbitramur, aliquod nostrarum Constitutionum exemplar accipere, eo praesertim tempore, quo plurimae Societatis Jesu bibliothecae publici usus factae sunt.

ARTICULUS III

Ordines et Congregationes mulierum

Quando S. P. Ignatius Constitutionibus faciendis operam dabat, solam, ut par erat, Societatem Jesu, cujus aliquam curam, ut ipse aiebat, a Deo acceperat, ante oculos, habebat. Quod si nullo modo de aliis virorum religiosorum coetibus, quanto minus de mulierum congregationibus cogitabat, quarum curam et a se et a sua Societate studiosissime avertit.

Nihilo tamen minus in providentis Dei consiliis erat, ut Constitutiones Societatis Jesu compluribus feminarum congregationibus et uni saltem ordini multum auxilii conferrent. Porro illarum aliae Summarium praesertim Constitutionum in ipsa Societate confectum adhibuerunt, aliae Constitutiones ipsas usurparunt,

§ 1. Societas Mariae

Primum omnium muliebrium institutorum in ea re fuisse videtur institutum *Ordre des Religieuses de Nostre Dame,* quod Burdigalis in Gallia, B. Joanna de Lestonac condidit, et anno 1607 summus pontifex Paulus V confirmavit.

Cum et ipsa fundatrix et praecipuus illius adjutor P. Joannes de Bordes S. J., quem jure merito fundatorem dixeris, data opera contenderent ut novus ordo seu Societas Mariae Societatem Jesu, quantum fieri posset, imitaretur; nihil mirum ejusdem Constitutiones et regulas magna ex parte ex Constitutionibus et regulis Societatis nostrae esse desumptas. Desumptae autem imprimis sunt Societatis Jesu regulae quas Summarium Constitutionum et communes vocamus, itaque praesertim ex capite quarto Examinis et ex partibus tertia et sexta Constitutionum. Quae res cum planissima sit, uno tantum exemplo illustranda est; esto regula 12 Summarii nostri quae undecima est in Constitutionibus Societatis Mariae:

Soc. Mariae

«Et pour plus facilement arriuer à ce degré de perfection, tan desiderable en la vie Spirituelle; Que le plus grand soin de chacune soit de chercher selon Dieu sa plus grande abnegation et continuelle mortification en toute chose tant que faire se pourra»[41].

Haec invenies in Examine IV, 46 (p. 29).

Praeter Summarii communesque Societatis nostrae regulas, Constitutiones ipsas adhibitas etiam esse, aperta indicia sunt aliae res quae neque Summario neque communibus regulis continentur, sunt autem cum in nostris, tum in Constitutionibus Societatis Mariae. En unum exemplum. *Const.* III, 1, N translata est in regulas 32-33 matris primae superioris domus:

Regulae S. M.

«32. Aux corrections elle gardera cet Ordre, si la prudence appliquée aux choses particulieres ne le requiert autrement; Que celles qui faillent soient admonestées. En premier lieu, auec charité et douceur. 2 en charité voirement, mais en sorte qu'on leur donne la vergoigne et confusion, et en 3 lieu, qu'on y adjouste, s'il est besoin, ce qui peut apporter la crainte.

33. Pour les defauts publics, il faut donner des penitences publiques declarant seulement les choses qui concernent l'edification de toutes» (p. 104).

Locum nostrarum Constitutionum v. in p. 85. Alia multa afferri possent, sed nihil opus est pluribus.

---

[41] Ex opere «*Regles et Constitvtions de l'Ordre des Religieuses de notre Dame, estably premierement en la ville de Bordeaux par l'autorité du S. Siege*», Burdigalis, 1638, p. 52. Hanc editionem curavit ipsa B. Joanna de Lestonac. Cf. Nonell, *La Beata Madre Juana de Lestonnac*, Manresa, 1909, c. 15.

Beata ipsa igitur Joanna de Lestonnac feminarum prima videtur fuisse, quae consilium amplexa est muliebre institutum condendi, quod, quantum fieri posset, Societatis Jesu Institutum imitaretur. Non potuit illa quidem plenam Instituti sui naturam, qualem, auctore Joanne de Bordes S. J., conceperat, evolvere, obstante imprimis archiepiscopo burdigalensi, a quo Joanna proxime pendebat; maluit tamen tempori cedere seseque adjunctis rerum et personarum potius accommodare, quam tantum boni amittere, quantum Societas Mariae instituendis puellis in Christi Ecclesia praestare poterat ac reapse praestitit. Caeterum quam multa ex instituto Societatis Jesu re vera in Societatem Mariae transtulerit, ex collatis Constitutionibus patet [42].

§ 2. Institutum B. Mariae Virginis seu Virginum Anglicanarum

Secutum est, exiguo temporis intervallo «Institutum B. Mariae Virginis, vulgo Virginum Anglicanarum nuncupatum», ab anglica Maria Ward anno 1609 in oppido Saint Omer, in Flandria conditum.

Anno 1747 editae sunt hujus instituti Constitutiones una cum locis Constitutionum Societatis, e quibus illae desumptae sunt. Vide Bibliographiam Constitutionum, infra, n. **12**. Etsi vero recentius elaboratae, inque partes, sectiones et capita distributae, formam externam mutarunt, retinent tamen plurima ad verbum fere transcripta ex Constitutionibus Societatis Jesu. Quod ut uno alterove loco confirmemus, en unum ex «Parte fundamentali»:

«Denique quamvis summa sapientia et bonitas Dei Creatoris ac Domini nostri, quemadmodum nos ad hoc Institutum vocavit, ita haud dubie etiam gratiam largitura sit illud observandi, ex parte vero nostra interna caritatis et amoris illius lex, quam Spiritus sanctus scribere et in cordibus imprimere solet, potius quam ullae externae Constitutiones, ad id adiutura sit: quia tamen suavis dispositio divinae providentiae suarum creaturarum cooperationem exigit, et in omni bene constituta Congregatione usitatum est: nonnullas Constitutiones, quibus ad finem nobis propositum perfectius pertingamus, conscribendas esse putavimus»

Haec sunt magna ex parte ex prooemio Constitutionum Societatis Jesu desumpta (p. 39). In parte prima, capite XVII, agitur de probatione ultima professioni praemittenda (quam tertiam probationem vulgo appellamus), ubi inter alia haec sunt:

«In hac schola affectus novellae nostrae diligenter sese exerceant, insistendo in rebus spiritualibus ac corporalibus, quae ad profectum in humilitate et abnegatione universi amoris sensualis, voluntatis et iudicii proprii, et ad maiorem cognitionem et amorem Dei conferunt; ut si qua fortasse in re virtutum fervor inte-

---

[42] Cf. Nonell, ib. cc. 5-8.

puerit, recalescat, et ut, cum in se ipsis profecerint, melius ad profectum spiritus alios homines ad gloriam Dei ac Domini nostri iuvent » [43].

Haec reperies in *Const.* V, 2, 1 (p. 164). Possumus alia multa proferre, sed in re manifesta superflua sunt [44].

Hoc Institutum multo magis quam Societas Mariae ad Societatis Jesu modum accedebat. Et quamvis hac ipsa de causa a consuetis mulierum ordinibus multo longius distaret; potuit tamen, auctoritate et praesidio episcopi audomarensis (Saint-Omer) et aliorum principum tam laicorum quam ecclesiasticorum, diu consistere fructusque uberes ferre, donec tandem etiam illud non tam mutatum quam suppressum fere est. Nempe matura tempora nondum fuisse videntur ad illud genus congregationum muliebrium, quarum copiosissimam segetem ab uno fere saeculo, non sine maxima hominum utilitate, in Ecclesia pullulare contemplamur [45].

§ 3. Aliae feminarum congregationes

Quoniam igitur novae in dies cum virorum tum maxime feminarum religiosae familiae ex foecundissimo catholicae Ecclesiae sinu enascuntur, nihil mirum quod in tam magno numero aliquae sint, quae ex Societatis Jesu Constitutionibus plura pauciora exhauriant.

Ne infiniti simus, sufficiat nominare, ex Gallia Congregationem Sororum Sacratissimi Cordis Jesu a Leone XII approbatam die 22 Decembris anni 1826, et Institutum Sororum Auxiliantium Purgatorii [46], quod Pius XI die 12 Martii 1929 definitive approbavit et confirmavit.

---

[43] Sequuntur ibidem alia «Eo igitur animi studio» desumpta non ex Constitutionibus nostris, sed ex «Ordinationibus Praepositorum Generalium» cap. 3, «De tertio anno probationis, Pro iis qui tertium annum agunt probationis», praesertim n. 4, *Institutum* III, 266; nos vero hic Constitutiones tantum conferimus.

[44] Cf. Sommervogel, V, 79. In textu recenti non sunt Declarationes a Constitutionibus sejunctae, sed utraeque unum corpus efficiunt. Ita p. 3, c. 2 «Moderatrix suprema quibus virtutibus eminere debeat» continet paragraphos 554-562, sumptas ex nostris IX, 2; declaratio autem B est in altera parte paragraphi 561. Est autem hic textus, recentior certe, at sine loco nec tempore. Videtur compositus et impressus occasione alicujus emendationis proponendae, id quod certum est de Summario Constitutionum, quod est in fine voluminis (pp. 197-213); sunt enim duo textus e regione positi: primus «Textus antiquus Regularum qualis continetur in Clementis XI. P. M. Brevi *Inscrutabili*»; alter «Textus in aliquibus mutatus S. Sedis approbationi subiciendus». Uterque textus ex Summario Constitutionum Societatis Jesu transcriptus frequentissime est. In praecedentibus foliola pauca, typis etiam expressa, aliquibus locis agglutinata sunt, in quibus antistitae Instituti Bavarici opiniones de regulis quibusdam exponuntur.

[45] Paucis ante annis ita revixit fama sanctitatis Mariae Ward, ut episcopi Germaniae causam beatificationis illius aggredi se posse crediderint. Cf. Joseph Grisar S. J., in *Stimmen der Zeit*, 113 (1927) 34-35 et 131-150; elenchum operum majoris momenti et monumentorum quorumdam mss. ib., p. 131, annot. 1.

[46] Ita latine vocantur in decreto approbationis sorores «Auxiliatrices des Ames du purgatoire».

Quod ad primas illas attinet, voluerunt quidam ut Constitutiones primum a Leone XII approbatae, propius ad nostras accederent, idque anno 1839 obtinuerunt additis decretis quibusdam, contra mentem fundatricis Stae. Magdalenae Sofiae, merito existimantis, alio modo viros, alio mulieres esse regendas. Sed anno 1843, annuente pontifice summo Gregorio XVI, sublatis illis decretis ad primas Constitutiones reditum est [47].

In his tamen multa sunt, ex nostris certe derivata, sed ad novum et muliebre institutum prudentissime, ubi opus est, aptata. Hujusmodi sunt:

« 13. Il n'y aura... point d'austérités ni de pénitences prescrites par la regle » [48] (cf. infra, p. 4 n. 6). « 22. La société ne se lie avec les membres que par l'émission des derniers voeux; mais pendant le temps qui la précède elle conserve le droit de les renvoyer pour des causes graves, et alors par le fait même le sujet sera délié de ses voeux »; confer *Const.* V, 4, B et D, infra p. 171.

In capite secundo partis primae quod est « Du renvoi des sujets » sunt paragraphi seu articuli quatuor respondentes capitibus quatuor nostrae secundae partis, et tam in eis quae aut dimitti aut dimittere possunt, quam in causis et modo dimissionis, denique in ratione agendi cum redeuntibus post dimissionem egressumve, nostrarum vestigia persequuntur.

Alia legimus in reliquis partibus, quae non minus perspicue ex fonte eodem hausta sunt. Sed ea quae attulimus, sufficere ad propositum videntur.

Quod vero ad Auxiliantes Purgatorii attinet, in capite primo, quod est quasi prooemium Constitutionum, legimus conversum gallice prooemium nostrarum « Quamvis summa Sapientia et Bonitas » etc.: « Quoique nous devions espérer que la Sagesse souveraine et la Bonté de Dieu, notre Créateur et Seigneur, » caet. Ex rationibus autem quatuor a S. Ignatio allatis ad scribendas Constitutiones, facile intelligitur omittendam fuisse unam in textu Auxiliantium, illam dicimus, « quia Christi Domini nostri vicarius ita statuit ». Reliquis ergo rationibus tribus enumeratis, pergunt illae:

« Seulement, au lieu de les [49] demander à nos seules inspirations, nous les avons puissées, en les modifiant selon notre esprit et notre fin spécial, dans celles de saint Ignace, renommées pour leur admirable sagesse ».

Itaque plurima re vera in omnibus fere partibus ex nostris translata. Satis esto indicare, ultimam seu octavam partem in eo etiam esse similem parti decimae nostrarum Constitutionum, quod non in capita dividitur, ut reliquae partes omnes, sed in paragraphos seu numeros tredecim, qui fere singulis nostris respondent. Ultima tamen paragraphus Auxiliantium Pur-

---

[47] *Histoire de la vénérable Mère Madeleine-Sophie Barat, fondatrice de la Société du Sacré Coeur de Jésus par Mgr.* BAUNARD, t. second, Paris 1900, pp. 114-125 et 142.

[48] Utimur editione facta Parisiis anno 1828.

[49] Textus noster habet *le*; *Constitutions des Auxiliatrices des Ames du Purgatoire*, Parisiis, 1930.

gatorio, quae numerus est 315, non ex parte decima nostrarum, sed ex capite quinto sextae partis translata est:

« Comme la Société désire ardemment que l'on observe toutes ses Constitutions... elle tient aussi a tranquiliser ses membres sur le danger de péchés qui pourrait résulter de leur infraction. En conséquence, nous déclarons ici, qu'à l'exception de ce qui concerne les Voeux de Pauvreté, de Chasteté, d'Obéissance, aucune Constitution n'oblige sous peine de péché mortel ou même véniel, à moins que la Supérieure » etc. « ainsi pour la plus grande Gloire de Dieu et le plus grand honneur de Jésus-Christ notre Créateur et Seigneur, il faut qu'au lieu de la crainte de pécher, ce soit l'amour et le désir de toute perfection qui nous dirigent ».

Atque haec sufficiant.

Inter hispanas congregationes, Ancillae Sacratissimi Cordis Jesu, praeter alia, nostrum Summarium integrum sibi accommodarunt, idque ex hispano textu proxime transcriptum [50].

Dominae catechistae (Damas Catequistas) usurparunt etiam textum hispanum, saepius nisi fallimur, Constitutiones ipsas quam earum Summarium. Earum Institutum et Constitutiones decreto singulari confirmavit Pius X die 21 Novembris 1907 [51]. Hae itaque in spiritu vocationis describendo, parte prima, capite primo, non raro et re et verbo tenus a nostris Constitutionibus vel fortasse ab harum Summario pendent, scilicet in regulis seu numeris 4, 7, 8, 9 et 10 (sunt in eo capite regulae undecim). Ita regulae illarum 9 et 10 sunt transcriptio nostrarum 11 et 12 Summarii, sive *Exam.* IV, 44 et 46 (pp. 28, 29).

Ad novitias instituendas (qua de re agitur in capite quinto) praeter alia quaedam, conclusio est in n. 68 desumpta ex nostri Examinis capite quarto n. 45 (p. 29). Dicunt enim:

« Si por la flaqueza humana no tuviera tales deseos perfectísimos, vea si se halla al menos con deseos de tenerlos, y si para mejor venir al efecto de ellos, se encuentra determinada y aparejada a admitir y sufrir con paciencia, mediante la gracia divina, las injurias, burlas y oprobios inclusos en la librea de Cristo Nuestro Señor; ahora sea por persona de dentro de la Casa o del Instituto, donde pretende obedecer, humillarse y ganar la vida eterna, ahora por cualquiera otra persona, no dando a ninguno mal por mal, sino bien por mal ».

Alia multa sunt in hac prima parte, v. g., de tertio probationis anno (cap. 6), de paupertate colenda ut matre (n. 112), de sensibus ordine continendis (nn. 129-135), de modo difficultates vel incommoda proponendi (nn. 142-143), de virtutibus acquirendis (cap. 11) caetera, quae saepissime etiam de verbo ad verbum, ex nostris transcripta sunt.

Ex italis congregationibus feminarum in manibus habemus Constitutiones Instituti Sororum a S. Dorothea, quod B. Paula Frassinetti inde ab

---

[50] A Leone XIII approbata congregatio est die 29 Januarii 1887, ejus Constitutiones die 25 Septembris 1894.

[51] *Constituciones del Instituto de Damas catequistas*, Bilbao, 1911.

anno 1834 erexit, Pius IX et Institutum et Constitutiones confirmavit die 24 Augusti 1860 pro ditione pontificia, 22 Maii 1863 omni loci circumscriptione sublata [52].

In has Constitutiones ex nostris multa manasse, constat non paucis locis, v. g., in prima parte, cap. VI, «Del Voto di Obbedienza» nn. 4-6, sive proxime ex nostro Summario (vel potius ex ejusdem versione itala) nn. 31, 33, 34, sive ex *Const.* III, 1, 23, et VI, 1, 1, desumpta sint (pp. 90, 174); in cap. VII «Altri punti riguardanti la condotta spirituale. § 1° Cose spirituali propriamente dette» n. 12 «Tutte si sforzino di avere intenzione retta non solo nello stato della propria vita» caet., quae aut ex nostro Summario n. 17, aut ex *Const.* III, 1, 26 nata sunt (p. 91); in «§ 2°. Studio della propria perfezione» omnes numeri, 1-8, praeter numerum 7, sunt ex nostro Summario nn. 19, 16, 15, 14, 44, 46 (cum 21 [prius 23] ex communibus), 52 aut ex *Const.* III, 1, 22 (p. 89); X, 2; VI, 1, 1; III, 1, 13 et 6; III, 2, 1, (p. 93); X, 13. Et ita porro in «§ 3°. Umiltà» in «§ 4°. Carità».

In capite XI, «Regolamento generale per la Commune Osservanza» plurima inveniuntur ex Regulis communibus imo ex aliis Instituti nostri partibus, quae annotare ad nos non pertinet.

Etiam aliae tres partes vestigia nostrarum Constitutionum prae se ferunt. Pars quarta continet «Costituzioni del governo dell'Istituto» ordinem hierarchicum eumdem exhibet ac nostrae: generalem moderatricem ad vitam, assistentes, secretariam, procuratricem seu oeconomam generalem; supremae moderatricis dotes ac virtutes complures enumerat non absimiles dotibus ac virtutibus in praeposito generali Societatis requisitis; auctoritatem generalis erga institutum, et vicissim instituti erga generalem, caetera.

At praeter Constitutiones habent sorores a S. Dorothea libellum, quem nominant *Direttorio dell'Istituto di S. Dorotea* [53], cujus normae eatenus saepe a nostris Constitutionibus descendunt, quatenus aut ex ipsis Constitutionibus aut ex aliis quibusdam Societatis Jesu regulis, ordinationibus, decretis, caeteris quae a Constitutionibus plus minusve pendent, originem trahunt. Ita v. g. quae in capite IV, «Per le nostre Suore giovani che vengono applicate agli studi» praecipiuntur, a scholasticorum nostrorum regulis plerumque nata sunt, quae vicissim aut re aut verbo tenus a quarta parte Constitutionum excerpta sunt, qualia sunt illa:

«E quando anche prevedessero che non verranno poi impiegate ad insegnare quello che apprendono, non dovranno per questo essere meno diligenti, perchè la fatica che negli studi dovranno sostenere, tornerà sempre di loro gran merito al cospetto di Sua Divina Maestà». Haec sunt in regula secunda nostrorum scholasticorum, pertinent vero ad *Const.* IV, 6, 2 (p. 119).

---

[52] *Costituzioni dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea*, Roma, Tipografia Vaticana, 1889.

[53] Roma, Tipografia Vaticana, 1891.

Alia bina puncta solummodo addimus, e quibus nonnulli arma contra Societatem Jesu ferre voluerunt. Proponuntur inter « Punti dell'Esame da proporsi ad ogni Probanda e ad ogni Novizia », suntque hujusmodi:

« 6°. Se sia disposta per suo avanzamento spirituale, e specialmente per essere aiutata ad abbassarsi ed umiliarsi sempre più, che tutti i suoi difetti ed imperfezioni siano manifestati alla Superiora da quelle che ne fossero venuti in cognizione. 7°. Se sarà pronta per solo spirito di amore e di carità, a manifestare alla Superiora i difetti e le mancanze che avrà conosciuto nelle altre, sopratutto quando la Superiora l'ordinerà e la interrogherà a questo riguardo per la maggior gloria di Dio ». Haec sunt in nostri Summarii regulis 9 et 10 et in Examine IV, 7-8 (p. 18).

Nihil necesse est alia proferre, cum allata plene sufficiant ad propositum demonstrandum, ex Constitutionibus Societatis nostrae multas in Institutum S. Dorotheae fluxisse.

Floret in Germania congregatio Ursulinarum ad Calvarienberg, quae, quamvis ordinem quemdam muliebrem, Societati Jesu paulo antiquiorem, veluti familiae caput agnoscit, Constitutionibus tamen regitur e nostris frequenter desumptis.

Nempe anno 1535 (quinquennio ante Societatem Jesu institutam) Sta. Angela de Mericis Societatem virginum a S. Ursula nuncupatarum condidit, eique Constitutiones dedit, quas post illius mortem Paulus III anno 1544 approbavit. At anno 1612 Burdigalensis conventus abbatissa Francisca de Cazères, adhibito in consilium sacerdote Carrière e Societate Jesu, ope Regulae S. Augustini, Constitutionum Stae. Angelae, et Constitutionum Societatis Jesu, Constitutiones Ursulinarum refecit, quas postulante archiescopo burdigalensi, cardinali de Surdis, Paulus V confirmavit anno 1618. Ex burdigalensi domo originem tandem repetit congregatio germanica Ursulinarum cui nomen est a Calvarienberg, prope Ahrweiler (Rheinland, in dioecesi Trevirensi), quae in congregationem votorum simplicium e compluribus conventibus constantem et ab una superiore generali regendam, a Pio IX mutata et confirmata est anno 1870 [54].

Itaque ex antiquis huius congregationis legibus (approbatis ad septennium anno 1910) [55] non pauca originem a Societatis Jesu Constitutionibus produnt. Ita in parte prima, capite 16, n. 150:

« Mit allem Eifer sollen sie nach Einigkeit und Eintracht streben und nichts dulden, was dieselbe stören könnte. Wenn sie also durch das Band der Liebe vereinigt sind, können sie sich leichter und wirksamer dem Dienste Gottes und dem Heile des Nebenmenschen widmen ». Regulae 153 et 154 sunt ex capite quarto Examinis numeris 44 et 46, sive ex Summario Constitutionum, regulis 11 et 12 [56].

---

[54] Ex opere *Satzungen der Kongregation der Ursulinen von Kalvarienberg*, Ahrweiler, Trier, 1910; *Entstehung der Kongregation der Ursulinen von Kalvarienberg*, pp. [3]-7.

[55] Ib. in Appendice, p. [IV].

[56] Conferri possunt in prima parte numeri 155, 156, 157, 159 (ab eo loco « In diesem Geiste sollen alle mit grosser Sorgfalt ihre Sinne bewachen ») 163, 193, 194, 197, 199, caet., quae respondent nostro Constitutionum Summario, numeris 14, 13, 9, 29, 52, 46, (haec regula in duas divisa est, 193 et 194), 50, 49, caet.,

In legibus in perpetuum approbatis anno 1929[57] pauciora sunt, nec tamen minus clara vestigia. Amor paupertatis eisdem fere verbis commendatur in hac Ursulinarum congregatione, regula 92, atque in Summario Constitutionum Societatis numeris 23 et 24. Obedientiae perfectionem et usum proponunt illarum regulae 105, 106, 109, 110, 112 qualem in Societate Jesu postulant Summarii leges 31, 33, 38, 37. Retinet in regulis 172 et 173 antiquas 153 et 154, caet.

Unum tantum locum huc apponere juvat, qui in recentioribus regulis paulo aliter atque in antiquioribus exprimitur; cumque antiquiores verba ipsa interdum e Societatis Jesu Constitutionibus exscriberent, recentiores sententiam retinent, modum dicendi paulo magis immutant. Recentior textus:

« Diese Seelenstimmung sollen sie stets an den Tag legen durch Beobachtung des vorgeschriebenen Stillschweigens, durch Klugheit und Behutsamkeit im Reden, durch eine bescheidene Heiterkeit im Angesicht, durch angemessene Beherrschung und Zurückhaltung in allen Bewegungen, endlich durch ihr Bemühen, weder Ungeduld noch Hochmut zu zeigen »[58].

Antiquior textus:

« Diese Seelenstimmung sollen sie stets an den Tag legen durch Beobachtung des Stillschweigens, wenn es vorgeschrieben ist, durch Klugheit und Behutsamkeit im Reden, durch Ernst und Anstand in all ihren Bewegungen, endlich durch Vermeidung aller Zeichen von Ungeduld und Übermut »[59], quae vide in *Const.* III, 1, 4 (p. 78).

Recentius est germanicum Institutum sororum divini Cordis Jesu Vratislaviae ortum anno 1907, cujus Constitutiones ad septennium approbavit Pius XI anno 1930[60]. In has Constitutiones, praesertim in primam partem, multa ex Societatis Jesu Constitutionibus pervenerunt, sic tamen ut proprio illarum instituto arte accommodentur. Ita accidit in capite octavo « Gelübde und Tugend des Gehorsams »; in nono « Gelübde und Tugend der Keuschheit »; in decimo tertio « Abtötung und Busse »; in decimoquinto « Der Verkehr der Schwestern untereinander und mit Fremden »; in decimosexto « Tugendstreben », caet.

Quae ut aliquibus exemplis confirmemus, de virtute obedientiae praecipiunt:

« 87. Auf das Wort der Oberin oder ihr Zeichen müssen sie unverzüglich bereit sein zu folgen als riefe sie die Stimme Jesu Christi selbst. Jede sei überzeugt, dass diejenigen, welche unter dem Gehorsam leben, sich von der göttlichen Vorsehung durch ihre Oberen in solcher Weise leiten und regieren lassen müssen, als wären sie ein entseelter Körper... oder wie der Stab eines Greises »[61] caet.

---

sive ex *Const.* III, 1, 13; *Exam.* IV, 28 et 7; *Const.* III, 1, 4 et 28; *Const.* III, 2, 1; *Exam.* IV, 32 et *Const.* III, 1, 17; *Exam.* IV, 32.

[57] *Konstitutionen der Kongregation der Schwestern der heiligen Ursula von Kalvarienberg*, Ahrweiler, 1930, Trier, pp. 152-153.

[58] Parte 1, c. 17, § 3, pag. 63, n. 177.

[59] Parte 1, c. 16, § 3, pag. 82, n. 159.

[60] *Konstitutionen der Schwestern vom göttlichen Herzen Jesu*, Breslau, 1930.

[61] In parte 1, c. 8.

Haec sunt ex nostris *Const.* VI, 1, 1 (pp. 174-176), seu ex Summario, regulis 34 et 36. Ubi autem de virtutibus procurandis agitur, omnis conatus ad perfectionem commendatur his verbis:

« 172. Mit beharrlicher Entschlossenheit sollen die Schwestern darauf bedacht sein, sich nicht das geringste der Vollkommenheit entgehen su lassen, die sie durch die göttliche Gnade in vollkommener Beobachtung ihrer Konstitutionen erreichen können » [62], quae ex eodem loco nostrarum Constitutionum sive ex Summarii regula 15 orta sunt.

Recta intentio in paragrapho 173 ita proponitur ut est in nostro Summario, n. 17, in *Const.* III, 1, 26 (p. 91).

« Alle müssen bemüht sein, die rechte Meinung zu haben, nicht bloss bezüglich ihres Lebensstandes, sondern auch in allen einzelnen Dingen », caet.

Alia multa possumus afferre, sed haec ad propositum nostrum sufficiunt [63].

Minus forte abundant exempla constitutionum anglica lingua conscriptarum; unum tamen habemus praeclarum in Societate Sororum sub titulo Infantis Jesu, *Society of the Holy Child Jesus*, quam in Anglia condidit anno 1846 pia mulier Cornelia Connely, orta in America Septentrionali, nata quidem et alta in secta heterodoxa, amplexa vero insigni animi studio et constantia fidem catholicam in urbe Roma, cum jam materfamilias esset. Haec suae Societati leges dedit magna ex parte e Constitutionibus atque instituto Societatis Jesu haustas; at inscrutabili providentis Dei consilio accidit, ut ipsa fundatrix dum in vita esset, plenum successum legum, quas ipsa filiabus in Christo suis dare voluerat, non videret; nunquam tamen animum despondit, imo semper speravit, fore ut tandem aliquando eae ipsae leges probarentur, quas illa sodalitati suae dederat, id quod re vera primo ad quinquennium anno 1887, definitive anno 1893 contigit [64].

Quam multa ex legibus Societatis Jesu Cornelia excerpserit, inde colliges. Caput sextum partis primae agit de obedientia; in eo capite sunt paragraphi undecim, 38-48; illarum decem sunt ex nostris transcriptae, 39-44 ex Summarii regulis 31-36; 45-48 ex 38-49, 46, 19. Sic regula 44 se habet:

« Let each one persuade herself that those who live under obedience, ought to let themselves be ruled and guided by Divine Providence through their Superior, as if they were a dead body, which allows itself to be turned every way, or like an old man's stick which serves him who holds it in every place and to every use alike ».

Haec invenies in nostris *Const.* VI, 1, 1, (pp. 174-176), seu etiam in Summario, regula 36.

---

[62] Ib., c. 16.

[63] Cf. 87, 90, 95, 111, 114, 140, 143, 165, 166, 172-179, 182, 183.

[64] Decreta Congregationis de Propaganda Fide, 7 Augusti 1887 et 20 Maji 1893, et breve Leonis XIII, 28 Julii 1893, in opere *Constitutions of the Society of the Holy Child Jesus*, initio. In fine ante Appendices, post pag. 151, est epistola cardinalis Gasquet, protectoris Instituti, Downside Abbey, July 20th, 1923, ex qua etiam nonnulla desumpsimus.

Caput XVIII partis ejusdem primae, est summarium regularum, quae ad spiritualem sororum institutionem proxime spectant. Pulcherrima quidem articulis octo continentur, neque pauca sunt hujus sodalitatis omnino propria, quae proinde ex Societatis Jesu Constitutionibus desumpta dici non possunt; alia vero non est dubium, quin ex illis transcripta sint. Paragraphi 201-213 ortae sunt ex Summarii nostri legibus, 8, 11, 13, 9, 10, 17, 19, 4, 37, 48, 12 (haec paulo magis mutata), 14, 22 quae maxima ex parte ad caput quartum Examinis et ad caput primum partis tertiae Constitutionum pertinent. Esto etiam hic exempli gratia regula illa, quam de paterna monitione vocant. Est pro sororibus Jesu Infantis paragraphus 204, pro Societatis alumnis regula 9, excerpta ex Examine IV, 8 (p. 18):

« For greater spiritual profit, and chiefly for greater submission ad humility, every one ougt to be satisfied that all her faults, defects and everything which has been remarked and observed in her, should be made known to the Superior by anyone who should have observed it ».

Animadvertere juvat (ut finem faciamus) quantopere cordi fuerint fundatoribus ac fundatricibus compluribus capita quaedam Constitutionum Societatis Jesu, quae male intellecta nonnullis occasionem praebuerunt contra S. Ignatium scribendi, nominatim illa de fratrum defectibus moderatori deferendis, de caeca obedientia exercenda, de nulla cadaveris baculive resistentia imitanda, quae omnibus fere linguis proponuntur.

CAPUT OCTAVUM

De hujus editionis modo

ARTICULUS UNICUS

Ex editionum latinarum historia in c. 5 enarrata constat editionem quartam, jussu congregationis quartae sub generali Claudio Aquaviva anno 1583 prelo eductam, auctoritate publica adhuc gaudere. Haec causa est, ut alias diximus, cur nos quoque hunc textum edendum susceperimus.

In textu autem transcribendo, omissa veteri orthographia, v pro u vel contra, usu nimio litterarum majuscularum et huiusmodi aliis, recentiorem communioremque adhibemus, qualem in editione florentina reperimus.

Loci Constitutionum declarandi sic notantur in nostra ut in quarta editione, praeposito signo crucis (†) et postposita virgula in parte superiore ultimi vocabuli locutionis declarandae, quam quidem

virgulam paucis locis supplevimus ubi deest in editione quarta; Declarationes vero ipsae singulis paragraphis subjiciuntur; accidit ergo interdum ut complures Declarationes continenter ponantur, quae videlicet complures sententias imo complura verba unius ejusdemque paragraphi declarant.

Locos Constitutionum, quos parallelos vocant, in margine indicatos, ex ipsa quarta editione desumimus, paucis admodum additis emendatisve, de quibus lectores locis suis admonentur. His locis interponimus decreta congregationum generalium Societatis Jesu, (quibus omnibus caret editio quarta), indicata in editione florentina, adjunctis solummodo iis decretis ultimae congregationis generalis vigesimae septimae (habitae anno 1923), quae locos Constitutionum ad quos decreta referuntur, subnotatos in Collectione Decretorum exhibent.

Diuturno labore tandem perfuncti sumus, laus Deo. Quam multa in eo desiderentur, quam multi omnis generis lapsus in eo reperiantur, nemo melius quam nos ipsi, novit. Illud tamen tuta conscientia affirmare possumus ac debemus: monumenta omnia, in iisque Examen ejusque Declarationes, Constitutiones et earum Declarationes a S. Ignatio Societati Jesu traditas, earumque omnium historiam, quantum humana diligentia fieri et ex monumentis nobis cognitis erui potuit, in publicam lucem a nobis fidelissime esse data.

Hac occasione gratum animum denuo testari omnibus iis volumus, qui suam nobis operam subsidiis, consiliis, opportunis monitis contulerunt. Iis autem quos in Praefatione totius operis nominavimus, alios nonnullos e Societate Jesu Patres libentissime annumeramus: Josephum Cal. Sola, Ivonem Zeiger, Joannem B. Metzler et Felicem Rinaldi. Hic quidem, collegii *La Civiltà Cattolica* rector, non modo usum nobis bibliothecae illius Collegii prompto animo permisit, sed etiam incipientem nostram *Instituti Historici Societatis Iesu in Urbe,* liberalissime adauxit. Sit omnibus Christus Dominus praemium, quod unum S. P. Ignatius filiis suis vehementer optabat.

In tusculana Villa Rufinella (Frascati, Roma) die 31 Julii, S. P. Ignatio de Loyola sacro, 1937.

NOTITIA CODICUM [1]

A (nunc *Instit. 1a*), descriptus in t. I pp. CCXXVII-CCXXXI.

Acta cong. gen. I-VIII (nunc *Cong. 1a*), descriptus in t. II p. CCLXI.

Acta cong. gen. XVI-XIX (nunc *Cong. 4a*)

Est volumen pergamena jamdiu ligatum. Inscriptio in dorso « Acta/ cong. gen. / XVI, XVII, / XVIII, XIX / vol. IV ». Magnitudo 0.228 × 0.205. Sunt folia duo pura, alterum initio, alterum in fine.

Sequuntur folia decem numeris non signata. In primo est: « Acta Congregationis convocatae post mortem R. P. N. Michaelis Angeli Tamburini ad eligendum vicarium anno 1730 », caetera purum. Haec acta continentur tribus sequentibus foliis, in quorum ultimo manet sigillum: « Vic[arius gener]alis Societatis Iesv » (resecta charta). Sequuntur duo folia pura; tum folia tria in quibus est « Index actorum congregationis generalis XVI »; est index alphabeticus. Folium decimum purum.

Sequuntur acta Congregationum, XVI paginis 1-153, XVII (nova serie numerorum) 1-153; sed his praemittitur iudex actiònum, rerum et decretorum, decem folia non signata complectens; XVIII paginis 1-83; XIX paginis 1-61, quibus praecedit index rerum tribus foliis non signatis, sequuntur decreta Congregationis ejusdem, uno folio cum sola inscriptione et paginis decem numero signatis praeter primam.

Post acta singularum Congregationum manet « Sigillum praepositi Societatis Iesv » juxta nomen secretarii Congregationis: Caroli Dubois, Vespasiani M.ae Trigona, Paschalis de Matthaeis, Joannis Petri Garnier.

B (nunc *Instit. 1b*), descriptus in t. I pp. CCXXXI-CCXXXVI.

C (nunc *Instit. 1c*), descriptus in t. II pp. CCLXI-CCLXII.

Constit. hispan. (nunc *Instit. 1f*), descriptus in t. II pp. CCLXII-CCLXIII.

Constit. latinae. (nunc *Instit. 7b*)

Est codex ligatus, dorso et angulis ex pergamena, magnitudinis 0.230 × 0.145. Inscriptio in dorso: « Constitut. / latinae / Mss. cum correct ».

Initio codicis, post folium album, f. 1r, habet inscripta: « Constitutiones latinae / Exemplum antiquum cum correctionibus / A / XI / I »; in hoc archivi antiqui signo pro I fuit prius 2 et II.

[1] Codices omnes, nisi aliud moneamus, sunt in *Archiv. S. I. Roman*. Designatio nonnullorum codicum aliquantulum mutata est facilioris usus gratia.

FF. 1v-5v pura.

FF. 6r-76v textus latinus Constitutionum, apographum, unius manus, ff. 6r-44v, plurium in reliquis (v. supra pp. XI-XII). Incipit « Prooemivm Constitutionum. Quamuis summa sapientia »; desinit « audire easdem singulis mensibus oportebit ».

F. 77 purum.

F. 78r: « Examen latinum / A / XI. 2 ».

FF. 78r-79v pura.

FF. 80r-106r textus latinus Examinis et Declarationum ejus, apographum unius manus, cum emendatis variorum, etiam Polanci. Incipit: « Primum ac generale Examen », desinit « nihil ulterius tentando poterunt ».

FF. 106v-109v pura.

F. 110r « Declarationum in Constitutiones altera versio, / nonnihil discrepans a Vulgata / A / XI. 3 ». F. 110v purum.

FF. 111r-169v textus latinus Declarationum, apographum unius manus, accuratissimum, paucissimis locis emendatum, semel saltem manu Polanci (f. 114v). Incipit: « Prooemivm in Declarationes », desinit « qui contrariam habent proprietatem ».

F. 170 purum.

F. 171r « Declarationes latinae / Declarationes et Annotationes in / Constitutiones Societatis Iesu ». F. 171v purum.

FF. 172r-235r textus latinus Declarationum, apographum manus ejusdem ac praecedens exemplar, at plurimis locis emendatum, manu quoque Polanci frequentissime; incipit ac desinit eodem modo ac praecedens.

Nota diligenter, exemplar quod est in ff. 111r-169 pendere ab exemplo quod est in ff. 172r-235r, non contra (v. *Proleg.* pp. XXVIII et XXXIV-XXXV).

FF. 235v-239v pura.

FF. 240r-273r est compendium latinum Constitutionum. Incipit « Compendium Constitutionum / Ex Prooemio / Quamuis summa »; desinit « audire easdem oportebit ». F. 273v purum.

FF. 274v-275v est compendium Declarationum Examinis. Incipit « Ex Declarationibus in Exa- / men primum »; desinit « nihil vlterius tentando ». Hujus compendii ratio non habetur in variatis, quia nihil, quod ad rem pertinet, a textu discrepat.

FF. 276r-277v pura.

FF. 278r-303v compendium Declarationum. Incipit « Ex Prooemio in Declarationes », desinit « et non in contrariis ».

FF. 304-305 pura.

D (nunc *Instit. 1d*), descriptus in t. II p. CCLXIV.

De Instituto vol. I (nunc *Instit. 25a*)

Est volumen ligatum, dorso et angulis ex pergamena. Inscriptio in dorso « De Instituto / vol. I ». Magnitudo 0.287 × 0.210. Signata sunt numeris, non folia neque paginae, sed monumenta ipsa sexaginta sex in volumine contenta; nonnulla tamen sunt ultra sexaginta sex. Omnia de rebus

ad Institutum Societatis pertinentibus agunt, nullo ordine disposita. Monumentum 41 v. g. sunt commentarii quinque P. Fortis (praepositi generalis 1820-1829); ultimum folium scriptum desinit in facie recta his verbis: « memoriale erat directum ad Carolum III, Hispaniarum regem, datum 1760 ». Plurima monumenta sunt apographa manus ejusdem.

De Instituto vol. II (nunc *Instit. 25b*)

Est codex in omni re similis praecedenti. In dorso habet: « De Instituto / vol. II ». Continet monumenta quinquaginta duo, nullo ordine disposita.

De rebus cong. I-V (nunc *Cong. 20*), descriptus in *Epist. P. Nadal* IV, 23.

De rebus cong. I-VIII, (nunc *Cong. 20a*), ib. p. 10, ubi est error VII pro VIII.

E (nunc *Instit. 1e*), descriptus in t. I pp. CCXXXVI-CCXXXIX.

Hisp. 102

Est volumen magnitudinis 0.315 × 0.225, charta ligatum, dorso et angulis ex pergamena. Inscriptiones in dorso: « Epist. / hispan. / 1564-1565 ». Constat ff. 325. Continet epistolas ex Hispania, a mense Octobris 1564 ad mensem Decembrem 1565. Folia sunt variae magnitudinis.

Hist. Soc. 42.

Est volumen magnitudinis 0.280 × 0.145, charta compositum, dorso et angulis ex pergamena. Inscriptiones in dorso: « Defuncti 1557-1623 / Per i Fondatori / 1557-1594 / Diversi Ordini / 1557-1591 ». Constat ff. 165. Continet elenchos defunctorum etc. ut in dorso.

Instit. 7, descriptus in t. I pp. CCXLIII-CCXLV.

Instit. 18, ib. pp. CCXLV-CCXLIX.

Instit. 38a, ib. p. CCL.

Instit. 81

Potius quam codex est involucrum magnitudinis 0.280 × 0.205, continens inter alia et primo loco fasciculum magnitudinis 0.210 × 0.145, novem foliis constantem; sunt in hoc fasciculo ordinationes S. Francisci Borgiae: « Risolutioni di N. P. Francesco Borgia 1565, etc. »

Instit. 178 (idem qui olim *Collect. de Instit. I*) descriptus in *Epist. P. Nadal* I, XLVII.

Instit. 222 descriptus in t. I pp. CCL-CCLX.

Instit. 235

Codex recens compositus, dorso et angulis ex pergamena, magnitudinis 0.295 × 0.220. Inscriptio in dorso. « Instit. 235 / Constit. / Copiosa / seges ». Praeter folia recentissima duo alba, alterum initio alterum in fine,

continet folia quinque antiqua pura (paginas 23-24. 78-80 et 113-116, tum manuscripta saeculi XVI (pp. 1-112) omnia manu Emmanuelis Rodriguez, S. J., lusitani; manuscripta saeculi XIX (p. 119-154), impressa quaedam saeculi XIX (pp. 155-170, puris paginis 156 et 170).

Pagg. 1-14 « Loca nonnulla in quibus latina Constitutionum editio ab hispana discrepat... Haec sunt loca quae mihi... grauiora reperiet ». His addit Rodriguez notationem: « Post haec scripta contuli multa loca editionis latinae cum hispano textu, in quibus tot inueni discrepantias, ut eas hactenus colligere non potuerim. Opus igitur omnino est ut Societas remedium adhibeat, et in re tanti momenti tantam indignitatem non ferat » (V. *Proleg.* p. LXXXIII).

Pag. 15 continet observata quaedam de locis, quibus in editione quarta Constitutionum positae sunt litterae notantes Constitutionum locos declarandos, quae litterae melius, ex sententia Rodriguez, collocari possent.

Pag. 16 pura.

Pagg. 17-112 continetur nova seges locorum, quam videtur significare Rodriguez illis verbis paginae 14: « Post haec scripta » caet.

Pag. 17 « Jhs: Ad futuram congregationem generalem. / Ut latina Constitutionum editio ad ueritatem / hispani Autographi omnino reddatur. / Notantur loca, in quibus latina editio ab / hispana discrepare / uidetur ». Tum notatio alius manus « in Armario P. Secretarii / litt. A. / capsula », et manu, ut videtur, ipsius Rodriguez « IX. 9 *[prius 7 aut 1]* / A". Signa « XI. 9 / A" videntur scripta ut pars tituli praecedentis ipsius Rodriguez manu, unde conficias, ipsum Rodriguez notationes suas in tabulario reposuisse.

Pag. 18 pura.

Pag. 19. Inscriptio eadem fere quae est in p. 17, sed cancellata; in qua tamen pro « Ad futuram Congregationem generalem » erat prius: « Ad futuram, id est, quintam Congregationem generalem ».

Pag. 20 pura.

Pagg. 21-22 et 25 dicit Rodriguez breviter de scriptis hispane ab Ignatio Constitutionibus, ac de translatione latina ejusque emendatione usque ad congregationem generalem quartam; tum ait necesse esse « ut haec congregatio [5ª] iam modum assignet, quo latina editio ad omnimodam concordiam cum hispana redigatur » caet.

Pagg. 25-112 percurrit Rodriguez omnia et singula capita Examinis, tum omnes et singulas partes Constitutionum, in hisque omnia capita (praeter decimum sextum partis quartae) et longe maximam partem paragraphorum et Declarationum, notans « Loca in quibus latina Constitutionum editio cum hispano textu, hoc est, cum Autographo, non omnino cohaeret » (pag. 25); desinit « Haec sunt loca quae mihi notanda occurrerunt, sub eorum correctione, qui rem melius cosiderabunt » (p. 112).

Addit notationem de usu verbi hispani *capitulo* (pro *congregatione*) quod in textu hispano tredecies inveniatur (tredecim locos enumerat), nusquam vero vox *capitulum* in textu latino. « Consideret ergo, inquit, congregatio num expediat, latinam editionem ipso etiam nonnumquam uti » caet.

Pagg. 117-153 scriptae sunt manu P. Josephi Boero (qui natus est 15 Augusti 1814, Societatem ingressus 6 Januarii 1830, mortuus 4 Martii 1884). Pagg. 117-152 continet adversaria illarum Animadversionum, quas P. ipse Boero in lucem dedit una cum Indice generali in omnes partes Instituti Societatis Iesu (Romae 1870, v. Indicem operum). — Non sunt integra nec absoluta, proinde neque eadem quae typis exscripta sunt. Etenim nonnulla sunt in impressis quae desunt in adversariis; contra alia indicantur in adversariis quae ab impressis absunt; quaedam vero ad verbum fere cum impressis concordant v. g. quae de Polanco auctore versionis dicuntur p. 124 codicis cum impressis p. 135 (v. p. XLVIII, ubi in not. 9 lege Pag. 135).

Pagg. 153-154 est foliolum continens errata, quae ordinata et impressa sunt in pag. [609] voluminis primi editionis Instituti S. J. Romae, anno 1869.

Pagg. 155-169 est « Elenchus locorum, quae in latina Constitutionum versione emendanda videntur » v. *Proleg.* c. 6, p. LXXXIV.

Jesuitica 14

Hic codex est Monaci, in Bavaria (Bayerisches Hauptstaatsarchiv, zu München). Est codex corio suino religatus; magnitudo foliorum 0,207 × 0,163. Continet complura scripta antiquae Societatis Jesu. Initio sunt, id quod ad rem nostram facit, folia septemdecim numeris non signata; in pagina prima: « Collegii Societatis Jesu Ingolstadiensis a R. P. Paulo Hoffaeo »; in pagina secunda: « Loca in quibus latina Constitutionum editio cum hispanico textu confertur ». Sequuntur loca desumpta ex capitibus Examinis et ex partibus Constitutionum.

Jesuitica 1357^m, codex Monaci (München) in Bavaria, descriptus in *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 66, codex 80.

Miscell. de regulis, (nunc *Iustit. 24a* et *Iustit. 24b*), descriptus in *Epist. P. Nadal.* IV, 11.

Po. Constit. latinae (nunc *Iustit. 7a*)

Codex recens compositus, dorso et angulis ex pergamena, magnitudinis 0,305 × 0,230. Inscriptio in dorso « Polanci / Constitutiones / latinae ».

Initio codicis sunt folia quatuor, totidem in fine, recentissima et pura; pauca alia interposita nova quoque et pura; nulla ex his signata sunt notis numerorum.

Reliqua sunt folia 1-116, omnia numeris recens notata in imis foliis; sola septem prima folia notata sunt numeris antiquis, in summo folio.

FF. 1r-60v prima translatio latina Constitutionum, scripta tota fere manu duorum librariorum, multis additis manu Fulvii Carduli, saepe emendata manu Polanci (sup. pp. XV-XXI). Incipit « Prooemium Constitutionum. Quamuis summa sapientia »; desinit « easdem legere singulis mensibus oportebit ».

FF. 61r-102v prima translatio latina Declarationum, scripta, notata et emendata manibus eisdem atque translatio Constitutionum. Incipit « Prooemium in Declarationes et annotationes Constitutionum »; desinit « cum aliis

de quibus diximus emittetur ». N. B. Hic finis est primae declarationis partis decimae, positae hic ultimo loco sicut in Autographo hispano; hanc utrobique praecedit tertia, seu ultima, quae desinit latine « qui contrariam habent proprietatem ».

FF. 103r-104v pura.

FF. 105r-108v continent primam translationem latinam Declarationum in capita de universitatibus, seu 11-17 partis quartae, eisdem manibus scriptam, notatam et emendatam quibus caeterae Declarationes.

FF. 109r-114r alia translatio latina capitum secundi, tertii, quarti, quinti et sexti partis octavae, et secundi partis nonae; vide *Proleg.* supra, p. XXIV, ubi notantur folia partis octavae tantum. Multa sunt hic quoque scripta manu Polanci.

FF. 115r-116v « Ihs - De ratione electionis praepositi generalis Societatis Jesu ». Videntur esse adversaria, non ultima illius monumenti, quod sub eadem inscriptione dedimus in Appendicibus t. II, n. 5, pp. 745-747. Monumentum est mutilum; incipit ut modo diximus; desinit « orabit Deum, et ex his quae prius intellexit », quae respondent iis quae in t. II sunt in ima pagina 746 « se colligat et oret » caet.

Recuerdos (nunc *Instit. 24c*), descriptus in *Monum. Ignat.* ser 1ª, I, 39.

Rom. III (nunc *Instit. 17*), ib. p. 34.

INDEX OPERUM

QUAE IN HOC TOMO USURPANTUR

AICARDO, José Manuel, S. J. — Comentario a las Constituciones de la Compañía de Jesús, 6 vol., Madrid, 1919-1932.

Albacina, Costituzioni di, v. Le prime Costituzioni.

ALCIATI, v. Corpus Iuris Canonici.

Animadversiones, v. BOERO.

Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters, 7 vol., Freiburg i. Br., 1885-1893.

Archivo Agustiniano, v. VÉLEZ.

Archivum Historicum Societatis Iesu (AHSI), Romae.

ARISTOTELES. — Ethicorum ad Nicomachum l. 1 apud S. Thomam ed. Parisiis 1660.

ARREGUI, Antonius M., S. J. — Annotationes ad Epitomen Instituti Societatis Iesu, Ad usum Nostrorum tantum, Romae, apud Oeconomum Generalem, 1934.

ASTRAIN, Antonio, S. J. — Historia de la Compañía de Jesús, en la Asistencia de España, 7 vol., Madrid, 1902-1925.

AUGUSTINUS, S. — Constitvtiones Ordinis Fratrvm Eremitarvm Sancti Avgvstini nvper recognitae... Romae apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem. Anno Dni. M.D.LI.

— Regula beati Augustini una cum expositione Hugonis de Sancto Victore. Constitutiones Fratrum Eremitarum Sancti Augustini. Additiones Thomae de Argentina Generalis;... Magistri Ambrosii Coriolani generalis statuta quaedam... (haec in f. 1). Impressum Venetiis per Gregorium de Gregoriis. Anno Domini M.CCCCCVIII. die X. Nouembris (haec in f. 89, quod est ultimum).

AUGUSTINUS (Pseudo). — Regulae clericis traditae fragmentum. Opera omnia I, Parisiis 1679, in Appendice col. 39.

AURELIANUS Arelatensis, S. — Regulae, PL., 68, 388-398.

BARTOLI, Daniello, S. J. — Della Vita e dell'istituto di S. Ignatio fondatore della Compagnia di Giesv libri cinque, Roma, 1650.

— Della vita... editione seconda accresciuta dall'Autore, Roma, 1659.

BASILIUS, S. — Regulae brevius disputatae, PG., 31, 1051-1306.

— Regulae fusius disputatae, PG., 31, 889-1052.

— Divi Basilii Magni archiepiscopi caesareensis Moralia, Ascetica Magna, Ascetica parva - Adamo Fumano interprete - Lugduni apud Sebastianvm Gryphium M. D. XL.

— Translatio Rufini, PL., 103, 487-554.

BAUDOT. — Le missel romain, Paris, 1912.

BAUNARD, Mgr. — Histoire de la Vénérable Mère Madeleine-Sophie Barat, fondatrice de la Société du Sacré Coeur de Jésus. Paris, 1900.

BELLARMINUS, Robertus, S. J., S. — Tractatus de Obedientia... Responsio... Brevis demonstratio, in opere Auctarium Bellarminianum edito a P. le Bachelet S. J., Paris, Beauchesne, 1913.

— Dichiarazione più copiosa della dottrina cristiana, saepe edita, cf. Sommervogel, Bibliothèque I, 1182, sqq.

BENEDICTUS, S. — Sancti Benedicti Regula Monachorum Editionem critico-practicam adornavit D. Cuthbertus Butler, Friburgi Brisgoviae, 1912.

— Regula S. Benedicti... cum Declarationibus et Constitutionibus Patrum Congregationis Casinensis, Venetiis, 1723.

BOBADILLA, Nicolaus Alph. de, S. J. — Bobadillae Monumenta. Nicolai Alphonsi de Bobadilla, sacerdotis e Societate Jesu, gesta et scripta, ex autographis aut archetypis potissimum deprompta, Matriti, 1913. (MHSJ).

[BOERO, Josephus, S. J.] — Animadversiones in aliquot Examinis, Constitutionum et Declarationum loca, quae ad veritatem Autographi revocanda videntur. (Est opusculum adjectum secundo volumini operis Institutum Societatis Iesu, editio novissima, Romae, Typis Civilitatis Catholicae, 1871).

BONAVENTURA, S. — Doctoris seraphici S. Bonaventurae... Opera omnia... studio et cura PP. Collegii a S. Bonaventura... Tomus VIII, Ad Claras Aquas (Quaracchi) prope Florentiam... MDCCCXCVIII.

— Seraphici Doctoris S. Bonaventurae Legendae duae de Vita S. Francisci. Nova impressio Ad Claras Aquas, 1923.

BONIFATIUS VIII, v. Corpus Iuris Canonici.

BOON, Amand, O. S. B. — Pachomiana latina, Règle et épitres de S. Pachome, Louvain, 1932.

BRAUNSBERGER, Otto, S. J. — Entstehung und erste Entwicklung der Katechismen des seligen Petrus Canisius, Freiburg i. B., 1893.

BROCKIE, v. HOLSTENIUS.

BROTTO, Giov., e ZONTA, Casp. — La Facoltà teologica dell'Università di Padova, Padova, 1922.

DE BRUYNE D., O. S. B. — La première règle de S. Benoit, in Revue Bénédictine, 42 (1930) 320-326.

Bullarum diplomatum et privilegiorum sanctorum romanorum pontificum Taurinensis editio, Augustae Taurinorum, 1857-1872.

CABROL, F. — Missel romain; in Dictionnaire d'Archéologie Chrétienne et de Liturgie XI_2, 1468 sqq.

CAESARIUS, S. — Regula, PL., 67, 1099-1104.

CANISIUS, Petrus, S. J., S. — S. Petri Canisii, Doctoris Ecclesiae, Catechismi latini et germanici Editionem criticam curavit Fridericus Streicher S. I. (in corpore *Societatis Iesu selecti scriptores*). Romae, Pontificia Universitas Gregoriana, 1933.

Cartas de San Ignacio, v. IGNATIUS de Loyola, S.

Catalonia Monastica, t. II, Montserrat, 1929.
CHRYSOSTOMUS, v. JOANNES CHRYSOSTOMUS, S.
COEMANS, Auguste, S. J. — Collatéral et Surintendant, in AHSI, 5 (1936) 293-295.
Commentaire sur la Règle de Saint Benoit par l'abbé de Solesmes, Troisième édition, Paris, (Imprimatur 1913).
Constituciones del Instituto de Damas catequistas, Bilbao, 1911.
Constituciones de la Congregación de Esclavas del Sagrado Corazón, 1931, sine loco.
Constitutiones Capuccinorum, v. Le prime Costituzioni.
Constitutiones Clericorum Regularium Sancti Majoli Papiae Congregationis Somaschae, editio tertia, Venetiis, 1746.
Constitutiones pro Missionariis Congregationis Filiorum Immaculati Cordis B. M. V., Matriti, 1924.
Constitutiones Monasticae, PG., 31, 1419.
Constitutiones Narbonenses, v. BONAVENTURA, S.
Constitutiones religionis clericorum regularium pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, Matriti, 1833.
Constitutiones Instituti B. Mariae Virginis, vulgo Virginum Anglicanarum nuncupatum, s. l. nec t.
Constitutions des Auxiliatrices des Âmes du Purgatoire, Parisiis, 1930.
Constitutions of the Society of the holy Child Jesus, s. l. nec t. In fine est epistola cardinalis Gasquet, data in Downside Abbey, 20 Julii 1923.
CORDARA, Julius, S. J. — Collegii Germanici et hungarici historia, 2 vol. Romae, 1770.
[Corpus Iuris Canonici] Liber sextvs Decretalivm D. Bonifacii Papae VIII. Clementis Papae V. Constitutiones. Extravagantes tvm viginti D. Joannis Papae XXII. tvm commvnes. Haec omnia... Additionibus Praeclarissimi Iurisconsulti D. Andreae Alciati illvstrata. Venetiis; Apud Socios Aquilae Renouantis. MDCV.
Costituzioni dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea, Roma, 1889.
[DELPLACE, Ludovicus, S. J.] — Synopsis actorum S. Sedis in causa Societatis Iesu, 2 vol., Florentiae 1887, Lovanii 1895.
DENIFLE, Heinrich, O. P. — Die Constitutionen des Prediger-Ordens vom Jahre 1228, in ALKG, 1 (1885) 165-227.
Diccionario de la lengua castellana, 6 vol., Madrid, 1737.
Dictionnaire d'archéologie, v. CABROL.
DOUAIS, C. — Les Frères Prêcheurs en Gascogne au XIIIme et au XIVme siècle, Paris, 1885.
DUHR, Bernhard, S. J. — Ignatianische Frömmigkeit, in Stimmen der Zeit, 103 (1922) 241-249, Freiburg i. B.
EHRLE, Franz, card., S. J. — Die ältesten Redactionen der Generalconstitutionen d. Franz-Orden, in ALKG, 6 (1892) 1-138.
Entstehung der Kongregation der Ursulinen von Calvarienberg, v. Satzungen.
Epistolae Mixtae, ex variis Europae locis, ab anno 1537 ad 1556, scriptae, 5 vol. Matriti, 1898-1901, (MHSJ).

Epistolae P. Hieronymi Nadal Societatis Jesu, ab anno 1546 ad 1577, 4 vol. Matriti, 1898-1905, (MHSJ).

Epistolae PP. Paschasii Broëti, Claudii Jaji, Joannis Codurii et Simonis Rodericii, Societatis Jesu, ex autographis vel originalibus exemplis potissimum depromptae, Matriti, 1903, (MHSJ).

Estudios eclesiásticos, v. PORTILLO.

EUBEL, v. van GULIK.

Fabri Monumenta. — Beati Petri Fabri, primi sacerdotis e Societate Jesu epistolae, Memoriale et Processus ex autographis aut archetypis potissimum deprompta, Matriti, 1914, (MHSJ).

FERNÁNDEZ ZAPICO, Dionisio, S. J. — « Monumenta Paedagogica Societatis Iesu » Dos aclaraciones, in AHSI, 5 (1936) 93-97.

FERREOLUS, S. — Regula, PL., 66, 959-976.

FERRERES, Juan B., S. J. — Historia del misal romano, Barcelona, 1909.

FORCELLINI, Aegidius. — Lexicon totius latinitatis... Furlanetto... Corradini... Perin, Patavii, Typis Seminarii, sine anno.

FRANCISCUS, S., v. BONAVENTURA, S.

S. Franciscus Borgia, quartus Gandiae dux et Societatis Jesu Praepositus generalis tertius, 5 vol., Matriti, 1894-1911, (MHSJ).

FUMANUS, v. BASILIUS, S.

GARCÍA, Francisco, S. J. — Vida, virtudes y milagros de S. Ignacio de Loyola, Barcelona, 1890.

GASPARRI, Petrus, Cardinalis. — Codicis Iuris Canonici Fontes, I. Romae, 1923.

GLORIA, Andrea. — I monumenti della R. Università di Padova (1222-1318). Padova, 1884-1888.

van GULIK, Gulielmus, Presb., et EUBEL, Conradus, O. M. Conv. — Hierarchia catholica medii aevi, t. III, Monasterii, 1910.

HEIMBUCHER, Dr. Max. — Die Orden und Kongregationen der katholischen Kirche. Dritte Auflage, 2 vol., Paderborn, 1933.

HERMAN, J. B., S. J. — La Pédagogie des Jésuites au XVIme siècle, Louvain, 1914.

HIERONYMUS, S. — Epistolae, PL., 66.

HOLSTENIUS, Lucas. — Lucae Holstenii... Codex Regularum monasticarum et canonicarum... Collectus olim a S. Benedicto Anianensi Abbate... Observationibus critico-historicis a P. R. P. Mariano Brockie S. T. D. Priore... Monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisbonae illustratus... ab alio ejusdem Coenobii... Asceta ulterius continuatus... Augustae Vindelicorum. Sumptibus Ignatii Adami et Francisci Antonii Veith Bibliopolarum anno MDCCLIX. Superiorum permissu.

IGNATIUS de Loyola, S. — Cartas de San Ignacio de Loyola, 6 vol., Madrid, 1874-1889.

— Constitutiones, v. infra, Bibliographiam Constitutionum.

— Exercitia spiritualia, Textus hispanus et versio litteralis Autographi hispani Auctore A. R. P. Joanne Roothaan praeposito generali Societatis Jesu, Romae, 1928.

Institutum Societatis Jesu, 2 vol. Pragae, 1705; 2 vol. Pragae, 1757; 2 vol. Romae, 1869-1870; 3 vol. Florentiae, 1892-1893.

Isidorus, S. — Regula, PL., 103, 555-572.

Joannes Chrysostomus, S. — Homiliae in Matthaeum, PG. 58.

Karrer, Otto, S. J. — Der heilige F. von Borja, Freiburg i. Br., 1921.

Konstitutionen der Kongregation der heiligen Ursula von Kalvarienberg, Ahrweiler, 1930, Trier.

Konstitutionen der Schwestern vom göttlichen Herzen Jesu, Breslau, 1930.

Krebs-Schmalz. — Antibarbarus, Basel, 1905.

Lancicius, Nicolaus, S. J. — De Praestantia Instituti Societatis Jesu, Cracoviae, 1890.

Le Bachelet, Xaverius, S. J., v. Bellarminus.

Lecina, Mariano, S. J., v. Uriarte.

Le Masson, R. P. D. Innocentius. — Disciplina Ordinis Cartusiensis, Monstrolii, Typis Cartusiae S. Mariae de Pratis, 1894.

Le prime Costituzioni dei Frati Minori Capuccini di S. Francesco, Roma, Curia generalizia, 1913.

Letters and Notices, 38 (1923) 13-14, Roehampton, London S. W., St. Omers Press.

Leturia, Pedro, S. J. — La hora matutina de meditación en la Compañía naciente, in AHSI, 3 (1934) 47-108; De «Constitutionibus Collegiorum» P. Ioannis A. de Polanco, in AHSI, 7 (1938) 1-30.

— Nuevos datos sobre San Ignacio, Bilbao, 1925.

Liber de instructione officialium O. F. P., v. Umbertus.

Linderbauer, Benno, O. S. B. — Sancti Benedicti Regula Monasteriorum, Bonnae, 1928.

Litterae Quadrimestres, ex universis, praeter Indiam et Brasiliam, locis, in quibus aliqui de Societate Jesu versabantur, Romam missae, 7 vol., Matriti, 1894-1925, Romae, 1932, (MHSJ).

Losschaert S. J., v. Manaraeus.

Madridius, Christophorus, S. J. — Libellus de frequenti usu sacramenti Eucharistiae, Neapoli, 1556.

Manaraeus, Oliverius, S. J. — De rebus Societatis Iesu commentarius, Florentiae, 1886.

— Oliverii Manaraei Exhortationes, foras datae opera studioque P. Br. Losschaert eiusdem Societatis, Bruxellis, 1912.

Mandić, Dominicus, O. F. M. — De Legislatione Antiqua Ordinis Fratrum Minorum, Mostor, 1924.

Mandonnet, P. — S. Dominique, L'idée, l'homme et l'œuvre, Gand, 1921.

van Miert, L., S. J., Hoe te Amsterdam Iesuïeten-geheimen aan 't licht kwamen, in Studien, 98 (1922) 172-180, 'S Hertogenbosch-Antwerpen.

Mir, Miguel. — Historia interna documentada de la Compañía de Jesús..., 2 vol., Madrid, 1913.

Miraeus, S. — Codex Regvlarvm et Constitutionvm clericalium... Antverpiae. Apvd Caesarem Ioach. Trognaesivm, 1638.

Monumenta ad Constitutiones Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum pertinentia in lucem edidit Rmus. P. Venantius a Lisle-en-Rigault Ejusdem Ordinis Minister Generalis, Romae, 1918.

Monumenta Historica Carmelitarum, t. I, Lirinae, 1905 et 1906.

Monumenta Ignatiana, ex autographis vel ex antiquioribus exemplis collecta. Series prima. Sancti Ignatii de Loyola epistolae et instructiones. 12 vol., Matriti, 1903-1911 (MHSJ).

— Series secunda, Exercitia et Directoria, 1 vol., Matriti, 1919 (MHSJ).

— Series tertia, Constitutiones Societatis Jesu, 2 vol., Romae, 1933, 1936 (MHSJ).

— Series quarta, Scripta de Sancto Ignatio de Loyola. 2 vol., Matriti, 1904, 1918 (MHSJ).

Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum Historica, t. III, Acta Capitulorum generalium (vol. I) recensuit Fr. Benedictus Maria Reichart eiusdem Ordinis, Romae, 1898.

Monumenta Paedagogica Societatis Jesu, quae primam rationem studiorum anno 1586 editam praecessere, Matriti, 1901 (MHSJ).

Monumenta Xaveriana, ex autographis, vel antiquioribus exemplis collecta. 2 vol., Matriti, 1899, 1912 (MHSJ).

NADAL, v. Epist. P. Hieronymi Nadal.

— Hieronymus S. J. — Scholia in Constitutiones et Declarationes S. P. Ignatii, Prati in Etruria, 1883.

NONELL, Jaime, S. J. — La Beata Madre, Juana de Lestonnac, Manresa, 1909.

ORLANDINI, Nicolaus, S. J. — Historiae Societatis Jesv pars prima, sive Ignativs, Antuerpiae, M. DC. XX.

PACHOMIUS, S. — Regula, PG., 40, 947 sqq., PL., 23, 65 sqq.; v. BOON, Amand.

PASTOR, Ludwig. — Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters, 16 vol., Freiburg in Breisgau, 1891-1931.

PAULUS et STEPHANUS, SS. — Regula, PL., 66, 951 sqq.

Polanci Complementa. — Epistolae et commentaria P. Joannis Alphonsi de Polanco e Societate Jesu addenda caeteris ejusdem scriptis dispersis in his MONUMENTIS, 2 vol., Matriti, 1916, 1917 (MHSJ).

POLANCO, Joannes Alphonsus de, S. J. — Vita Ignatii Loyolae et rerum Societatis Jesu historia (Chronicon), 6 vol., Matriti, 1894-1898, (MHSJ).

— Breve Directorium ad Confessarii et Confitentis munus rite obeundum, Romae, 1554.

PORTILLO, Enrique del, S. J. — El Instituto de la Compañía de Jesús y sus primeras ediciones, in AHSI, 1 (1932) 193-204, Romae; La primera edición y las primeras falsificaciones de nuestro Instituto, in Estudios eclesiásticos, Madrid, 2 (1923) 294-314, 3 (1924) 19-37, et 167-180.

POURRAT, P. — La Spiritualité Chrétienne, Paris, 1927-1931, 4 vol.

Regle du gouvernement de l'Institut des Frères des Ecoles Chrétiennes approuvée par le Chapitre Général de 1777... (opus lithographicum).

Règles communes des Frères des Écoles Chrètiennes. Lembecq-lez-Hal, Maison Mère, 1923.

Règles et Constitvtions de l'Ordre des Religieuses de nostre Dame, estably premierement en la ville de Bourdeaux, Burdigalis, 1638.

Regula Magistri, PL., 88, 913, sqq.

Regula Tarnatensis, PL., 66, 980.

Reuss, Fr. Heinrich. — Die Indices librorum prohibitorum des sechszehnten Jahrhunderts, gesammelt und herausgegeben von..., Tübingen, 1886.

Revue d'Ascétique et de Mystique, v. Viller.

Revue Bénédictine, v. de Bruyne, D., O. S. B.

Ribadeneira. — Patris Petri de Ribadeneira Societatis Jesu sacerdotis, Confessiones, epistolae aliaque scripta inedita, 2 vol., Matriti, 1920, 1923, (MHSJ).

— De ratione quam in gubernando tenebat Ignatius, in MHSJ. - Monum., Ignat. ser. 4ª, I, 441-471.

— Tratado en el qval se da razón del institvto de la religión de la Compañía de Jesvs. Año 1605. Impresso en el Colegio de la Compañía de Jesús de Madrid.

— Obras del Padre Pedro de Ribadeneyra de la Compañía de Iesús, agora de nueuo reuistas y acrecentadas... En Madrid, en la imprenta de Luis S[anchez]. Año del Señor M. DC. V. — Vita S. Ignatii est in paginis 1-226, columnis duabus. Non est titulus totius Vitae, sed singuli libri suam habent inscriptionem, v. g. « Libro primero de la vida del bienaventurado Padre Ignacio de Loyola, fundador de la Compañía de Iesvs ». Hanc afferimus nomine *Vida*.

— Vita Ignatii Loyolae, qvi Religionem Clericorum Societatis Jesv instituit. Madriti, M.D.LXXXV.

Rodrigues, Francisco, S. J. — Historia da Companhia de Jesus na Assistência de Portugal - tomo I, volume I Origens. Formação, Ministerios; volume II Tribulação. Colegios, Missiões, Pôrto, 1931.

Rodriguez, Simon, S. J. — De origine et pro ressu Societatis Iesu in MHSJ, v. Epistolae PP. Paschasii Broët.

Rufinus, v. Basilius S.

Sacchinus, Franciscus, S. J. — Historiae Societatis Iesv pars II, sive Lainivs, Antverpiae, M. DC. IL.

— Pars III, sive Borgia, Romae, M. DC. IL.

— Pars IV, sive Everardus, Romae, M. DC. LII.

— Pars V, sive Clavdivs. Tomvs prior, Res extra Europam gestas, et alia quaedam suppleuit Petrvs Possinvs ex eadem Societate, Romae, MDCLXI.

Satzungen der Kongregation der Ursulinen von Kalvarienberg (Ahrweiler), Trier, 1910.

Schroeder, Fridericus, S. J. — Monumenta quae spectant primordia Collegii Germanici et Hungarici, Romae, 1896.

Statuta Fratrum vitae communis, v. Miraeus.

Steiger, Petrus S. J. — De vitae religiosae propagatione et diffusione Synopsis historica, 1924, Romae.

STEINHUBER, Cardinal Andreas aus der Gesellschaft Jesu. — Geschichte des Collegium Germanicum Hungaricum in Rom, zweite Ausgabe Freiburg, 1906.

STELLARTIUS, Prosp., O. S. A. — Fvndamina et Regvlae omnium Ordinvm monasticorum et militarivm. Dvaci. Ex officina Baltazaris Belleri, 1626.

Stimmen der Zeit, t. 103, 1922, München, v. DUHR.

STREICHER, Frid., S. J., v. CANISIUS, S. J., S.

Studien, v. van MIERT.

SUAREZ, Franciscus, S. J. — Tractatus de religione Societatis Jesu, Bruxellis, Parisiis, 1857.

TACCHI VENTURI, Pietro, S. J. — Le Case abitate in Roma da S. Ignazio di Loyola, Roma, 1899.

— La romanità dei Santi. La casa di S. Ignazio di Loyola in Roma. Roma, s. a.

— Storia della Compagnia di Gesù in Italia narrata col sussidio di fonti inedite. 2 vol. Roma, 1910, 1922. — Primum vol. iterum editum est Romae, 1931.

Tarnatensis, Regula monasterii, PL., 66, 977-986.

TORRE, Joannes Josephus de la, S. J., v. Bibliographiam Constitutionum, n. 19.

URIARTE, Eugenio de, S. J., LECINA, Mariano, S. J. — Catálogo razonado de obras anónimas y seudónimas de autores de la Compañía de Jesús pertenecientes a la antigua asistencia española, 5 vol., Madrid 1904-1916. P. Lecina edidit tt. IV et V. Opus hoc vocamus *Anónimos*.

UMBERTUS O. P. — Liber de instructione officialium O. F. P., Romae, 1566, in opere Regula Beati Avgustini et Constitvtiones Fratrvm Ordinis Praedicatorvm, Romae, 1566.

VÉLEZ, Petrus M., O. S. A., Miscelánea, Los Capítulos Provinciales, in Archivo Agustiniano, 37 (1932) 477-478 - Madrid.

VILLER, Marcel, S. J. — Harphius ou Bourcelli? in RAM 3 (1922) 155-162.

BIBLIOGRAPHIA CONSTITUTIONUM [1]

1a. — 1558, Romae, in aedibus Societatis Jesu; 0,130 × 0,085; Examen, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio: PRIMVM AC / GENERALE EXAMEN / IIS OMNIBVS QVI IN / *Societatem* IESV *admitti / petent, proponendum / [flos lilii; monogramma* IHS *ornatum, cum hac circumscriptione]* SOCIETAS NOMINIS IESV / *Romae / in aedibus Societatis IESV / 1558.*

PP. 2-52 signatae numeris. — P. 2 Index capitum. — PP. 3-44 textus Examinis; incipit « De Instituto Societatis et varietate personarum quae in ipsa sunt. Capvt I. Haec minima Congregatio »; desinit « et laudem Dei et Domini nostri ». — PP. 45-51 textus Declarationum; incipit « Declarationes in Examen. In caput primum. Hoc Examen vt plurimum omnibus proponi solet »; desinit « nihil amplius procurando, debebunt. Lavs Deo ». PP. 51-52, Errata.

Omnia, praeter aliqua in titulis, sunt impressa litteris inclinatis. Initium et finis textuum Examinis et Declarationum eadem sunt in omnibus editionibus; itaque in posteris non notabuntur. — Errata notata sunt solius textus Examinis; nulla Declarationum, cum tamen incipiant in ipsa pagina ubi harum textus desinit.

Hinc illa perficies quae dicit P. Henricus del Portillo S. J. in AHSI, 1 (1932) 195, folia Declarationum et Errata a praecedentibus sejungi posse. — Nullum vidimus exemplar editionis primae, quod non esset una cum Constitutionibus ligatum. Cum tamen nunquam notatio paginarum in Constitutionibus sit praecedentis Examinis continuatio, sed perpetuo a pagina 1 incipiat; unum opus ab altero separatim describimus.

1b. — 1558, Romae, in aedibus Societatis Jesu; 0,130 × 0,085; Constitutiones, latine.

P. [1] inscriptio: CONSTITV- / TIONES SOCIE- / TATIS IESV / *Anno 1558. / [flos lilii; monogramma* IHS *ornatum, cum circumscriptione]* SOCI / ETAS / IE / SV. *Romae, in aedibus Societatis IESV / 1558.*

PP. 2-159 signatae numeris; textus Constitutionum; incipit « Prooemivm Constitutionum. Quamvis summa Sapientia »; desinit « Quare legere vel audire easdem singulis mensibus oportebit ». Sequitur in p. eadem 159:

[1] Omittimus in hac recensione editiones Examinis, lingua sive latina sive vernacula, ad usum novitiorum variis locis paratas; item editiones versionum sine textu latino. Mensuram damus paginae impressae (non folii), exclusis quidem marginibus, inclusis vero postillis aliisve rebus impressis, si quae sunt; haec enim non variant; margines a ligatoribus facile mutantur.

« Octauo die Septembris 1558, nomine sanctissimi Domini nostri Pauli Papae quarti allocutus est reuerendissimus Cardinalis Neapolitanus eos omnes, qui Congregationi generali nostrae Societatis intererant, et proposuit duo, quae sequuntur, et in Constitutionibus poni iussit. In vtroque autem Congregatio nostra se obedituram dixit, unde et hic ea posita sunt.

Vnum fuit, placere suae Sanctitati, vt praepositus Societatis nostrae triennalis esset, et non perpetuus : quanuis post triennium confirmari posset.

Alterum, vt Societas nostra chorum ad horas canonicas dicendas haberet, quemadmodum aliae Religiones, cum ea tamen moderatione, quae Praeposito Generali conuenire videretur. Finis ».

Sequuntur (non in omnibus exemplis) quatuor folia, non notata numerorum signis, ubi sunt Index et Errata. In fine indicis, eademque pagina [5] est : LAVS DEO. / ROMAE, *in Aedibus Societatis* IESV, / *Anno Domini* M D L IX. / *De Licentia Superiorum.* Hinc videtur colligi posse indicem hunc non esse impressum eodem anno quo textus imprimi coeptus est.

Sunt exempla nonnulla primae hujus editionis Constitutionum, e quibus pagina 159 resecta est ac denuo typis expressa, omissis additamentis Pauli IV, quae in nulla e posteris editionibus apparent (cf. *Proleg.* pp. LXV-LXVI) unde initium et finis textus Constitutionum in omnibus eadem sunt atque in hac prima ; quare neque illa nos in posterum indicamus. Cf. URIARTE, I, n. 474.

1c. — 1559, Romae, in aedibus Societatis Jesu ; 0,130 × 0,085 ; Declarationes Constitutionum, latine.

P. [1] inscriptio : DECLARA- / TIONES ET AN- / NOTATIONES IN CONSTITUTIO- / *nes Societatis* IESV. *[monogramma* IHS *ornatum, circumdatum hac inscriptione]* HOC VNO EST TANTUM NOMINE CERTA SALUS / *Romae, in aedibus Societatis* IESV / *1559.*

P. [2] pura. — PP. 3-121 textus Declarationum ; incipit « Prooemivm in Declarationes et Annotationes Constitutionum. Cvm omnivm Constitutionum hic finis sit » ; desinit « qui contrariam habent proprietatem. Finis ». Sequitur in pagina eadem 121 : ROMAE, *in Aedibus Societatis* IESV, / *Anno Domini* M D L IX. *De Licentia Superiorum.* — PP. 122-123 formvla votorvm simplicium, quae Professi emittunt post professionem ; postea « Lavs Deo ». — PP. 124-125, Errata. Notabis haec Errata Declarationum paginis una serie cum ipsis Declarationibus contineri, cum Errata Constitutionum in foliis sint numero non signatis (v. n. **1b** paulo ante finem). Alterutra Errata desunt in compluribus exemplis. Declarationes impressae quoque sunt, praeter pauca in titulis, litteris inclinatis. Cf. URIARTE I, n. 616.

1d. — 1559. Romae, in aedibus Societatis Jesu, 0,130 × 0,085 ; inscriptio Constitutionum et epistola-praefatio, latine.

P. [1] inscriptio : CONSTI- / TVTIONES / SO- / CIETATIS / IESV. *[flos lilii, monogramma* IHS *cum circumscriptione]* IN HOC NOMINE OPORTET NOS SALVOS FIERI / *Romae, in aedibus Societatis* IESV / *anno 1559.*

PP. [2]-[4] purae. — PP. [5]-[12] Epistola-praefatio, incipit « Dilectis in Christo Fratribus Societatis Iesv S. En vobis tandem » ; desinit « sentiatur in opere. Valete in Christo ». — P. [12] « Submonitio ad lectorem. Illud autem, pie lector, intelligas oportet, quanuis tractatum et nomen diuersum Exa-

minis, Constitutionum et Declarationum legas » ; desinit « id scias factum fuisse. Romae, in aedibus Societatis Iesv, 1559 ».

Sunt paginae duodecim non signatae numeris, destinatae, id quod per se patet, ut libro praeponerentur qui Examen, Constitutiones et Declarationes contineret. Notarunt tamen in inscriptione annum 1559 cum in inscriptionibus Examinis et Constitutionum propriis notatus sit annus 1558 (v. supra nn. **1a** et **1b**). In exemplari, quod ob oculos habemus (collegii *La Civiltà Cattolica*), positae sunt ante indicem Constitutionum (v. n. 1 in fine) et textum Declarationum, quem describimus in n. **1c**.

NB. 1°. Quae sub numeris **1a-1d** descripsimus, vario modo disposita, sunt editio princeps, tota litteris inclinatis impressa. Ratio illius varietatis et aliquantae perturbationis duplex videtur assignari posse: prima quod congregatio prima decrevit « impressionem statim inchoandam ab Examine prius reviso a Deputatis » (*Institutum* II, decr. 79), nihil sollicita de Praefatione neque de Submonitione, quae duo anno 1559 scripta sunt; Submonitio annum hunc in fine notavit; Praefatio vero seu epistola de « anno 1558 proxime elapso » mentionem facit. Vide dicta in *Proleg.* c. 5, a. 1, p. LXIV. Altera ratio ex ipsa rerum natura pendet. Cum enim ex una parte Examen et Constitutiones, ex altera Declarationes ad usum diversum destinarentur, separatim excusa sunt, idque etiam ex paginarum numeratione constat. Epistola tamen, et clarius Submonitio, omnia simul inveniri posse significant, id quod a secunda editione in posterum factum est.

2° Ordinata prima editio continere deberet; a) Paginas [1]-[12] quales descripsimus sub n. **1d**; b) Examen ejusque Declarationes et Errata, prout haec descripta sunt sub n. **1a**; c) Constitutiones, quae descriptae sunt sub n. **1b**; Declarationes Constitutionum sub n. **1c** recensitas. Index Examinis certe est ante ipsum Examen etsi post illud impressus sit, quippe qui hujus paginas exprimit; index Constitutionum esse potest ante vel post textum. Declarationum indicem nullum vidimus. Cf. SOMMERVOGEL I, 75-77.

Exempla editionis principis, plus minusve integra, sunt in Archiv. S. I., Roman. *Instit. I, 58*, Romae, in Curia Secietatis Jesu, in collegio *La Civiltà Cattolica*, in Instituto Historico Societatis Jesu in Urbe, in Pontificia Universitate Gregoriana (in Aedibus Borromaeis); Ariciae, in Tirocinio Provinciae Romanae; in Belgio, Enghien Maison St. Augustin; in Hispania Matriti in Bibliotheca Nationali $\frac{U}{8428}$, et in Bibliotheca Facultatis Philosophiae 111-10 = 36946; Manresae (Sta. Cueva, Bibliotheca Exercitiorum).

2a. — 1570, Romae, apud Victorium Haelianum, 0,128 × 0, 085, Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio: CONTITVTIO- / NES ET DECLARATIO- / NES EXAMINIS GENE- / ralis Societatis / IESV. / *[monogramma* IHS† *ornatum, sine ulla inscriptione]* / ROMAE, M. D. LXX / Apud Victorium Haelianum. / Cum facultate Superiorum.

P. [2] pura. — PP. 3-48 textus Examinis et Declarationum ejus. Declarationes positae sunt suis locis, juxta locum Examinis declarandum.

Nova paginarum serie incipit textus Constitutionum earumque Declarationum. P. [1] inscriptio: CONSTITVTIO- / NES SOCIETA- / TIS IESV. / Cum earum Declarationibus. / *[monogramma* IHS† *ut in p. [1] Examinis]* / ROMAE, M. D. LXX. / Apud Victorium Haelianum. / Cum facultate Superiorum.

P. [2] pura. — PP. 3-259 textus Constitutionum et Declarationum. Post textum sequitur in pagina eadem 259 monogramma IHS et reliqua, eadem quae in pagina [1]. Declarationes positae sunt suis locis juxta locum Constitutionum declarandum. — PP. [260-261]: « Formvla votorvm simplicivm, qvae professi emittunt post professionem » caet., desinit « In tali loco, tali die, mense et anno / Lavs Deo ».

Examen et Constitutiones litteris communibus, utriusque Declarationes inclinatis impressae sunt, id quod in posteris editionibus omnibus, praeter avenionensem (v. infra, n. **15**) factum est. Exempla hujus editionis sunt in Curia S. J. et in Instituto Historico S. J. in Urbe. De editione, quam quidam existimarunt factam fuisse anno 1568, v. *Proleg.* p. LXVII not. 11.

2b. — 1570, Romae, apud Victorium Haelianum; 0,124 × 0,080; Examen et Constitutiones sine ullis Declarationibus, latine.

P. [1] inscriptio : CONSTITVTIO- / NES EXAMINIS GE- / NERALIS SOCIETATIS / IESV / *[monogramma* IHS *ornatum sine ulla inscriptione]* / ROMAE, M. D. LXX / Apud Victorium Haelianum. / Cum facultate Superiorum.

P. [2] pura. — PP. 3-46 textus Examinis. Sequitur folium purum.

Nova paginarum serie incipit textus Constitutionum. P. [1] inscriptio: CONSTITVTIONES / SOCIETATIS / IESV / *[ornamentum typographicum ; monogramma* IHS *idem quod supra]* / ROMAE, / M. D. LXX / Apud Victorium Helianum. / Cum facultate Superiorum.

PP. 2-160 textus Constitutionum. Omnia impressa sunt litteris communibus, praeter prooemium Constitutionum et inscriptiones capitum tam Examinis quam Constitutionum, impressa litteris inclinatis. Exempla hujus editionis sunt in archivo provinciae Aragoniae S. J., in Arch. S. I. Roman., *Instit. I, 45* et in Instituto Historico S. J. in Urbe. Cf. SOMMERVOGEL. V, 77, et URIARTE, I, nn. 472 et 477, pp. 160 et 172.

3. — 1577, Romae, in collegio Societatis Jesu ; 0,142 × 0,092. Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio : CONSTITVTIO- / NES ET DECLARATIO- / NES EXAMINIS GENE- / RALIS SOCIETATIS / IESV / *[monogramma* IHS, *ornatum, sine ulla inscriptione]* / Cum facultate Superiorum. / Romae, In Collegio eiusdem Societatis / M. D. LXXVII.

P. [2] pura. — PP. 3-48 textus Examinis et Declarationum ejus.

Nova paginarum serie incipit textus Constitutionum et Declarationum. P. [1] inscriptio: CONSTITVTIO- / NES SOCIETATIS / IESV / Cum earum Declarationibus. / *[monogramma ut supra]* / Cum facultate Superiorum. / Romae, in Collegio eiusdem Societatis / M. D. LXXVII.

P. [2] pura. — PP. 3-258 textus Constitutionum et Declarationum. — P. [259] « Formvla votorvm simplicivm » caet. ut supra sub n. **1c**. — P. [260],

Errata Examinis et Constitutionum. — In exemplis nonnullis addita sunt folia duo impressa continentia locos emendatos in Constitutionibus auctoritate quartae congregationis generalis anno 1581, de quibus v. Appendices n. **3b.** Exempla sunt, non ubique integra, in Archivo S. I. Roman., *Instit. I, 59;* in Curia S. J.; in Instituto Historico S. J. in Urbe. Cf. SOMMERVOGEL V, 77, et URIARTE I. 160 n. 472, et vide *Proleg.* p. LXIX.

4a. — 1583, Romae, in collegio Societatis Jesu; 0,133 × 0,089; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio: CONSTITV- / TIONES / SOCIETATIS / IESV / Cum earum Decla- / rationibus / *[flos]* / ROMAE, / In Collegio eiusdem Societatis./ *Cum facultate Superiorum. [Haec sunt sub quadam quasi fornice, quam sustinent columnae duae coujunctis basibus; sub foruice monogramma* IHS *inter angelos duos; infra, inter utramque basim]* ANNO DOMINI / MDLXXXIII.

P. [2] « Gregorivs XIII. Institutum Societatis... Constitutiones... confirmat in haec verba. Motv proprio... et statutis etc. In litteris Apostolicis... Anno Incarnationis Dominicae. M D LXXXII ». Verba « Motv... statutis » sunt ex bulla Gregorii XIII « Quanto fructuosius » data 1 Februarii anni communis 1583, quae videri possunt partim infra, p. CL, integra vero in opere *Institutum I,* 89, col. b. — PP. [3]-48 textus Examinis et Declarationum ejus. Una eademque paginarum serie sequitur textus Constitutionum et Declarationum, pp. [49]-309. — Post textus Constitutionum et Declarationum est in pp. [310]-[311] formula votorum simplicium, quae professi emittunt post professionem, ut supra sub **2a.** — Singulae Declarationes sunt suis locis juxta textum Examinis et Constitutionum. In utriusque margine notantur loci paralleli, id quod fit in cunctis posteris editionibus. Sequuntur folia 32 signis numerorum non notata, in quibus est index rerum ordine litterarum dispositus, errata et harum paginarum regestum; loci rerum indicantur allatis parte, capite et paragrapho, non pagina; regestum notatur stellulis.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 77.

Exempla hujus editionis (quorum nonnulla in pergamena) multis locis inveniuntur.

4b. — 1583, Romae, in collegio Societatis Jesu; 0,134 × 0,079; Examen et Constitutiones sine ullis Declarationibus, latine.

P. [1] inscriptio: CONSTITVTIONES / SOCIETATIS / IESV / *[monogramma* IHS *ornatum]* / ROMAE, / In Collegio ejusdem Societatis / M D LXXXIII / *Cum facultate Superiorum.*

P. [2] eadem prorsus ac pag. [2] sub n. **4a.** — PP. [3]-42 textus Examinis. Una eademque paginarum serie sequitur textus Constitutionum. — PP. 191-192 formula votorum simplicium ut supra sub n. **1c.**

Exemplum hujus editionis est in Archiv. S. I. Roman. *Instit. I, 30.*

Cf. SOMMERVOGEL, V, 78.

5a. — 1606, Romae, in collegio Societatis Jesu; 0,310 × 0,197 (ligatum 0,402 × 0,273); Examen, Constitutiones, Declarationes, latine et hispane.

P. [1] inscriptio: CONSTITV- / TIONES / SOCIETATIS / IESV, / LATINAE ET HISPANICAE / CVM EARVM / DECLARATIONIBVS / *[monogramma* IHS *ornatum]* / ROMAE / In collegio eiusdem Societatis. / M DC VI / SUPERIORVM PERMISSV.

Inscriptio tota inclusa est duabus quadris varia ornamenta intra se continentibus; ornamentum idem est in p. [2]. — P. [2] monogramma IHS, ornatum, a praecedente diversum; tum « Haec exempla Constitutionum et Declarationum B. P. N. Ignatii ex ipsis authenticis a Generalibus Congregationibus approbatis, ad verbum desumpta; et cum eisdem studiose diligenterque collata, ad diuturnam tanti viri memoriam; et ad publicae vtilitatis bonum simul iuncta in hanc formam excusa sunt. — Bernardus de Angelis Societatis Iesu ». — P. 3 « Gregorius XIII » et caetera quae sunt in p. [2] sub n. **4a.** His additur: « Idem Institutum, atque Constitutiones, et Statuta approbauit et confirmauit felic. recordat. Gregor. XIIII in sua Constitutione iiij Kalend. Julii Anno Domini MDXCI. Et nunc postremo sanctissimus D. N. Paulus Papa Quintus eamdem gratiam benignissime concessit, vt in amplissimis literis apparet, pridie nonas Septembris datis Anno ab orbe redempto MDCVI ». — PP. 4-293 textus Examinis, Constitutionum et Declarationum; textus latinus est in paginis paribus, hispanus in imparibus; singulae declarationes suis locis juxta Examen et Constitutiones apponuntur; loci paralleli juxta utrumque textum in externo margine intra quadram ornatam inveniuntur. Textus latinus incipit et desinit ut supra diximus. Textus hispanus Examinis incipit p. 5 « Primero y general Examen que se ha de proponer a todos los que pidieren ser admittidos en la Compañía de Iesús »; desinit p. 47 « para mayor seruicio y alabança de Dios Nuestro Señor. Finis. Lavs Deo ». — Textus hispanus Constitutionum incipit p. 49 « Constitv- / tiones / con las Declara- / ciones. Proemio de las / Constitutiones / Avnque / la summa sapiencia »; desinit p. 293 « Y assí aya de leerlas o oyrlas leer cada mes. / El fin ». — P. 294 continet testimonium P. Joannis de Polanco datum anno 1558, et P. Laurentii Magii anni 1594, affirmantium conformitatem transcripti textus hispani cum textibus authenticis. (Joannis de Polanco habemus tria hujusmodi testimonia; primum de Examine ejusque Declarationibus; secundum de solis Constitutionibus; tertium de solis harum Declarationibus, illa vide in t. II pp. 123 et 726. In hac magna editione quinta omissum est testimonium de Examine; ex duobus vero alteris conflatum est unum, additis nempe testimonio de Constitutionibus duobus verbis « et Declarationum » in locutione « hoc exemplum Constitutionum ». Caeterum utrumque testimonium eisdem fere verbis effertur, nisi quod in testimonio de Declarationibus mentio est de additis non solum « in margine », sed etiam de additis « inter lineas », id quod non dicitur, etsi dici potuerat, de Constitutionibus). — P. 295, formula votorum simplicium, ut supra, sub n. **1c.** Post paginam puram sequitur Index rerum in Examen et Constitutiones paginis vigintiseptem numeris non signatis. Praestat hic index indici quartae editionis in eo quod hic non solum partem, caput et paragraphum, sed paginam etiam indicat, quae ratio in posteris omnibus editionibus retenta est. Capita rerum in utraque editione sunt eadem.

Exemplar est in Instituto Historico S. J. in Urbe.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 78 et URIARTE, 1, 164, n. 479.

5b. — 1606, Romae, in collegio romano Societatis Jesu ; 0,135 × 0,097 ; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio : CONSTITVTIONES / SOCIETATIS IESV. / Cum earum Declarationibus / ROMAE, In Collegio Rom. / eiusdem Societat. / Anno Dni / MDCVI. / CVM FAC. SVPER.

Inscriptio est in ima parte ornamenti, quod totam paginam complectitur, constans columnis duabus supra et infra inter se connexis ; in summa parte est monogramma IHS, sub quo est imago cordis tribus clavis confixi ; in parte media est adumbratio forma ovata, continens imaginem S. Ignatii usque ad cingulum, capite radiis circumfuso, librum utraque manu sustinentis ; sub imagine et intra ovalum inscriptio « Ad Maiorem / Dei gloriam ». — P. [2] « Gregorivs XIII » et caetera, quae sunt in p. [2] sub n. **4a**. His additur : « Idem Institutum » et caetera quae sunt sub n. **5a** ; haec pagina in exemplo Manresae olim asservato erat pura. — PP. [3]-309 textus Examinis et Constitutionum cum Declarationibus, ubique juxta locum declarandum positis. — PP. [310]-[311] formula votorum simplicium ut supra sub **1c.** — Sequitur Index in Examen et Constitutiones foliis triginta quatuor non numeratis. De hoc indice idem dicendum quod diximus de indice sub n. **5a.**

Editiones **4a** et **5b** constant numero paginarum eodem (in Examine et Constitutionibus) cum tamen forma quintae paulo major sit ; corpus nempe litterarum major quoque est, ita tamen ut paginae omnes et longe maxima versuum pars ad amussim inter se conveniant.

Exemplaria sunt : in Arch. S. I. Roman., *Instit. I, 62*, duo exempla, quorum alterum in pergamena ; Romae in collegio *La Civiltà Cattolica*, Manresae in Bibliotheca Exercitiorum ; unum in pergamena in archivo provinciae toletanae S. J.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 78.

6. — 1615, Romae in collegio romano Societatis Jesu ; 0,137 × 0,097 ; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] ornata, inscriptio : CONSTITVTIONES / SOCIETATIS / IESV / Cum earum Declarationibus / *[monogramma* IHS *supra cor tribus clavis transfixum]* / ROMAE, / In Collegio Romano eiusdem Societatis. / Anno Domini. M. DC. XV. / SVPERIORVM PERMISSV.

P. [2] « Gregorius XIII » et caetera ut in nn. **4a** et **5a**. — PP. 3-309 textus Examinis, Constitutionum et Declarationum. Declarationes suis locis appositae sunt juxta textum Examinis et Constitutionum. Loci paralleli in marginibus externis. PP. [310]-[311] formula votorum simplicium et caetera, ut supra sub n. **1c.**

Cf. SOMMERVOGEL, V, 78.

7. — 1635, Antuerpiae, apud Joannem Meursium ; 0,133 × 0,088 ; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio : CONSTITVTIONES / SOCIETATIS / IESV / ET EXAMEN / CVM DECLARATIONIBVS / *[imago in qua haec sunt : liber clausus dextrorsum, cujus in tegumento plano est monogramma* IHS *; supra imago S. Ignatii a capite ad pectus deducta, cui coronam imponunt dextris*

manibus angeli duo, alter ad dextram alter ad sinistram libri stantes, palmas sinistris manibus tenentes; liber et angeli insistunt in ornamento quodam, cujus in media parte verba sunt] AD / MAIOREM DEI / GLORIAM. *[Est haec imago in omnibus tomis antuerpiensis editionis Instituti Societatis Jesu]*. ANTVERPIAE / Apud IOANNEM MEVRSIVM. / M. DC. ϗXXV. / SVPERIORVM PERMISSV.

P. [2] pura. — PP. 3-4 Approbationes eaedem quae sunt in p. [2] sub n. **5a.** — PP. 5-366 Examen et Constitutiones cum Declarationibus, ubique juxta locum declarandum positis. — PP. 367-368 formula votorum simplicium ut supra sub **1c.** — Sequitur index paginis nonaginta sex numeris non signatis; capita rerum eadem sunt atque in praecedentibus editionibus, nisi quod haec scribit *Otium*, cum priores scripsissent *Ocium*, unde hujus verbi locus mutatus est.

Hoc volumen est unum e sexdecim (connumerato volumine indicum), quibus constat antuerpiensis editio Instituti Societatis Jesu anni 1635; quo ordine haec volumina inter se excipiant, non constat, cum singula numeris non distinguantur. Quamvis vero volumina omnia annum eumdem, 1635, prae se ferant, non tamen omnia illo anno impressa sunt, siquidem anno 1636 exeunte absoluta omnia certe non erant, et probabiliter labor typographicus perductus est usque ad exeuntem annum 1638 aut ineuntem 1639; ita Enrique del Portillo S. J. in Estudios Eclesiásticos 2 (1923) 307; in *Letters and Notices*, 38 (1923) 13, legimus fuisse absolutam impressionem in aestate anni 1638.

Exempla hujus editionis rara non sunt, unum est in Archiv. S. I. Roman., *Instit.* I, 63; aliud in Instituto Historico S. I. in Urbe, caet.

8. — Amstelodami (Amsterdam), apud Joannem Schipper, dimidiato jam saeculo XVII; 0,133 × 0,088; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio: CONSTITUTIONES / SOCIETATIS / IESV / ET / EXAMEN / CVM DECLARATIONIBVS. / *[imago similis imagini editionis praecedentis, at paulo rudior]* / ANTVERPIAE, / Apud JOANNEM MEURSIUM. / M. DC. XXXV / SVPERIORVM PERMISSV.

Est haec editio fraudulenta, quae etsi editionem antuerpiensem tam diligenter imitata est, ut seorsim et a non suspicantibus perspecta legitima habeatur, peritis tamen observatoribus fraus tandem illuxit. Est autem fraudulenta, quamvis textus integer sit, quia facta contra voluntatem Societatis Jesu, et quidem ope exempli per vim erepti justis possessoribus. Cf. L. VAN MIERT, S. J, *Studien*, 98 (1922) 172-180, et ENRIQUE DEL PORTILLO, S. J., *Estudios eclesiásticos*, 3 (1924) 25-37. Inter alia discrimina illud ab omnibus in ipsa inscriptione facile videri poterit; legitima habet: « Apud Ioannem Mevrsivm », fraudulenta « Apud Joannem Meursium ».

Exemplar hujus editionis est Romae in Collegio *La Civiltà Cattolica*.

9. — 1702, Lipsiae ? (Leipzig); 0,156 × 0,130; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

Sunt initio paginae sex neque numeris signatae, neque cum reliquis computatae. In p. prima, inscriptio: CORPVS / INSTITVTORVM / SOCIETATIS / JESV / IN DVO VOLVMINA DISTINCTVM: / ACCEDIT CA-

TALOGVS PROVINCIARVM, DOMO- / RVM, COLLEGIORVM ETC. EIVSDEM / SOCIETATIS. / VOLVMEN PRIMVM. / *Iuxta exemplar excusum* / *[imago eadem quae sub* **n. 7***]* / ANTVERPIAE, / APVD IOANNEM MEVRSIVM / ANNO MDCCII.

Textus Examinis, Constitutionum et Declarationum est in pp. 254-444. — PP. 444-445 est formula votorum simplicium quae professi emittunt post professionem. Declarationes, impressae typis inclinatis, ita Constitutionibus interponuntur, ut singulis paragraphis in quibus est aliquid declarandum, proxime adjungantur (quam rationem nos ab hac editione mutuati non sumus). Recessit ergo in hac re ab editione antuerpiensi a qua etiam differt in modo locos declarandos indicandi. Caeterum, quod ad rem pertinet, verum textum fideliter praebet. Est tamen editio fraudulenta, quia facta est sine facultate ejus qui solus hanc dare debebat. Factam esse hanc editionem Lipsiae a librario quodam, Thoma Fritsch, vestigavit invenitque praepositus generalis Societatis Jesu Thyrsus Gonzalez (1687-1705). Cf. ENRIQUE DEL PORTILLO S. J. in *Estudios eclesiásticos*, 3 (1923) 167-180.

10. — 1705, Pragae, in collegio Societatis Jesu; 0,233 × 0,160; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

Initio voluminis quatuor sunt paginae (secunda pura) non notatae numeris, neque cum reliquis computatae. In tertia est inscriptio operis: litt. rubris INSTITUTUM / *nigris* SOCIETATIS / *rubris* JESV / *nigris* Ex Decreto / Congregationis Generalis / *rubris* DECIMAE QUARTAE / *nigris* Meliorem in ordinem digestum, / *rubris* Auctum / *nigris* Ac denuò recusum. / *rubris* VOLUMEN PRIMUM / *[nigris monogramma* IHS*]* / *rubris* PRAGAE / *nigris* Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeae in Collegio Societatis JESU / Ad S. Clementem, Anno 1705.

In pagina prima est brevis titulus « Institutum / Societatis / Jesu » ; in tertia summa rerum voluminis.

Textus Examinis, Constitutionum et Declarationum est in pp. 194-302, duabus columnis dispositus. Declarationes proponuntur non singulae, juxta singulos locos declarandos, ut in praecedentibus editionibus legitimis, sed simul omnes post unumquodque caput. Eadem dispositio est in editionibus annorum 1757, 1869 et 1893.

Praecedit textum Examinis pagina 193, in qua, post titulum generalem EXAMEN / ET / CONSTITUTIONES / SOCIETATIS / JESU / CUM DECLARATIONIBUS, sunt approbationes summorum Pontificum, ut supra, sub n. **5a,** sublato adverbio *nunc* ex locutione « Et nunc postremo ». Post textum Declarationum est in p. 302 formula votorum simplicium, eadem quae in praecedentibus ; postea index Examinis et Constitutionum, paginis vigintiquatuor nullo numero signatis ; prima pagina post indicem signatur numero 303. Index paginam, et post paginam, paragraphum tantum, non vero partem neque caput indicat; capita rerum eadem sunt atque in praecedentibus.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 82-83.

11. — 1709, Lipsiae?; 0,156 × 0,130; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

Est repetitio editionis lipsiensis a. 1702, nulla re (quod ad textum Examinis, Constitutionum et Declarationum pertinet) addita, sublata vel mutata. De reliquis cf. PORTILLO, *Estudios eclesiásticos* 3 (1923) 174-178.

12. — 1747, Romae, Typographia R. Camerae Apostolicae; 0,250 × 0,145; Plurima fragmenta Examinis, Constitutionum, Declarationum, latine.

In pag. prima, neque signata numero neque cum caeteris computata, est inscriptio: CONSTITUTIONES / INSTITUTI / VIRGINUM / ANGLICANARUM / Et earum Declarationes / CVM / CONSTITUTIONIBUS / SOCIETATIS JESU / Et earum declarationibus / exadverso positis / COLLATAE. / ROMAE MDCCXLVII. Ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae.

Constitutiones Virginum Anglicanarum sunt in paginis sinistris, Societatis in dextris; utraeque duabus columnis, quarum sinistra Constitutiones, dextra Declarationes habet. Paginae sinistrae, signis romanis notatae, sunt CXVIII, dextrae arabibus 117.

Examen Virginum Anglicanarum divisum est in quinque capita; Constitutiones in decem partes, quarum singulae, praeter decimam, tot fere capitibus explanantur, quot nostrae. Itaque e nostris omnia omittuntur quae in illas non transierunt; quae vero transierunt, saepe indicantur tantum, monito lectore de consonantia reliquorum. Itaque multae sunt paginae sinistrae, sive integrae sive non integrae, purae; illae scilicet, quae habent exadverso Constitutiones Virginum Anglicanarum e nostris non desumptas, vel quae nostras inceptas solum praebent.

Exemplum est in Bibliotheca Vaticana, *Racc. Gen. Miscell. B, 7.*

13. — 1757, Pragae in collegio Societatis Jesu; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

Initio voluminis sunt paginae quatuor (secunda pura) non signatae numeris neque cum reliquis computatae. In tertia inscriptio operis: litteris rubris INSTITUTUM / *nigris* SOCIETATIS / *rubris* JESU, / *nigris* AUCTORITATE / CONGREGATIONIS GENERALIS / *rubris* XVIII. / *nigris* MELIOREM IN ORDINEM DIGESTUM, AUCTUM, ET RECUSUM. / *rubris* VOLUMEN PRIMUM *[monogramma* IHS *nigris]* / *rubris* PRAGAE, / Typis Universitatis Carolo-Ferdinandeae in Collegio Societatis Jesu ad S. Clementem / *rubris* ANNO M.D.CC.LVII.

In pagina prima est brevis titulus « Institutum / Societatis / Jesu », in tertia summa rerum voluminis.

Textus Examinis, Constitutionum et Declarationum est in pp. 340-448, sic dispositus ut in editione sub n. **10.** Praecedunt textum tres paginae (337-339), in quibus sunt: titulus EXAMEN / ET / CONSTITUTIONES / SOCIETATIS JESU, / CUM / DECLARATIONIBUS, approbationes summorum pontificum ut supra sub n. **10**, et index capitum Examinis et Constitutionum. Post Declarationes, p. 448, est formula votorum simplicium, quae professi post professionem emittunt.

Nullus est Index rerum Examinis et Constitutionum. In fine voluminis secundi est « Index generalis in omnes partes Instituti Societatis Jesu », qui etiam invenitur eodem loco editionis pragensis anni 1705. In margine textus, praeter locos parallelos Constitutionum, indicata sunt decreta congregationum generalium, ubi de re agitur cum Constitutionibus connexa, id quod in posteris editionibus praestitum quoque est.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 83-84.

14. — 1784, Petraebixariae (Pietrabissara), prov. Genova, in Italia; 0,308 × 0,210 (mensura foliorum); Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

Est editio pragensis anni 1757 (supra n. 13) fraudulenter recusa. Examen, Constitutiones et Declarationes sunt in t. I, pp. 337-448. Textus non est ullo modo corruptus, scatet tamen erratis typographicis; in folio secundo verso tomi primi v. g., ubi notantur quae hoc tomo continentur, habet « Examen et Consultationes » pro « Examen et Constitutiones ».

Titulum novae hujus editionis sumc ex testimonio eorum qui ex officio illam cum editione pragensi contulerunt, cuius testimonii partem transcribimus: « Non dubitamus igitur ea, quae probos viros decet, religione, fidem facere hanc recentissimam instituti Societatis Jesu editionem, cui titulus 'Nova et accuratissima Editio Instituti Societatis Jesu extinctae per Clem. XIV per ejus Brevem 13 Augusti 1773 apprime similis Editionis Pragae impressae typis universitatis Carolo Ferdinandeae in Collegio ejusdem Societatis apud S. Clementem. Cujus exemplaria extant Mediolani, in Bibliothecis Braydensis Gymnasii, et quondam Firmiani Comitis. Ita ut omnia, quae a pag. ubi est tantum Institutum Societatis Jesu Volumen I. usque ad finem invenics, sunt accuratissima copia ejusdem editionis. Exceptis tantum ornamentis literarum, et aliquibus topiis limbolariis non digms attentione, dum ea, quae notabilia visa sunt accurata sunt omnino aequàlia denuo excusa. Tomus primus. Petraebixariae anno 1784' omnino conformatam esse ad exemplar Pragensis Autographi anni 1757. quod in D. Luciae Bibliotheca servatur.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 84-85; URIARTE, IV, pp. 208-209, n. 5621, et V, pp. 127-128, notatio ad « Página 208, num. 5621 »; *Monum. Ignat.* ser. 2ª, tomus unicus, 731-733, n. 6.

15. — 1827, Avenione, in Gallia apud Franciscum Seguin; 0,152 × 0,090; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [III] inscriptio: CONSTITUTIONES / SOCIETATIS / JESU, / CUM EARUM DECLARATIONIBUS / *[monogramma* IHS *luminis radios spargens, a duobus angelis hinc inde adoratum]* / AVENIONE, / EX TYPOGRAPHIA FRANCISCI SEGUIN. / M.DCCC.XXVII.

P. [I] brevis titulus « Constitutiones / Societatis / Jesu / cum earum Declarationibus. — P. [II] et [IV] purae. — Nova paginarum serie [I]-XLVIII litterae apostolicae Pauli III et Pii VII.

PP. [V]-[XI] index capitum Examinis, partium et capitum Constitutionum. — PP. [1]-345 Textus Examinis et Constitutionum. Utriusque Declarationes sunt impressae sub textu, paginis in duas partes (inferiorem et superiorem) variae magnitudinis divisis, corpore litterarum minore quidem, sed recto ut textus Constitutionum. — PP. [346]-347 formula votorum simplicium ut in praecedentibus. — PP. [349]-415 index rerum, praecedentibus locupletior.

Hic tomus est primus e septem quibus continetur avenionensis editio Instituti Societatis Jesu; in singulis tomis non constat quo ordine inter se excipiant, quippe qui non numerantur; in indice tamen generali, qui est in t. VII (edito a. 1838) tomus Constitutionum vocatur « Tom. I » in quo non sunt quidem Approbationes pontificum, ut in praecedentibus editionibus, sed litterae apostolicae Pauli III et Pii VII.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 85 et URIARTE, I, 159 n. 469.

16. — 1838, Londini apud J. G. and F. Rivington, latine et anglice.

« Constitvtiones Societatis Iesv. Anno 1558 Romae, in aedibvs Societatis Iesv. 1558. Reprinted from the Original Edition; with an Appendix, containing a translation, and several important documents. Caecum scelus omne. — Virg. London: J. G. and F. Rivington, St. Paul's Church-yard, and Waterloo Place, Pall Mall; Simpkin, Marshall and Co., Stationers' Hall Court; and J. Leslie, Great Queen Street, 1838, 8° [p. V (pour la préface) — puis: Constitvtiones Societatis Iesv Anno 1558, pp. 128 (pour le texte latin.) — puis: The Constitutions of the Society of Jesus, printed by the Society at Rome, 1558. Rendered into English from the Latin: with an appendix, containing the three Bulls for the Jesuits and an Outlein of the present condition of the Romish Church in this Kingdom. Caecum omne scelus... *(ut supra)* 1838, pp. 99 ».

Ex SOMMERVOGEL, IX, 609. Apud URIARTE, I, p. 162, n. 475, deest titulus alterius partis seu translationis anglicae.

17. — 1843, Parisiis, apud librarium editorem Paulin; 0,145 × 0,084; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine et gallice.

Initio suut paginae quatuor nec siguatae uumeris, uec computatae cum reliquis. In tertia est inscriptio: LES CONSTITUTIONS / DES / JÉSUITES / AVEC LES DÉCLARATIONS; / TEXTE LATIN D'APRÈS L'ÉDITION DE PRAGUE / TRADUCTION NOUVELLE. / PARIS. / PAULIN, LIBRAIRE-ÉDITEUR, 33, RUE DE SEINE-S. G. / 1843.

In prima est « Les Constitutions / des Jésuites ». In secunda « Imprimerie Schneider et Langrand / Rue d'Erfurth, 1. — P. [I] « Préface ». — P. [II] pura. P. [III]-XII « Préface. / Le but de cette publication est de faire connaître la Société de Jésus... c'est au public à décider si nous avons eu tort ou raison ». — PP. [1]-403 textus Examinis et Constitutionum cum Declarationibus. Textus latinus in paginis paribus, gallicus in imparibus est. Declarationes dispositae sunt ut in editione avenionensi, supra n. **15.** — PP. [404]-407 formula votorum simplicium, ut in superioribus, sed latine et gallice. — Sequitur epistola S. Ignatii de obedientia, latine et gallice (pp. 410-425). Appendix (pp. 429-513) cum notationibus A-Z, AA-CC. In hac Appendice et in Praefatione plurimum est ignorantiae et veneni. Textus latinus fideliter generatim redditus est; in *Const.* IV, 2, 5 omittit membrum « nec in suum » (omissum quoque in translatione gallica); aliam omissionem vel mutationem tanti momenti et in utroque textu non invenimus; negligenter tamen facta editio dicenda est. Translatio gallica (iis locis quos contulimus) corrupta quidem non est, accurata recteve facta vocari nequit.

Cf. SOMMERVOGEL, V, 80 ad finem. Hic, ex Barbier (I, 734, f), ait translatorem fuisse Athanasium Cucheval-Clarigny.

18. — 1869, Romae, typis Civilitatis Catholicae; 0,229 × 0,172; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [1] inscriptio: INSTITUTUM / SOCIETATIS / IESU / EDITIO NOVISSIMA / VOLUMEN PRIMUM / *[monogramma* IHS*]* / ROMAE / TYPIS CIVILITATIS CATHOLICAE / 1869.

In pp. [III] IX epistola-praefatio praeposita editioni anni 1559 (supra, n. **1c** et infra, pp. CXLVI-CXLIX); ponitur post epistolam « Romae in aedibus

Societatis Iesu, 1559», id quod in editione a. 1559 adjungitur Submonitioni in hac editione omissae. — P. x approbationes et confirmationes summorum pontificum Pauli III, Julii III, Pauli IV, Gregorii XIII, Gregorii XIV, Pauli V, Clementis XIII et Pii VII; verba ipsa approbationis afferuntur tantum Gregorii XIII, eaque ex unis litteris apostolicis «Quanto fructuosius» datis 1 Februarii 1583. — Textus Examinis et Constitutionum est in pp. [1]-130. — P. 131 formula votorum simplicium ut in praecedentibus editionibus. Omnia duabus columnis. Declarationes sunt post singula capita ut in editione pragensi 1705, supra n. **10.**

Cf. SOMMERVOGEL, V, 86.

19. — 1892, Matriti, typis Aloysii Aguado; 0,308 × 0,188 (ligatum 0,407 × 0,277); Examen, Constitutiones, Declarationes, latine et hispane.

P. [ui] inscriptio: litt. nigris CONSTITUTIONES / *rubris* SOCIETATIS JESU / *nigris* LATINAE ET HISPANICAE / *rubris* CUM EARUM DECLARATIONIBUS / *[monogramma* IHS *nigris, ornatum]* / *rubris* MATRITI / *nigris* TYPIS ALOYSII AGUADO / MDCCCXCII.

P. [I] «Constitutiones / Societatis Jesu». — PP. [II] et [IV] purae. — PP. [V]-X «Praefatio... Joannes Josephus de la Torre Societatis Jesu» hujus praeclarae editionis peritissimus artifex. — PP. [XI]-XIV Notitia codicum. — PP. [XV]-XIX index generalis totius operis. — P. [XX] pura. — P. [XXI] approbationes et confirmationes summorum pontificum, ut in editione romana a. 1869 (supra n. **18**), addita approbatione et confirmatione Leonis XIII, cujus etiam verba afferuntur ex litteris apostolicis «Dolemus inter», datis 13 Julii 1886. — PP. 2-49; Examen cum ejus Declarationibus. In ima p. 49 not. (a) est approbatio Examinis a Polanco scripta et nomine primae congregationis generalis signata (v. t. II, p. 123 sub textu *B*). — PP. 50-291 Constitutiones et earum Declarationes. Textus latinus est in paginis paribus, hispanus in imparibus. Declarationes singulae, juxta singulas Constitutiones declarandas appositae sunt. In imis paginis latinis sunt «Animadversiones in versionem» seu loci multi versionis latinae, melius accommodati textui hispano. In imis paginis hispanis est saepissime duplex notationum genus: primum «Deleta in autographo», secundum notationes criticae verborum aut de locis deletis, aut de ipso textu. In margine externo utrarumque paginarum indicantur loci paralleli. — P. 292 approbationes binae, Constitutionum scilicet et Declarationum, datae a congregatione prima generali, et una approbatio, Examen, Constitutiones et Declarationes complectens, facta a congregatione quinta generali (v. t. II, p. 726 sub textu *B*, et p. 727 sub textu *D*). — P. 293 formula votorum simplicium quae professi emittunt post professionem, ut in praecedentibus editionibus. — PP. [294] et [296] purae. — P. 295 «Appendices»; in n. XVIII est Autographum Ephemeridis S. Ignatii. — PP. 297-363 «Appendix prima, monumenta continens S. P. N. Ignatii et aliorum primorum Patrum ad Societatis Constitutiones pertinentia». — P. 364 pura. — P. 365-418 Rudimenta Constitutionum et Declarationum. Paginae omnes clausae sunt simplici quadro rubro.

Quae monumenta in appendice prima hic ponuntur, sunt in nostro t. I «Monumenta praevia», exceptis n. V, quod est in *Monum. Ignat.* ser. 4ª. II, 4-8, et n. XIII, quod una cum Regulis ad Ignatii tempus pertinentibus, in lucem, Deo coeptis nostris favente, prodibit. Appendix secunda est textus Constitutionum *A*, in nostro t. II, pp. 260-726, columna prima.

20. — 1893, Florentiae, typographia a SS. Conceptione; 0,226 × 0,173; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [III] inscriptio: INSTITUTUM / SOCIETATIS IESU / VOLUMEN SECUNDUM / EXAMEN ET CONSTITUTIONES / DECRETA CONGREGATIONUM GENERALIUM / FORMULAE CONGREGATIONUM / *[monogramma* IHS*]* / FLORENTIAE / EX TYPOGRAPHIA A SS. CONCEPTIONE / 1893.

P. [I] « Instituti / Societatis Iesu / volumen secundum ». — P. [II] pura. — P. [IV] Summa totius voluminis per capita rerum. — PP. [V]-VIII index rerum singularium totius voluminis. — PP. IX-XIII est epistola-praefatio ut sub n. **18.** — P. XIV approbationes summorum pontificum, ut in editione romana a. 1869 (supra n. 18), indicata approbatione Leonis XIII anni 1886. — PP. [1]-145 textus Examinis ejusque Declarationum, Constitutionum earumque Declarationum; omnia duabus columnis. Declarationes sunt post singula capita. — P. 146, formula votorum simplicium quae professi emittunt post professionum, ut in editionibus praecedentibus.

21. — 1908, Romae, Editio phototypica. Stabilimento Danesi; 0,255 × 0.181; (paginae impressae). Examen, Constitutiones, Declarationes, hispane.

P. [III] inscriptio: CONSTITUCIONES / DE LA / COMPAÑÍA DE JESÚS / Y SUS / DECLARACIONES / POR / S. IGNACIO DE LOYOLA / FUNDADOR DE LA MISMA COMPAÑÍA / *Reproducción fototípica / del original.* / ROMA / STABILIMENTO DANESI / MCMVIII.

P. [I] « Constituciones / de la Compañía de Jesús ». — PP. [II], [IV], [XVI] purae. — PP. [V]-[VIII] praefatio, incipit « Al lector / La poderosa influencia », desinit « A mayor gloria de Dios. / La Redacción de Monum. Histór. S. J. » — P. IX « Descripción del manuscrito ». — P. X « Adiciones y enmiendas marginales de mano del Santo »; inveniuntur in foliis triginta et octo. — PP. XI-XII « Palabras ilegibles o de difícil lectura en el manuscrito »; indicantur folia duodecim in quibus haec reperiuntur, quae quidem hic supplentur ex codice approbato a prima congregatione generali. — P. XII « Erratas »; indicantur hoc nomine nonnulli loci ipsius Autographi, emendandi secundum placita congregationis quartae generalis; hi loci sunt in folio quodam ms., quod hic typis exprimitur. Est idem quod nos damus in Appendicibus, n. **3a.** — PP. [XIII]-XV continent indicem totius voluminis. Quae impressa sunt his quindecim paginis scripsit P. Marianus Lecina S. J., qui sui nominis loco posuit in fine Praefationis « La Redacción de Monum. Histor. S. J. »; v. URIARTE, IV, p. 528, n. 6304.

Paginae phototypicae alia signa numerorum non habent praeter ea quae in ipsis paginis manu scriptis reperiuntur, quas hic non describimus, quia codicem ipsum descripsimus in t. I, pp. CCXXXI-CCXXXV. Totus codex est textus *B* impressus in t. II, columna Examinis tertia, et Constitutionum secunda.

22. — 1908, Romae typis vaticanis; 0,158 × 0,95. Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [III] inscriptio: CONSTITUTIONES / SOCIETATIS IESU / CUM DECLARATIONIBUS / AUCTORE / S. IGNATIO DE LOYOLA / SOCIE-

TATIS EIUSDEM FUNDATORE / *[monogramma* IHS*]* / ROMAE TYPIS VATICANIS / MDCCCCVIII.

P. [I] brevis titulus: « Constitutiones / Societatis Iesu ». — P. [II] pura. — P. [IV] « Imprimatur: Fr. Albertus Lepidi... Imprimatur: Josephus Vappetelli... — PP. [V]-[VIII] « Lectori... Marianus Lecina, S. I. ». — PP. [IX]-XIII Index analyticus. — P. [XIV] pura. — PP. [XV]-XX est epistola praefatio, ut supra n. **18**. — PP. [XXI]-XXXI « Formulae Instituti Societatis Iesu a summis pontificibus Paulo III et Iulio III approbatae et confirmatae »; proponuntur duabus columnis — PP. XXXI-XXXIII approbationes et confirmationes summorum pontificum; afferuntur verba ipsa Gregorii XIII ex binis litteris apostolicis, Gregorii XIV, Pauli V, Clementis XIII, Pii VII et Leonis XIII. Diligentissimum examen Instituti Societatis jussu Pauli IV factum et consequens approbatio, in editionibus romana anni 1869, matritensi anni 1892, et florentina anni 1893 memorata, hic non adest, quia illa non in ullo monumento pontificio, sed in historia Societatis exstat; cf. Natalis *Scholia* p. 271; Sacchini p. 2, l. 1., § 89. — P. [XXXIV] pura.

PP. [1]-284, textus Examinis, Constitutionum et Declarationum. Declarationes non ponuntur post singula capita neque juxta locos Constitutionum Examinisve declarandos, sed in parte inferiore paginarum, id quod factum est in editione avenionensi (supra **n. 15**), sed litteris inclinatis. In imis paginis sunt loci nonnulli brevissimi ita latine conversi ut ad textum hispanum propius accedant (v. supra, *Proleg.* p. LXXXVI). — PP. [285]-286, formula votorum simplicium, quae professi emittunt post professionem, ut in praecedentibus editionibus. — PP. [287]-351, index in Examen et Constitutiones, desumptus ex editione avenionensi (sic dicitur « Lectori » p. VII). — PP. [353]-361 Appendix — N. I. Catalogus locorum quae in hac editione correcta sunt (ubi haec editio recedit a florentina, quam secus recudit). — N. II. Catalogus locorum in quibus praesens editio differt ab editione Patris Aquavivae, 1583. — P. [362] Corrigenda.

23. — 1937, Romae, apud Curiam Praepositi Generalis; 0,157 × 0,097; Examen, Constitutiones, Declarationes, latine.

P. [III] inscriptio: CONSTITUTIONES / SOCIETATIS IESU / CUM DECLARATIONIBUS / AUCTORE / S. IGNATIO DE LOYOLA / SOCIETATIS EIUSDEM FUNDATORE / AD USUM NOSTRUM [*sic*] TANTUM [*monogramma* IHS] / ROMAE / APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS / 1937.

P. [I] titulus brevis: « Constitutiones / Societatis Iesu ». — PP. [II], [IV], [VI], [XXII], [XL] purae. — P. [V] Approbatio Praepositi Generalis Soc. Jesu. — PP. [VII]-VIII, introductio. — PP. [IX]-XIII, index. — P. [XIV] index siglorum praecipuorum. — PP. [XV]-XXI, Praefatio primae Constitutionum editioni praefixa; est epistola ut in editione romana anni 1869. — PP. [XXIII]-XXXIII, formulae Instituti Societatis Jesu, ut in editione praecedenti 1908. — PP. [XXXIV]-XXXVIII, facultas condendi Constitutiones et approbationes Instituti in genere et Constitutionum in specie; afferuntur verba ipsa Pauli III bis, Julii III, Gregorii XIII bis, Gregorii XIV, Pauli V, Clementis XIII, Pii VII, Leonis XIII et Pii XI. — P. XXXVIII, decretum congregationis generalis XXVII de Constitutionibus. — PP. [1]-239 Examen, Constitutiones, Declarationes. Declarationes cum Examinis tum Constitutionum positae sunt proxime post singulas paragraphos in quibus aliquid est declarandum. — PP. 294-295, formula votorum simplicium quae professi emittunt post professionem. — PP. [297]-393 index alphabeticus novis curis retractatus. — P. 394 Errata.

Aliquid novi magnique momenti factum est in hac editione, de quo lector in Introductione, p. VIII, monetur his verbis: « In hac editione sedulo semper memorantur, in annotationibus ad imas paginas appositis, recentiores quaedam Ecclesiae leges, quae praescripta Constitutionum nostrarum aut pressius determinant aut aliquando immutant; item interpretationes authenticae quorundam locorum a Congregationibus Generalibus datae ».

24. — 1937. Romae, apud Curiam Praepositi Generalis; 0,157 × 0,097. Examen, Constitutiones, Declarationes, latine et hispane.

P. [III] inscriptio: CONSTITUTIONES / SOCIETATIS IESU / LATINAE ET HISPANICAE / CUM EARUM DECLARATIONIBUS / AUCTORE / S. IGNATIO DE LOYOLA / SOCIETATIS EIUSDEM FUNDATORE / AD USUM NOSTRORUM TANTUM / [*monogramma* IHS] / ROMAE, / APUD CURIAM PRAEPOSITI GENERALIS / 1937.

Textus latinus hujus editionis est praecedentis iteratio in paginis sinistris, cui textus hispanus in dextris opponitur. Notamus ergo tantum paginas in quibus aliquid est discriminis. — P. [V] approbatio Praepositi Generalis Soc. Jesu, sese quoque extendens ad editionem textus hispani. — PP. [VII]-IX introductio cui addita est ratio editionis textus hispani. — P. IX index siglorum praecipuorum. — PP. [X]-XIV index. — Paginae textus hispani notatae sunt signis numerorum eisdem, addita stellula, quibus notantur paginae textus latini. Itaque index alphabeticus rerum remittit semper ad paginas easdem, ad quas latina editio remittit. Notationes quoque sunt in eisdem paginis; longiusculae tamen distribuuntur sub utroque textu.

NOTAE COMPENDIARIAE

1le., 2le. etc. = Prima lectio, secunda lectio etc.
AA. SS. = Acta Sanctorum.
add. = addit, additum etc.
AFH = Archivum Franciscanum Historicum.
AHSI = Archivum Historicum Societatis Iesu.
ALKG = Archiv für Literatur- und Kirchengeschichte des Mittelalters.
alt. = alter, alterum etc.
annot. = annotatio.
apost. = apostolus, apostolicus etc.
Bobadillae Monum. = Bobadillae Monumenta in MHSJ.
C. = Congregatio generalis S. J. (in notationibus marginis).
c., c° etc. = caput, capitulo etc.
card. = cardinalis.
Cf. = Confer, conferatur etc.
Chron. = Polanco, Chronicon in MHSJ.
cod. = codex.
col. = columna.
coll. = collegium.
Congr. = Congregatio.
Const. = Constitutiones.
D. = Dominus, Don.
Decl. = Declarationes Constitutionum.
del. = deletum.
dioec. = dioecesis.
Dr. = Doctor.
e. c. = exempli causa.
ed. = editum, editio.
e. g. = exempli gratia.

emend. = emendatum etc.
Eph. = Ephemeris S. Ignatii.
episc. = episcopus
Epist. Mixtae. = Epistolae Mixtae in MHSJ.
Epist. P. Nadal. = Epistolae... in MHSJ.
Epist. PP. Broet... = Epistolae... in MHSJ.
Epist. P. Salmeronis. = Epistolae... in MHSJ.
Ex. = Exercitia et Directoria in MHSJ.
Exam. = Examen (in Const. Soc. Jesu).
F. = Frater, folium.
Fabri Monum. = Fabri Monumenta in MHSJ.
Fr. = Frater, Fray.
FF. = Fratres, folia.
f., ff. = folium, folia.
Fol. = Folium.
H., HH. = Hermano, Hermanos.
Ib. = Ibidem.
Id. = Idem.
i. e. = id est.
Inst. Instit. = Institutum.
l. = Liber, linea.
Lainii Monum. = Lainii Monumenta in MHSJ.
l. c. = loco citato.
litt. = littera.
ll. = Libri, lineae.
M., Mag., M° etc. = Magister, Maestro etc.
MHSJ = Monumenta Historica Societatis Jesu.
MOFPH = Monumenta Ordinis Fratrum Praedicatorum Historica.
Monum. Ignat. = Monumenta Ignatiana in MHSJ.
Monum. Paed. = Monumenta Paedagogica in MHSJ.
Monum. Xaver. = Monumenta Xaveriana in MHSJ.
monum. = monumentum.
ms. = manu scriptum.
mss. = manu scripta.
Matr. = Editio matritensis Constitutionum anni 1892.
n., nn. = numerus, numeri.
not. = notatio.
N. = Noster, Nuestro.
N. P. = Noster Pater, Nuestro Padre.
N. S. = Nuestro Señor (Dios).
N. S. P. vel S. P. N. = Nuestro Santo Padre vel Sanctus Pater Noster.
obl. = oblitteratum etc.
om. = omissum, omittit etc.
opp. = oppidum.
P., PP. = Pars, Pater, Patres; pagina, paginae etc.
p., pp., pag., pagg. = pars, pagina, paginae etc.
p^{a} = prima, primera.
PG. = Patrologia graeca (Migne).
PL. = Patrologia latina (Migne).
Po. = Polanco.
p° = primero, primo.
Po. Compl. = Polanci Complementa in MHSJ.
praep., praepos. = praepositus.
prov. = provincia, provincialis.
R. = Reverendus, Reverentia.
RAM = Revue d'Ascétique et de Mystique.
r. = recto.
rect. = rector.
reg. = regio.
Ribadeneira. = Patris Petri de Ribadeneira Confessiones... in MHSJ.
S., SS. = Sanctus, Sancti.
script. = scriptor.
seq. = sequitur, sequuntur.
seqq. = sequentia.
ser. = series.
S. Franciscus Borgia = (in MHSJ).
S. S. = Sua Sanctitas, Su Santidad.
Soc. = Societas Jesu.
Sor., Sr. = Señor.
t., tt. = tomus, tomi.
V., v. = Verbum, verso, versus, vide, Vestra, Vuestra.
vv. = verba, versiculi.
v. c., v. g. = verbi causa, verbi gratia.
vol. = volumen.

‘ ’ - Virgulae in supremis litteris certorum verborum (apparatus critici in t. III) indicant verba scripta manu Polanci, cum in t. III, tum in tt. I et II; « » in t. I et II claudunt verba scripta manu S. Ignatii.
[ ] - Claudunt verba quae nos supplemus in textu.
〈 〉 - Significant verba oblitterata in ms., quae tamen retinentur in textu.

PRAEFATIO ANTIQUA

DILECTIS IN CHRISTO FRATRIBUS SOCIETATIS IESV SALUTEM [1]

En vobis tandem, Fratres in Christo Iesu dilectissimi, quae communibus omnium nostrum votis summopere expetebantur, Constitutiones Societatis nostrae, omni ex parte absolutae et promulgatae. Quae, etsi serius quam desiderabamus, in lucem prodeunt; id tamen necessaria et vtilissima ratione factum est, vt maturiori videlicet consilio et maiori deuotione atque diligentia conscriberentur, et diuturniori experientia probatae magis in posterum confirmarentur. Nam cum ad eas condendas Sedes Apostolica Societati in eius institutionis et confirmationis litteris facultatem ita dedisset, vt, simul atque conditae primum et approbatae ab ea fuissent, eo ipso Apostolica auctoritate et approbatae et confirmatae censerentur [2]; cumque ipsa Societas per uarias tunc mundi regiones dispersa, et grauissimis fidei ac religionis negotiis occupata esset, suo primo Auctori et Institutori, Patri nostro, inquam, Ignatio sanctae memoriae, in vrbe manenti, hoc conscribendarum et ferendarum Constitutionum negotium iure optimo demandauit. Is vero impositum atque in se susceptum munus tam diligenter, tam sapienter sancteque obiuit, vt per multos annos in hanc unam curam potissimum incumberet et multis lacrimis, feruentissimis precibus, assiduis missarum sacrificiis, Spiritus sancti vnctionem a Domino efflagitaret, vt, illo inspiratore et duce, id, quod humano consilio non poterat, diuino munere consequeretur. Itaque Constitutiones omnes et omnes earum partes summis laboribus confecit et suis numeris absoluit. Sed, qua erat Pater ille admirabili prudentia et singulari animi modestia praeditus, cum intelligeret diuersas esse diuersarum regionum consuetudines, et non omnia omnibus conuenire; Societatis porro vt vnus color et vna facies vbique esset [3], et Constitutiones, vt ratae atque stabiles haberentur, omnibus omnium prouinciarum moribus (quoad eius fieri posset) quadrare oportere, et rursus non tantum sibi tribueret vt suo modo, sensu et arbitratu in re tanta vti vellet; anno Iubilaei 1550 omnibus fere Patribus Professis, qui tunc superstites erant (Romam enim

---

[1] Ex editione prima Constitutionum, a. 1559, Roma. Tribuitur haec Praefatio P. Petro de Ribadeneira. Sacchini, Historiae p. 2, l. 2. n. 50 brevissimum ejusdem locum transcribit, sed auctorem non nominat.

[2] Paulus III, *Iniunctum Nobis*, 14 Mart. 1544 (vide t. I p. 84 n. 5).

[3] Cf. *Exa.* II, 6, p. 10.

venerant), Constitutiones a se conscriptas ostendit, et discutiendas tradidit; et iis, quae ab illis tunc notata fuere, et aliis multis, quae quotidiana experientia docebat, obseruatis, tandem anno 1553 in Hispaniam promulgandas transmisit; quod aliis quoque locis, non tamen omnibus, factum est: vt paulatim periculum fieret, quam appositae ad omnium prouinciarum mores essent, et vsus confirmaret id quod ratio antea constituerat.

Quod etsi satis omnino superque erat vt Constitutiones reuerenter a nobis susciperentur, tamen vt tenacius adhuc nostris animis haererent, extremam illis manum Congregatio generalis imposuit, quando anno 1558 proxime elapso, vniuersa Societas, vt in defuncti Patris nostri Ignatii locum, Praepositum generalem substitueret, in vrbem conuenit. Qua quidem electione rite sancteque transacta, cum totius generalis Congregationis iudicio Constitutiones examinandae committerentur, magna sunt ab illa veneratione susceptae, et communi consensu atque studio confirmatae. Fuit autem tunc approbatum Constitutionum exemplum, ex autographo Patris nostri Ignatii exscriptum; et quoniam Hispanico idiomate idem eas Pater conscripserat, considerandae versionis in latinam linguam factae cura a Congregatione Patri Praeposito nuper electo aliisque nonnullis, qui ad eam rem idonei videbantur, demandata est [4]. Qui diligenter eam cum Hispanico exemplari contulerunt, et non verbum verbo, sed sensum sensui ita ad vnguem reddere studuerunt, vt proprietatis ac elegantiae latini sermonis non magnam (in quibusdam praesertim locis) habendam esse rationem existimarint; quin potius, vetustissimum ac probatissimum omnium artificum morem secuti, quaedam quae propria sunt nostrae Religionis, propriis etiam vocabulis exponere sunt conati. Accessit ad haec quod, cum sanctissimus Dominus noster Paulus, diuina Prouidentia Papa Quartus, examinandas duobus Reverendissimis Cardinalibus Constitutiones nostras tradidisset, illi integras nobis, et ne verbo quidem mutato, reddiderunt [5], tum, cum eius Sanctitas non praesenti modo Congregationi, sed vniuersae etiam Societati vbicunque terrarum commoranti, Apostolicam benedictionem impartiit, omnesque gratias, ac priuilegia et indulta, per praedecessores Pontifices concessa, rursus confirmauit, et auctoritate Apostolica stabiliuit [6]. Quae cum ita sint, non dubitamus, Fratres in Christo Iesu dilectissimi, hasce Constitutiones, tot calculis sententiisque probatas, vobis obseruandas proponere et publicare, et quidem auctoritate Reuerendissimi in vrbe Vicarii, et Magistri sacri Palatii, quibus excudendorum librorum cura a summo Pontifice commissa est, praelo excusas, vt describendi tot exemplaria taedio, et errorum, qui in describendo obrepunt, vitato periculo, et facilius et emendatius ad vestras manus perueniant.

---

[4] Cf. sup. p. LX.

[5] V. sup. p. XXII.

[6] Significatur approbatio viva voce data a Paulo IV coram Patribus Primae Congregationis Generalis, 6 Jul. 1558, quae ita refertur a SACCHINI «Omnia beneficia tam spiritualia quam temporalia et privilegia quae vel superiores Pontifices vel nos ipsi concessimus, approbamus et confirmamus» (*Historiae* P. 2, l. 2, n. 40). Cf. *Lainii Monum.*, VIII, 665-669.

Ad harum autem Constitutionum promptam et perfectam omnique ex parte constantem obseruationem, quid ego vos, Fratres, vestra sponte currentes et incitatos, impellam aut inflammem? Ipsa siquidem nostrae vocationis gratia et sanctum vitae propositum, quod, Deo inspirante, concepimus, plurimum apud nos ponderis habere debet vt, cum nostrae professionis rationem intellexerimus et toto cordis affectu complexi fuerimus, omni deinceps studio et contentione animi, quod recepimus, praestare, et gratiae supernae vocationis respondere nitamur. Haec autem gratia in ea formula nostri Instituti continetur quae in litteris Apostolicis declaratur. Sed quia illae vniuersim potius quam sigillatim nostrae vocationis et Instituti rationem comprehendunt; idcirco Constitutiones necessario condendae videbantur, quae pro rerum varietate distinctius et vberius singula persequerentur. In iis itaque nostrae Societatis nerui, in iis religionis firmamenta, in iis vincula illa continentur, quibus constrictum et compactum totum hoc corpus esse debet, vt in illo coelestis spiritus et diuina gratia, quae vera est Religionis vita, permaneat. Hic exemplum quod imitemur; viam quam insistamus; lucem quam sequamur; perfectionem ad quam aspiremus; speculum denique inueniemus in quo conuersationem nostram intueamur; vt pro se quisque absolutam omnium virtutum et perfectionis imaginem, quam in hisce Constitutionibus depictam cernimus, ad viuum moribus et vitae sanctimonia exprimamus. Hinc singuli, quae ad informationem nostri, quae ad proprii status munera rite obeunda pertinent, alacriter petamus. Hinc qui Superiores sunt, petant quomodo praelucere aliis, quam sancte et sollicite subditos moderari, nouitios probare, rudes expolire, imbecillos confirmare, robustos exercere, omnes denique ad perfectionem verbo et exemplo perducere debeant. Hinc discant inferiores Superiores suos reuerenter colere, amare vt parentes, vereri vt magistros, eorum iussis deuotissimis animis obedire, consiliis credere, monitis obtemperare, in eis postremo Christum sibi praecipientem intueri. Hinc intelligant Praeceptores quas et qua methodo disciplinas tradant, quibus exercitationibus discipulorum animos confirment, et virtutibus, non minus quam litteris, instituant. Hinc Scholastici studiorum suorum finem agnoscent, et, ne feruor spiritus illorum occupationibus vel obruatur vel intepescat, discent orationem cum lectione, pietatem cum doctrina, voluntatis denique affectum cum intellectus meditatione coniungere. Quid iam de nostris ad res temporales Coadiutoribus dicam? Nonne et ipsi in Constitutionibus pinguntur, bonae conscientiae, quieti, tractabiles, perfectionis amatores, ad deuotionem propensi, et Marthae sorte contenti? Nam spiritualium rerum Coadiutores, cum vniuersae virtutis studiosi, tum vero strenui, constantes, zelo animarum salutis succensi esse debent. Professi vero, vt reliquos ordine et gradu antecellunt, sic exemplo et coelesti quadam conuersatione superent oportet: et, tanquam morti destinati, eo sint animo vt ad minimum summi Pontificis et Christi in terris Vicarii nutum, cui se peculiari quodam voto obstrinxerunt, quouis terrarum, quouis gentium, siue ad Turcas, siue ad Indos, ad Infideles iuxta atque fideles, laetissimi vt Christum annuntient, proficiscantur, summique beneficii loco, vt re vera est, ducant sanguinem suum et vitam hanc mo-

mentaneam profundere, vt, qui redempti sunt Christi sanguine, in sempiterna et immortali vita permaneant. Omnes denique nos Constitutiones ad perfectionem informant, et quibus armis muniti contra tres impotentes et infestissimos hostes nostros depugnemus, erudiunt ac docent, concupiscentiae carnis castitatem, concupiscentiae oculorum paupertatem, superbiae vitae obedientiam esse opponendam. Atque vt nihil de castitatis, qua Angelicam puritatem pro nostra imbecillitate iubemur imitari, nihil de paupertatis obseruatione dicam, quae tam est exacta vt non redditus, non possessiones, sed ne perpetuas quidem eleemosynas vel ecclesiae vel domus Professorum procurare possint; obedientiam certe, qua praecipuam atque nobilissimam nostri partem in Religione Deo consecramus, tam expeditam, tam deuotam, tam perfectam et suis partibus omnibus consummatam Constitutiones nostrae a nobis exigunt, vt ne latum quidem (quod dicitur) vnguem a Superiorum praescripto declinemus; vt non solum actio praeceptum, et voluntas voluntatem, sed, quod difficilius est, intellectus etiam noster in iis quae ad obedientiam pertinent superioris intellectum sequatur. Atque, vt paucis multa dicam, homines, mundo crucifixos, et quibus mundus ipse sit crucifixus [7], Constitutiones nostrae nos esse volunt; homines, inquam, nouos, qui suis se affectibus exuerint, vt Christum induerent [8]; sibi mortuos, vt iustitiae viuerent; qui, vt D. Pauli verbis vtar [9], in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, se Dei ministros exhibeant, et per arma iustitiae a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, per prospera denique et aduersa, magnis itineribus ad coelestem patriam contendant. Haec est summa, hic scopus nostrarum Constitutionum.

Quare obsecro vos, Fratres in Domino, vt digne ambulemus vocatione qua vocati sumus [10]; et, vt hanc vocationem agnoscamus, legamus et relegamus hasce diuino munere nobis oblatas Constitutiones, et nocturna diurnaque manu versemus; in iis ediscendis, meditandis, obseruandis mutua inter nos aemulatione certemus. Sic enim fiet vt concordet nostra vita cum nomine, et professio sentiatur in opere. Valete in Christo.

Svbmonitio ad Lectorem.

Illud autem, pie Lector, intelligas oportet; quanuis tractatum et nomen diuersum Examinis, Constitutionum, et Declarationum legas; tamen Constitutionum nomine omnia, quia vim eamdem et authoritatem habent, censeri: Declarationes porro ad Constitutiones ita referri; vt, cum Pars Parti, et Caput Capiti reddatur, littera etiam marginalis litterae respondeat. Vbi vero

---

[7] Gal. 6, 14.
[8] Ephes 4, 24.
[9] 2 Cor. 6, 5-8.
[10] Ephes 4, 1.

numeros in margine appositos videris; ad materias vel sententias distinguendas id scias factum fuisse.

Romae, in aedibus Societatis Iesv, 1559.

FORMULAE INSTITUTI SOCIETATIS JESU
A SUMMIS PONTIFICIBUS PAULO III ET JULIO III APPROBATAE ET CONFIRMATAE

Sunt in t. I pp. 26-30, nn. [3]-[8], et pp. 375-381, nn. [3]-[6].

FACULTAS CONDENDI CONSTITUTIONES
ET APPROBATIONES INSTITUTI IN GENERE ET CONSTITUTIONUM IN SPECIE

I. — Paulus III, in Litteris Apostolicis *Regimini militantis Ecclesiae*, 27 Sept. 1540. Cf. t. I p. 31 ll. 93-7.

II. — Paulus III, in Litteris Apostolicis *Iniunctum Nobis*, 14 Mart. 1544. Cf. t. I pp. 84-85 ll. 13-22.

III. — Julius III, Litteris Apostolicis *Exposcit debitum*, 21 Jul. 1550. Cf. t. I p. 382 ll. 72-90.

IV. — Gregorius XIII, in Litteris Apostolicis *Quanto fructuosius*, 1 Febr. 1583:

« Motu proprio certaque scientia nostra et de apostolicae Potestatis plenitudine, laudabile huiusmodi Institutum..., Constitutiones quoque et statuta... auctoritate apostolica, tenore praesentium approbamus et confirmamus; supplentes omnes iuris et facti defectus, si qui intervenerint, in praedictis Constitutionibus et statutis; ac decernentes ex nunc irritum et inane quidquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari » [1].

V. — Gregorius XIII, in Litteris Apostolicis *Ascendente Domino*, 25 Maji 1584:

« Motu simili [proprio] et ex certa scientia Nostra, deque apostolicae potestatis plenitudine, laudabile ipsius Societatis Institutum..., Constitutiones quoque ac statuta et decreta qualiacumque, ac si ad verbum praesentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore praesentium approbamus et confirmamus: supplentes omnes iuris et facti defectus, si qui intervenerint in praedictis Constitutionibus et statutis » [2].

---

[1] *Institutum* I, 8 col. 2ª.
[2] Ib. p. 96 col. 1ª.

VI. — Gregorius XIV, in Litteris Apostolicis *Ecclesiae Catholicae*, 28 Jun. 1591 :

« Motu... proprio et ex certa scientia Nostra deque apostolicae potestatis plenitudine, laudabile ipsius Societatis Institutum, Constitutionesque omnes ac statuta et decreta... tenore praesentium approbamus et confirmamus ; supplentes omnes iuris ac facti defectus, si qui intervenerint in eisdem » [3].

VII. — Paulus V, in Litteris Apostolicis *Quantum Religio*, 4 Sept. 1606 :

« Motu proprio et ex certa scientia ac mera deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, laudabile dictae Societatis Institutum, Constitutiones... tenore praesentium perpetuo approbamus et confirmamus, ac Nostrae et Sedis Apostolicae Auctoritate robur adiicimus » [4].

VIII. — Clemens XIII, in Litteris Apostolicis *Apostolicum pascendi*, 7 Jan. 1765 :

« Motu proprio et ex certa scientia deque apostolicae potestatis plenitudine, omnium praedecessorum Nostrorum inhaerendo vestigiis, hac nostra perpetuo valitura constitutione, eodem modo, ratione et forma quibus ipsi edixerunt et declararunt, Nos quoque edicimus et declaramus Institutum Societatis Iesu summopere redolere pietatem et sanctitatem, tum ob praecipuum finem quo maxime spectat, defensionem scilicet propagationemque catholicae religionis, tum ob media quae adhibet ad eiusmodi finem consequendum ; ac propterea idem Institutum Societatis Iesu... Ipsi quoque approbamus et praedecessorum Nostrorum approbationes eiusdem Instituti apostolica auctoritate Nostra confirmamus » [5].

IX. — Pius VII in Litteris Apostolicis *Sollicitudo omnium ecclesiarum*, 7 Aug. 1814 :

« Concedimus et indulgemus... moderno Praeposito Generali Societatis Iesu, aliisque ab eo legitime deputatis, omnes necessarias et opportunas facultates... ut... omnes illos qui in Regularem Ordinem Societatis Iesu admitti et cooptari petent, admittere et cooptare libere ac licite valeant ; qui... ad praescriptum regulae S. Ignatii de Loyola Apostolicis Pauli III constitutionibus approbatae et confirmatae, suam accommodent vivendi rationem... Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac praesertim supra memoratis litteris in forma brevis fel. rec. Clementis XIV incipientibus DOMINUS AC REDEMPTOR NOSTER sub annulo Piscatoris expeditis die vigesima prima Iulii anni Domini MDCCLXXIII, quibus ad praemissorum effectum expresse ac speciatim intendimus derogare, ceterisque contrariis quibuscumque » [6].

---

[3] Ib. p. 121 col. 1ª.
[4] Ib. p. 134 col. 1ª et 2ª.
[5] Ib. p. 311 col. 1ª.
[6] Ib. p. 339 col. 2ª et p. 340 col. 2ª.

X. — Leo XIII in Litteris Apostolicis *Dolemus inter alia*, 13 Jul. 1886: « Omnes et singulas litteras Apostolicas, quae respiciunt erectionem, institutionem et confirmationem Societatis Iesu, per Praedecessores Nostros Romanos Pontifices a fel. rec. Paulo III ad haec usque tempora datas, tam sub plumbo quam in forma Brevis confectas, et in eis contenta atque inde sequuta quaecumque, nec non omnia et singula vel directe vel per communicationem cum aliis ordinibus regularibus eidem Societati impertita, quae tamen dictae Societati non adversentur, neque a Tridentina Synodo aut ab aliis Apostolicae Sedis Constitutionibus in parte vel in toto abrogata sint et revocata, privilegia, immunitates, exemptiones, indulta, hisce litteris confirmamus et Apostolicae auctoritatis robore munimus iterumque concedimus » [7].

XI. — Pius XI, in Litteris Apostolicis *Paterna Caritas*, 12 Mart. 1933: « Decessoris Nostri Leonis XIII verba mutuantes et Nostra facientes eisque vim atque efficaciam Nostra addentes auctoritate, 'omnes et singulas Litteras Apostolicas, quae respiciunt erectionem, institutionem et confirmationem Societatis Iesu, per praedecessores Nostros Romanos Pontifices a fel. rec. Paulo III ad haec usque tempora datas, tam sub plumbo quam in in forma Brevis confectas, et in iis contenta atque inde secuta quaecumque, nec non omnia et singula vel directe vel per communicationem cum aliis Ordinibus Regularibus eidem Societati impertita, quae tamen dictae Societati non adversentur, neque a Tridentina Synodo aut ab aliis Apostolicae Sedis Constitutionibus in parte vel in toto abrogata sint et revocata, privilegia, immunitates, exemptiones, indulta hisce Litteris confirmamus et Apostolicae auctoritatis robore munimus, iterumque concedimus'.

« Quam decessoris Nostri privilegiorum et iuris peculiaris Societatis Iesu confirmationem, ex certa scientia et propensa erga eandem Societatem voluntate, iteramus atque apostolicae Nostrae auctoritatis robore, quatenus opus sit, denuo munimus, eamque etiam post novum Codicem Iuris Canonici plene vigere edicimus, iis tantum exceptis privilegiis, quae a canonibus ejusdem Codicis expresse revocata fuerint, neque a Nobis dein quocumque modo restituta » [8].

---

[7] Ex originali quod est in *Arch. S. I. Rom., S. Sedes, 3, II, 18.*

[8] Ex originali quod habetur in *Arch. S. I. Rom. S. Sedes 4.* Editum est *in Acta Apostolicae Sedis* 25 (1933) 245-246.

PRIMUM AC GENERALE [1]

EXAMEN

IIS OMNIBUS

QUI IN SOCIETATEM IESU ADMITTI PETENT † PROPONENDUM' A

Declarationes in Examen. In cap. I.

A. [a] *Hoc examen, ut plurimum, omnibus proponi solet, postquam in Domum primae Probationis ingrediuntur. Si tamen in aliquo particulari dictaret ratio aliud examen brevius esse proponendum, aut hoc ipsum relinquendum ut legatur, nullo postulato responso ad ea quae continet, vel si satis alioqui notus est qui ingreditur; non necesse erit iuxta hoc examen procedere. Id tamen ille,* [b] *cui examinandi munus committitur, cum Superiore conferat, et eius iudicium sequatur.* [c] *Ante autem, quam Domi recipiantur,*

[a] P. 1 c. 1, **D**, et c. 4 n. 5 et **E**.

[b] P. 1 c. 1 n. 3.

[c] P. 1 c. 1, **D**. et c. 4, **D**.

1 ac *add. Po1*, et *Ile.* — 3 iis *om. Po1.* — 4 *In E2b et E4b nullae sunt litt. marg.* — 5 primum, De Instituto Societatis *Po1, 2;* in Examen *om. Ci, Fl, Ro.* — 6 *Marg.* 1 *et* 'A' *Po2.* — 6-7 solet, qui in *Po1, 2.* — 9 relinquendum *om. Po1.* — 9-10 ipsum ita *[1 v. add.]* ut legatur sed *[1 v. add.]* non expectetur responsum [expectato responso *Ile.*] ad *Po2.;* legatur, non expectato responso *Po1.* — 10 continet [continent *Ile.*] relinquendum *Po1, 2.* — 12 ille *om. Po1, 2.* — 13 *Marg.* 2 *Po2.*

[1] Textum latinum tum Examinis ejusque Declarationum, tum Constitutionum earumque Declarationum sumimus ex editione quarta, v. *Proleg.* c. 8, De hujus editionis modo. In c. 5 invenies historiam editionum, quibuscum omnibus textus noster confertur. *E1*, caet. usque *E6* sunt editio prima, secunda, caet.; *E2b* est editio Examinis et Constitutionum sine ullis Declarationibus facta sub Borgia generali, *E4b* similis editio sub Aquaviva; *Aq* est editio magna hispana et latina anni 1606; *Matr* matritensis hispana et latina anni 1892 (iteratio praecedentis); *Ant* est antuerpiensis anni 1635; *Pra1* pragensis anni 1705; *Pra2* pragensis anni 1757; *Av* avenionensis anni 1827; *Ci* quam fecit *La Civiltà Cattolica*, Romae, anno 1869; *Fl* florentina anni 1892: *Ro* romana anni 1908. Editiones autem quintam et posteras iis tantum locis contulimus, quos in duabus editionibus ultimis florentina et romana, ab editione quarta discrepare reperimus, ad investigandum nempe, ecquaenam editio ab editione publica seu officiali prima recessisset.

Textus mss. Examinis et Declarationum ejus duo tantum exstant: *Po1* seu Polanci primus in cod. *Constit. latinae*, ff. 80r-106r, et *Po2*, seu Polanci secundus in *Instit. 18*, ff. 215r-234v, de quibus confer etiam *Proleg.* c. 1. Pauca variata sumimus ex compendio Examinis quodam, *CompE*, quod est in cod. *Instit. 18*, ff. 82r-97v. Notatio *Cong4* indicat lectiones seu emendata congregationis quartae generalis; *Cong1* translationem locorum quorumdam in decretis congregationis primae. Quae in mss. sunt manus Polanci claudimus virgula simplici (' '), quam proinde non in ipso textu, sed in variatis tantum reperies; in textu reperitur ultima (') in fine cujusque loci declarandi, quam praecedit signum crucis (†), v. *Proleg.* c. 8.

fere semper de quibusdam rebus maioris momenti, praesertim de iis quae solent excludere, examinari eos oportebit.

De Instituto Societatis Iesu, et varietate personarum quae in ipsa sunt. Cap. 1.

1. Haec minima Congregatio, quae a Sede Apostolica, prima sui institutione, Societas[2] Iesu nominata est, primum fuit approbata per felicis memoriae Paulum Papam III anno 1540, et per eumdem postmodum 1543 confirmata, ac rursus per Iulium III illius successorem anno 1550: ut interim omittantur diversae litterae apostolicae, in quibus de ea sermo habetur, et ei variae facultates (supposita magna approbatione et confirmatione) conceduntur[3].

[d] P. 1 c. 2 n. 8, et c. 3 n. 1 et P. 3 c. 1 n. 9, et P. 4 *prooem.* et c. 12 n. 1, et P. 6 c. 3 n. 4, et P. 7 c. 1 n. 1, et P. 10 n. 2.

2. [d] Finis huius Societatis est, non solum saluti et perfectioni propriarum animarum cum divina gratia[4] vacare, sed cum eadem impense in salutem et perfectionem proximorum incumbere.

14-15 de eis [iis *pr.*] *Po2.* — 16 Iesu *om. E1*, Iesuvs *E3*, *sed in Erratis ponitur* Iesv. — 16-17 Caput primum. De *Po1; idem ordo in reliquorum capitum titulis; sic Po2; ordo inversus, ut in E4, est in omnibus impressis, praeter Av et sqq.* — 17 personarum in ea *Po1.* — 18 *Marg. A obl. Po1; signum* 1 *et reliqua signa numerorum omnia om.;* in prima *Po1.* — 19 uocata fuit *Po1*, nominata est Societas Iesv *Po2.* — 19-20 approbata primum fuit *2 vv. add. Po1*, in primis approbata est *Ile.* — 21 ac rursus *[2 vv. add.*, Deinde *Ile.]*... 1550 *add. Po1, seq.* rursus fuit confirmata *add. et obl.* — 25 Finis *add. Po1*, Scopus *Ile.* — 25-26 perfectioni suarum animarum *Po1.* — 27 in *add. Po2.*; impensius ad promouendam salutem *Po1.*

---

[2] Nomen Societatis respondet hispano et italo *Compañía* seu *Compagnia*, cujus usus frequentissimus erat in Italia jam tempore Ignatii Patris ad pios hominum coetus designandos. Sanctus ipse Pater loquitur de « Compañías » quas instituerunt SS. Franciscus et Dominicus et alii multi (*Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 116). Et in textu *A* Constitutionum scripsit manu sua: « Lo mismo se entienda de muchachos que de mugeres, quando fuesen subordenados a compañías » (*Const.* VII, 4, 9, t. II p. 600 ll. 38-39). Imo in Responsione (vel potius praeparatione Responsionis) data decreto parisiensi mense Januario 1556, scripsit Polancus: « Non est valde insolita appellatio » Societas nominis Jesu, (*Monum. Ignat.* ser. 1ª, XII, 614). Somaschi (instituti anno 1528) vocati sunt, usque ad tempus S. Pii V « Compagnia dei Servi dei Poveri ». Nostrae *Litt. Quadrim.* non raro vocem illam hoc eodem sensu adhibent, v. g. t. VII, pp. 354, 484, 607 caet.; imo Mutinae erat anno 1561 quaedam « Compagnia del Giesù », ib., p. 779.

[3] De approbatione Societatis Jesu a concilio tridentino procuranda vel non procuranda, cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IV, 40 et 41; de non procuranda, ib., 41, 75 et 76; *Lainii Monum.* I, 197-198. Institutum tamen Societatis a concilio commendatum est post mortem Ignatii Patris in sessione 25 (habita sub Pio IV, incepta die 3, absoluta die 4 Decembris 1563) c. 16, illis verbis: « Per haec tamen sancta synodus non intendit aliquid innovare aut prohibere quin religio clericorum Societatis Iesu, iuxta pium eorum institutum, a sancta sede apostolica approbatum, Domino et eius Ecclesiae inservire possint ». Id curaverat Lainius generalis Societatis et pontificius theologus in concilio. Cf. *Epist. P. Nadal* II, 467, 630-631; *Lainii Monum.* VII 590, 504-505, 511-512. Commendatum esse a concilio institutum Societatis, expresse dicit Gregorius XIII in bulla « Ascendente Domino », *Institutum* I, 91.

[4] Membrum « cum divina gratia » additum suggerente Salmerone, cf. t. I, monum. 46, n. 1, p. 391.

3. Ad hunc finem melius consequendum, [e] tria vota in ea, obedientiae, paupertatis et castitatis emittuntur; [f] sic paupertatem accipiendo, ut nec velit, nec possit reditus ullos ad suam sustentationem, nec ad quidvis aliud habere. Quod non tantum in particulari de unoquoque, sed etiam de ecclesiis et Domibus Societatis professae est intelligendum [5]. [g] Nec etiam (quamvis aliis sit licitum) pro Missarum sacrificiis, vel praedicationibus, vel lectionibus, vel ullius sacramenti administratione, vel quovis alio pio officio ex iis, quae iuxta suum Institutum Societas potest exercere, stipendium [h] ullum vel eleemosynam, quae ad compensationem huiusmodi ministeriorum dari solent, ab alio quam a DEO (ob cuius obsequium omnia pure facere debent) possunt admittere.

4. Et [i] quamvis habeat Societas Collegia et † Domos Probationis' reditibus dotatas ad Scholasticorum sustentationem, antequam in Societatem professam vel eius Domos recipiantur; [j] non possunt tamen huiusmodi reditus in usum alium, iuxta litteras apostolicas in Constitutionibus declaratas, expendi: nec [k] Domus Professorum, nec aliquis eorum, aut etiam Coadiutorum eisdem uti poterit.

B. *Huiusmodi Domus Probationis velut membra sunt Collegiorum,* [l] *ubi admitti et probari ad tempus solent, qui postmodum in Collegiis sunt constituendi* [6].

---

5. [m] Professa itidem Societas, praeter tria vota dicta, votum facit expressum Summo Pontifici, ut Vicario qui nunc est vel pro tempore fuerit, Christi Domini nostri; nimirum ad proficiscendum sine excusatione, [n] non petito viatico, quocumque gentium eius Sanctitas iusserit, inter fideles vel infideles, ad res, quae ad divinum cultum et religionis christianae bonum spectant [7].

[e] P. 5 c. 3 n. 3 et 6 et c. 4 n. 2 et 3, [4], et P. 6 c. 1 et 2.

[f] P. 6 c. 2 n. 2, 5, 6, 11 et 12.

[g] *Inf.* c. 4 n. 27, et P. 4 c. 7 n. 3, et c. 15 n. 4, et c. 17, **F** et P. 6 c. 2 n. 7 et **G** et P. 7 c. 4 n. 4 et **B** et P. 10 n. 5.

B

[h] C. 5 d. 29. C. 12 d. 39. C. 22 d. 42, 43. C. 27 d. 199.

[i] P. 6 c. 2, **A.**

[j] P. 4 c. 2 n. 5. et c. 10 n. 1 et P. 6 c. 2 n. 3 et P. 9 c. 3 n. 18 et c. 4 n. 7 et P. 10 n. 4, [5].

[k] C. 7 d. 50. C. 27 d. 189.

[l] P. 1 c. 4 n. 6 et P. 4 c. 2, **D.**

[m] P. 5 c. 3 n. 3 et **C** et P. 7 c. 1 n. 1 et **B.**

[n] P. 6 c. 2 n. 13 et **I** et P. 7 c. 1 n. 3.

30 *Marg.* [4] *add. Fl.* — 31 vel quiduis *Pol.* — 32 sed in communi etiam *Pol, 2, El.* — 35 his *Pol, 2.* — 36 exercere possunt *Ile. Pol.* — 38 solent *Cong4,* solet *pr.* — 39 'petere nec' admittere *CompE.* — 40-42 Et quamuis Collegia... antequam in [in *add. Po2,* ad *Pol, Ile. Po2]*... recipiantur habeat Societas, non *Pol, 2.* — 43 tamen *add. Pol.;* ad vsum *Pol, 2, El.* — 44 declaratas applicari *Pol, 2, El.* — 45 poterunt *Ile. Pol.* — 46 *Marg.* 3 *et* 'B' *Po2.* — 46-47 collegiorum quo *[1 v. add. Po2,* ubi et *Ile.]* admittuntur et ubi *[1 v. add. Po2.]* suo tempore probantur *[6 vv. add. Pol,* admitti et probari ad tempus solent *Ile.]* qui *Pol, 2.* — 48 *Marg.* [5] *add. Fl quae om.* 4. — 49 ad tria *Pol.* — 49-51 dicta quartum addit expressum quod fit summo... vicario, *5 vv. add. Pol,* ad summum pontificem vt vicarium qui... nostri pertinet *Ile.* — 51-55 nostri vt sine vlla excusatione... gentium inter fideles... spectant eius sanctitas volet mittere, se conferat. Caeterum *[1 v. add.,* De caetero *Ile.]* vita in *Pol.* — 52 sine ulla excusatione *Pol, 2, El.* — 53 sanctitas uolet *Pol, 2, El.*

[5] Ib. monumenta 9, 17 et 19, pp. 33, 78, 86.

[6] De domibus probationis v. *Proleg.* t. II c. 6, a. 2 § 2, p. CXXXIX.

[7] Hae sunt proprie missiones, de quibus agitur maxime in *Const.* VII, 1 et 2. V. epistolam B. Fabri ad Goveam scriptam anno 1538, *Monum. Ignat.,* ser. 1ª, I, 132. De speciali obedientia summo pontifici exhibenda, quam congregationes

6. Caeterum ratio vivendi in exterioribus iustas ob causas, maius Dei obsequium semper intuendo, [o] communis est: nec [p] ullas ordinarias paenitentias vel corporis afflictiones ex obbligatione subeundas habet; sed illas assumere quivis poterit, quae sibi vi-
C debuntur ([q] cum † approbatione Superioris')[8] ad maiorem sui spi-
ritus profectum convenire; et [r] quas propter eumdem finem Superiores eis poterunt imponere.

C. *Hoc Superiori iudicandum relinquetur. Ille autem vices suas Confessario, vel aliis, quando expedire censuerit, poterit delegare.*

---

7. [s] Personarum autem, quae admittuntur in hanc Societatem
D generaliter sumptam, † quatuor sunt classes', si finem, quem ipsa spectat, intueamur: [t] tametsi omnes qui ingrediuntur, quod ad ipsos attinet, quartae classis esse debent, de qua dicetur.

D. *Praeter haec* [u] *quatuor genera personarum, nonnulli ad* [v] *solemnem professionem trium votorum tantum, iuxta litteras apostolicas Iulii III, admittuntur*[9].

---

8. [x] In primis aliqui admittuntur, ut professionem in Societate, quatuor solemnibus votis (ut dictum est) emissis, faciant, peractis prius experimentis et probationibus debitis: et hos sufficienter in [y] litteris eruditos (ut in Constitutionibus postmodum dicetur) et in

o P. 6 c. 2 n. 15 et 16.
p C. 1 d. 96.
q P. 3 c. 1 n. 12 et P. 6 c. 3 n. 1.
r *Inf.* c. 4, n. 33 et P. 3 c. 1 n. 15.
s P. 5 c. 1, A.
t *Inf.* n. 11 et c. 4 n. 17 et c. 5 n. 8.
u C. 1 d. 21.
v P. 5 c. 2 n. 3 et c. 3 n. 5 et 6.
x P. 5 c. 3, n. 1, 2 et 3.
y P. 5 c. 2 n. 2. C. 27 d. 118 et 160.

---

56 communis agitur *Pol.* — 58 illas... poterit *add. Po.; ante v.* assumere *est signum separationis, in margine autem notatio* 5 p[a]*; in prima editione Examinis pagina 5 incipit a verbo* sumere; sibi *om. Po2, E1, add. Po1,* vnicuique *Ile.* — 59 ad maiorem *[1 v. add.,* sui *Ile.]* spiritus sui *[1 v. add.] Pol.* — 60-61 conuenire, tum et superior eas poterit propter *[6 vv. add.,* et quae ad *Ile.]* eundem finem imponere *[1 v. add.,* a superioribus iniungi possunt subibit *Ile.] Po1.;* superior censuerit imponendas *Po2, E1.* — 62 *Marg.* 4 *et* 'C' *Po2.* — 64-67 Personae in hanc Societatem generaliter sumptam [D *marg. om. Po1, 2*] admittendae quadruplices sunt, si quidem quod ipsa in animo habet, intuemur, quamuis ex parte eorum qui ingrediuntur, omnes quartae classis esse debent *Pol.* — 65 *Marg.* 5 *et* 'D' *Po2.* — 67 de... dicetur *add. Cong4.* — 68-70 'Praeter has quatuor hominum classes, nonnulli admittuntur ad professionem solennem trium votorum iuxta... III' *add. Po1, 2,* Ad primam ex his quatuor classibus personarum nonnulli reducuntur, qui ad solennem professionem trium votorum tantum iuxta literas apostolicas Julii III admittuntur *Ile.* — 71 *Marg.* D *Po1, 2, E1.* — 72-73 emissis, peractis... debitis faciant et *Pol.* — 73-74 hos non mediocriter eruditos esse in litteris (ut *Pol, 2, E1.*

---

quaedam aevi medii profitebantur, cf. P. Dr. Dominicus Mandić O. F. M., *De Legislatione antiqua Ordinis Fratrum Minorum*, vol. I. Verba tamen « obedientiam et reverentiam exhibebo tam debitam quam devotam », in nota ad p. 39 allata, nisi aliunde constet, votum non videntur continere. Cf. et *Proleg.*, t. II, c. 10 a. 2, § 2, not. 62, p. CCXIX.

[8] « cum approbatione superioris » additum Salmeronis; cf. t. I, monum. 46, p. 391 n. 2. V. et notata ad decretum parisiense, *Monum. Ignat.* ser. 1[a], XII, 619.

[9] « Exposcit debitum » 21 Julii 1550, t. I, monum. 40, p. 372. Cf. et decretum 21 congregationis primae generalis, *Institutum* II, 162.

vita [z] ac moribus diu (quemadmodum haec vocatio exigit) probatos, et omnes ante professionem Sacerdotes esse oportet.

9. [a] Secundae classis sunt, qui in Coadiutores, ad divinum servitium et Societatis auxilium in rebus spiritualibus vel temporalibus, admittuntur; et ii quidem, post experimenta et probationes, vota simplicia obedientiae, paupertatis et castitatis, (omisso quarto ad Summum Pontificem pertinente et alio quovis solemni) debent emittere: [b] qui sua sorte contenti esse debent, intelligentes eos in conspectu Creatoris et Domini nostri magis mereri, qui maiori charitate se impendunt auxilio et obsequio omnium ex amore divinae maiestatis, sive in rebus altioribus, sive in aliis inferioribus et humilioribus.

10. [c] Tertiae classis sunt, qui in Scholasticos admittuntur, si ingenio et reliquis dotibus ad studia convenientibus praediti inveniantur; ut, [d] postquam docti evaserint, [e] in Societatem ingredi, et Professi vel Coadiutores (prout iudicabitur expedire) esse valeant. Hi [f] autem, ut Scholastici Societatis approbati censeantur, post experimenta et probationes, eadem [g] tria vota simplicia paupertatis, castitatis et obedientiae, cum [h] promissione ingrediendi Societatem in altero prius dictorum modorum (ut in Constitutionibus videbitur) ad maiorem Dei gloriam emittent [10].

11. [i] Quartae classis sunt, qui indeterminate ad id admittuntur, ad quod idonei esse temporis successu invenientur; nondum statuente Societate ad quem ex dictis gradibus eorum talentum magis sit accommodatum. Illi [j] autem indifferentes ingredientur ad quemvis ex dictis gradibus, qui Superiori videatur: et [k] ex parte sua omnes (ut dictum est) eadem animi dispositione ingredi oportet.

12. Ad haec, antequam quisquam admittatur ad professionem, vel simplicia vota Coadiutorum vel Scholasticorum, superius dicta, secundum Institutum nostrum emittere teneatur, † [l] biennium integrum' ad probationem habebit: et, ut admittantur Scholastici ad

[z] P. 5 c. 2 n. 1 et P. 10 n. 7. C. 27 d. 158 et 160.

[a] *Inf.* c. 6 n. 1, 2, 3 et 8 et P. 5 c. 4 n. 1, 2 et 3.

[b] *Inf.* c. 6 n. 5 et 6 et P. 1 c. 2, n. 2 et P. 5 c. 4 n. 5.

[c] P. 4 c. 3 n. 1 et 2 et P. 5 c. 2 n. 5.

[d] P. 5 c. 2 n. 2.

[e] *Inf.* c. 7 n. 1 et P. 5 c. 4, E

[f] *Inf.* c. 7 n. 1 et P. 4 c. 3 n. 3.

[g] *Inf.* c. 7 n. 1 et P. 4 c. 3 n. 3 et P. 5 c. 1, A et c. 4 n. 4.

[h] C. 5 d. 5. C. 7 d. 32. C. 27 d. 146.

[i] *Inf.* c. 8.

[j] *Inf.* c. 8 n. 1.

[k] *Sup.* n. 7 et *inf.* c. 4 n. 17.

[l] *Inf.* c. 4 n. 16 et 41 et c. 6 n. 8 et P. 4 c. 3 n. 3 et c. 4 n. 5 et P. 5 c. 1 n. 3 et c. 4 n. 3 et 6.

E

79 admittuntur qui post *Pol.* — 81 et... solenni *add. Pol*, nullum autem solenne *Ile.* — 82 admittere *Ile. Pol.* — 82-86 contenti, intelligant tamen *[2 vv. add.*, esse et intelligere debent *Ile.]* quod illi in... Creatoris ac... nostri magis merentur *[2 vv. add.*, maiorem gratiam et praemium promerentur *Ile.]* qui maiori cum charitate se auxilio... humilioribus se impendunt *Pol.* — 87 *Marg.* 6 pª *Po2*; *pag. 6 El incipit verbo* Tertiae. — 87-90 Scholasticos, cum ingeniosi et reliquis partibus ad... praediti sint, admittuntur, vt postquam literati fuerint in... ingredi vt professi... expedire) valeant *Pol.* — 90 esse *add. Po2.* — 2-3 inuenientur, quia nondum statuit Societas ad *Pol, 2, El.* — 3 eius talentum *Pol.* — 4 autem sine differentia vlla parati ingredientur *[2 vv. add. Pol*, (vnde indifferentes vocantur) *Ile.]* ad *Pol, 2, El.* — 5 uideatur *add. Pol*, uidebitur, ingredientur *Ile.* — 6 omnes etiam aliorum ordinum, vt dictum est, in ea dispositione animi esse oportet *Pol, 2, El.* — 7 Et quamuis haec sic se habeant, tamen *[1 v. add.]* antequam *Po2, El;* Cum hoc ita se habeat, nihilominus antequam *Pol.* — 9 *Marg.* E *om. El, item* F, G, H, *infra, notantur in Erratis.* — 10 habebunt *Pol.*

[10] V. *Proleg.* t. II, c. 6, a. 1, § 2 «De conditione scholasticorum» pp. CXXX sqq.

quemvis ex prioribus gradibus Professorum vel Coadiutorum formatorum, [m] unum adhuc annum post absoluta sua studia exspectabunt [11]: [n] quod tempus, cum Superiori visum fuerit, poterit prorogari.

[m] *Inf.* c. 4 n. 15 et c. 6 n. 8 et P. 5 c. 1 n. 3.

[n] *Inf.* c. 4 n. 43 et P. 5 c. 1 n. 3 et C.

E. [o] *Quamvis biennii tempus praefigatur, tamen nec libertas, nec devotio, nec utilitas illa spiritualis vel meritum, quod consequi solent qui Christo Domino nostro se obstringunt, illis adimitur, qui ante id tempus vota sua offerre volent: licet conveniat sine Superioris facultate ea non emitti. Nec tamen, quod ea emiserint, propterea ante ordinarium tempus admittentur ad professionem, vel in Coadiutores formatos, vel in Scholasticos approbatos.*

[o] P. 3 c. 1, T et P. 5 c. 4 n. 6. C. 27 d. 43 § 4.

F

13. Hoc medio tempore duorum annorum ([p] in quo † habitus ullus certus' Societatis non sumitur) ante praefinitum tempus, in quo votis eos ligari in Societate oportet, [q] videre unusquisque et consi-

G

derare debet diplomata apostolica Instituti Societatis, et † Constitutiones' ac Regulas, quas in ea est observaturus, idque non semel. Primum enim id fiet, [r] dum in Domo primae Probationis erunt; in quam, qui Societatem ingredi volunt, [s] hospitum more ad duodecim vel quindecim dies, ut res suas melius considerent, solent

H

admitti, antequam in Domum vel Collegium Societatis ad † cohabitandum aliis' et inter eos versandum ingrediantur. Secundo id fiet, [t] sex mensibus experimentorum et probationis elapsis. Tertio, post alios sex menses; et sic deinceps, donec professionem, qui studiis absolutis Professus, et tria vota, qui Coadiutor, et tria itidem vota cum sua promissione, qui Scholasticus approbatus est futurus, emittat. [u] Quod ideo fit, ut utrimque maiori cum claritate et cognitione in Domino nostro procedatur, et ut quanto fuerit magis pro-

[p] P. 1 c. 4 n. 4 et P. 3 c. 2, C et P. 6 c. 2, M.

[q] *Inf.* c. 4 n. 41 et P. 1 c. 4 n. 5 et E.

[r] P. 1 c. 4 n. 1 et A.

[s] C. 2 d. 14. C. 27 d. 35.

[t] *Inf.* c. 4 n. 41.

[u] P. 1 c. 1 n. 3 et c. 4 n. 1.

---

12 'tertium preterea' annum *CompE*, unum adhuc *Ile.* — 13 *Ante* quod *est signum separationis, ad marg.* 7ª pª *Po2; pag. 7 E1 incipit verbis* quod tempus; tempus uero probationum *[2 vv. add.*, quod tempus *Ile.]* cum *Po1.* — 15 *Marg.* 6 et 'E' *Po2;* praefigitur *Po1, Ile. Po2;* tamen *om. Po1, add. Po2.* — 16 illa spiritualis *obl. Po1, om. Po2.* — 17 se obligant *[1 v. add. Po1,* consecrant *Ile.] Po1, 2.* — 18 vellent, quamuis *Po1, 2.* — 19-20 tamen continuo propterea quod ea emiserint admittentur ante *[seq.* praescriptum *obl.]* ordinarium tempus *Po2;* tamen propterea *[1 v. add.*, continuo *Ile]* quod ea emiserint, admittentur *[1. v. add.]* ante *[seq.* praescriptum et *obl.]* ordinarium tempus ad... approbatos *[seq.* admittentur *obl.] Po1.* — 20 ante praescriptum et ordinarium *E1.* — 25 litteras apostolicas *Po1.* — 27 Primum *add. Po1,* In primis *Ile.* — 33 sex alios *Po1.* — 34-35 tria itidem uota *add. Po1,* eadem *Ile.* — 37 ut *add. Po2,* quia *Ile.* — 37-40 Et quia, quanto... probata vniuscuiusque constantia... stabilior... firmior in... maiestatis sit *Po1.*

---

[11] Cf. t. I, monum. 10, n. 17, p. 59, et 10bis n. 6, p. 56. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 467-468. Est hic tertius probationis annus seu tertia probatio, cujus tamen usus communis in domibus ad hoc destinatis multis annis post, sub generalibus Mercuriano et Aquaviva, vigere coepit. Deinde in complures congregationes inducta.

bata singulorum constantia, tanto stabiliores ac firmiores sint in divino servitio et vocatione prima, ad gloriam et honorem divinae maiestatis.

F. *Quamvis habitus nullus certus sit, discretioni tamen eius, qui curam habet Domus, relinquitur, an cum eisdem vestibus, quas ex saeculo tulerunt, incedere sint permittendi; an cum aliis eas permutari oporteat: aut, cum deterentur, an aliae tribuantur, quae magis conveniant, vel ipsis, ut, qua parte opus habent, iuventur, vel domui, ut eorum opera uti possit.*

G. [v] *Non oportebit Constitutiones universas ab iis, qui novi accedunt, legi; sed compendium quoddam earum, ubi quisque quid sibi observandum sit intelligat: nisi forte Superiori videretur alicui, peculiares ob causas, omnes ostendi oportere* [12].

[v] P. I c. 4. E.

H. *Dicitur, ad cohabitandum aliis, et inter eos versandum; quia in ingressu, duodecim vel quindecim dies vel usque ad viginti, seorsum in Domo primae Probationis teneri solent;* [x] *ut in prima parte Constitutionum videbitur.*

[x] P. I c. 4 n. 1 et **A**.

De quibusdam † casibus' †, quos interrogari oportet, an acciderint iis, qui in Societatem ingredi petunt [1]. Cap. II.

A

In caput II.

A. *Quamvis ea quae sequuntur, impedimenta sint, quae* [a] *a Societate excludunt, tamen non ut impedimenta proponi debent, donec veritas eliciatur. Qui enim duceretur desiderio ingrediendi Societatem, accipere occasionem posset veritatem celandi, si haec impedi-*

[a] *Inf.* n. 6.

41 *Marg.* 7 *et* 'F' *Po2*. — 42-43 cum vestibus secularibus quas secum tulerunt *E1;* cum vestibus *[seq.* secularibus *obl. Po1, 2]* quas a seculo attulerunt *[3 vv. add. Po1,* secum tulerunt *1le.] Po1, 2.* — 44-46 oporteat, an [aut *Po1, 2 pr.*] cum deterentur *[seq.* an *obl. Po1, 2]* aliae *[seq.* eis *add. et obl. Po1]* 'tribuendae sint' ['tribuantur' *pr. Po1*] quae... vel *[add. Po1, 2]* ipsis, vt ubi opus... possit *[seq.* tribuantur *obl. Po1, 2] Po1, 2.* — 47 *Marg.* 8 *et* 'G' *Po2.* — 47-48 a nouitiis *[2 vv. add. Po1,* ab his *1le.]* qui... accedunt *[3 vv. ducto subter calamo Po1] Po1, 2.* — 50 omnes *om. Po2.* — 51 *Marg.* 9 *et* 'H' *Po2.* — 53 domo quadam primae *Po1, 2;* contineri *Po2, add. Po1,* teneri *1le.*

1-2 *Marg.* 8 pag. *Po2; E1, pag. 8, incipit a cap. II; marg. om. lit. Po1, 2, E1;* casibus qui *[1 v. add.,* quae *1le.]* an acciderint his qui in... ingredi volent, interrogari oportet *Po1.* — 2 in *om. Pra1 sqq.* — 3 secundum. De impedimentis *Po1, 2.* — 4 *Marg.* 'A' *Po2, add. Po1,* 1 *1le;* 1 *Po2.* — 5 non tamen, *1 v. add., Po1, 2.* — 6-7 enim ingredi Societatem valde cuperet, posset facilius veritatem caelare, si *Po1, 2.*

12 Etsi non omnes Constitutiones omnibus ostenduntur, nulli tamen imponitur, id quod bene notat Manaraeus, *Exhortationes*, p. 462, quandoquidem difficillima quaeque, quae in vita Societatis possunt accidere, omnibus et singulis jam in prima probatione et praeterea quater saltem tirocinii tempore declarantur et consideranda traduntur.

1 Cf. t. I, monum. 46 n. 4, p. 391. S. Basilius, *Regulae fusius* (PG., 31, 889-1052), in interrogationibus 10-12, agit de impedimentis quibusdam (coll. 934-950).

menta esse intelligeret, etc. Et nihilominus admoneri Confessarium oportet, ut si quis vere non respondisset, eius conscientiam de ea re [b] *exstimulet.*

[b] *Inf.* c. 3, **A.**

1. Ex iis casibus, de quibus honestas ob causas omnes interrogari oportet, [c] primus est, recessisse a gremio Sanctae Ecclesiae, fidem abnegando; vel in errores contra ipsam sic incurrendo, ut damnatus ob aliquam propositionem haereticam quis fuerit; vel

B ut † suspectus haeresis' per sententiam publicam declaratus; vel si infamis ob excommunicationem tamquam schismaticus, spreta auctoritate et providentia Sanctae Matris Ecclesiae, exstiterit.

[c] P. 1 c. 3 n. 3 et **A** et **B.** C. 27 d. 23.

B. *Qui suspectus esset de opinione aliqua erronea in re ad catholicam fidem pertinente, constat, quamdiu suspicio manet, eum non esse admittendum* [2].

2. [d] Secundus est, homicidium aliquo tempore perpetrasse [3], vel

C publice † [e] infamem' propter enormia peccata fuisse.

C. *Haec infamia eo in loco excludit, ubi ea exstat. Qui tamen in remotissimis locis in eam incidisset; cum omnino ad divinum servitium se recepisset, huiusmodi infamia eum a Societate non excluderet: quamvis eamdem in huiusmodi hominis probatione magis circumspectam reddere debeat.*

[d] P. 1 c. 3 n. 4 et **C.**

[e] P. 1 c. 3 n. 4 et **D.** C. 27 d. 24.

3. [f] Tertius est, habitum sumpsisse alicuius [g] Religionis Fratrum vel Clericorum, vitam aliquandiu in obedientia cum eis agendo,

[f] P. 1 c. 3 n. 5 et **E.**

[g] C. 1 d. 129. C. 13 d. 7. C. 27 d. 25.

8 etc. *om. Pol, 2.* — 9-10 respondisset, doceat illum peccato esse *[1 v. add.]* obnoxium *Po2;* de ea re *om. Pol*, eius conscientiam extimulet *subter ducto calamo*, doceat illum peccato obnoxium esse *marg.* — 11 *Marg.* A *add. Pol, 2,* 1 *Ile.;* 1 *add. Po2,* 14 *Ile.;* iis *add. Po2,* his *Ile. et Pol.* — 14 de aliqua propositione haeretica *Pol.* — 15 *Marg.* B *add. Po2,* K *Ile.* — 16 Vel si *[seq.* infamis *obl.]* ut schismaticus, excommunicatus *[seq.* infamis *obl.]* fuerit *CompE.* — 18 *Marg.* 2 *Po2;* 'B' *Po2, add. Pol,* K *Ile.;* erronea *add. Pol,* falsa *El, Ile. Pol.* — 19 suspitio locum haberet, eum *El;* constat quod quandiu suspicio locum haberet, non esset admittendus *Pol, 2; Polancus add.* 'licet non esset declaratus per sententiam' *CompE.* — 21 *Marg.* 2 *add. Po2,* 15 *Ile.* — 22 *Marg.* C *add. Po2,* L *Ile.* — 23 *Marg.* 3 *Po2;* 'C' *Po2, add. Pol,* L *Ile.;* ea reperitur *[1 v. add. Pol,* flagrat *Ile.] Pol, 2.* — 24 cum vere et omnino *Pol, 2.* — 25 se reduxisset *Pol, 2* — 28 *Marg.* 3 *add. Po2,* 16 *Ile.*

[2] Cf. infra, not. 3 c. 3, p. 13.

[3] Est in cod. *Rom. III* f. 83v, declaratio S. Ignatii transmissa a P. Natali, quae sic se habet: « Acerca el impedimento del homicidio, declaró que su intención era excluyr semejantes por el horror de la sangre, y de la ferocidad o crueldad del que mata; y también mirando que hombre a quien tal caso interuino, no fuesse peligroso en congregación, y le pudiesse interuenir otro tanto; y una persona que con otra salió a dar de palos a un hombre sin intento de hazerle otro mal, hauiendo acaescido que le [*sic utrumque ms.: forte pro* él] hechasse mano de una arma y en tanto su compañero le diese un palo de que le mató, declaró que aquel impedimento no era el que él ponía para excluyr ». Idem est in cod. *Recuerdos*, f. 97v.

sive emissa, sive non emissa professione; vel Eremitam cum vestibus monachalibus fuisse [4].

4. [h] Quartus est, vinculo matrimonii consummati, vel servitutis legitimae ligatum esse [5]. [h] *Inf.* c. 3 n. 5 et C et P. 1 c. 3 n. 6 et F et P. 2 c. 2 n. 5.

5. [i] Quintus est, infirmitatem pati, unde obscurari vel parum sanum iudicium ei reddi soleat; vel dispositionem notabilem ad huiusmodi infirmitatem habere. [i] P. 1 c. 3 n. 7.

6. [j] Praedicti casus impedimenta sunt, cum quorum aliquo [k] nemo in Societatem admitti potest: cum nobis in Domino videatur (praeter alias causas) quod, qui in eam sunt ingressuri ad bene et fideliter evangelizandum, et in agro Domini verbum divinum seminandum, eo aptiora ad id instrumenta erunt, quo minus primi et secundi defectus notam habuerint, propter consuetam multis et communem infirmitatem. [j] *Sup.* A et P. 1 c. 3 n. 2 et G et P. 2 c. 2, B et P. 4 c. 3 n. 2. [k] C. 7 d. 42. C. 27 d. 22.

Cum tertio etiam non admittuntur; quod nobis in Domino videatur, eum, qui bonus christianus sit, debere firmum esse in sua prima vocatione: praesertim cum illa tam sit sancta; in qua scilicet

---

32 *Marg.* 4 *add. Po2,* 17 *Ile;* uinculum *Ile. Po2.* — 34 *Marg.* 5 *add. Po2,* 18 *Ile;* est *om. Po1, 2.* — 35 notabilem *add. Po1,* propinquam *Ile.* — 37 *Marg.* 5 *[sic pro 6] add. Po2,* 19 *Ile.;* 9 pag.; *pag. 9 El incipit verbo* Praedicti; quorum nullo quisquam *Po1, 2.* — 40 dominico *Po1.* — 44-53 videatur, qui... sit, eum debere... prima [qui... prima *add.,* quemuis eo nomine dignum christianum firmum in prima sua *Ile.*] uocatione... in qua scilicet *[3 vv. add.,* et ubi *obl. add. et obl.]*... impedimentis et unius coloris ac similitudinis omnes [in qua ...omnes *add.,* et ubi seculo quis valedicens se totum consecrat seruitio et gloriae sui Creatoris et Domini; demum nobis persuademus in conspectu diuinae maiestatis quod praeter maiorem aedificationem nostrorum proximorum, quod ad nos ipsos attinet, quo magis liberi fuerint omnes professi, coadiutores et scholastici ab huiusmodi impedimentis, cum omnes eodem (ut ita loquar) colore ac similitudine praediti sint, eo melius in Domino (ipsius gratia aspirante) poterunt conseruari *Ile.*] *Po1.*

---

[4] Horum impedimentorum declarationem ab Ignatio datam transmisit P. Natalis. « No entiende el Padre que los religiosos de S. Juan y de S. Tiago y semejantes caualleros que aunque tengan votos, tamen viuen en hábito secular, sean exclusos de la Compañía por el impedimento essencial ». Deinde; « Donde excluyen las Constituciones hermitaños de la Compañía dixo el P. entenderse de los que tienen dependencia de religión y hábitos, como de S. Antonio etc. ». Cod. *Rom. III* f. 84r, et *Recuerdos*, f. 97v. Cf. et *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 417. « Interdictum factum a Magistro ordinis [Praedicatorum a. 1276] de non recipiendis alterius religionis professis » (DOUAIS, *Les Frères Prêcheurs en Gascogne,* p. 26, not. 5 et 6). Professos mendicantium excludunt etiam Carmelitani, *Monumenta Historica Carmelitarum*, t. I, p. 42, in Rubrica 13, De receptione novitiorum; ad p. 21 notatur: « In margine manu s. XVI: Factae [Constitutiones] in Capitulo Generali Barcinonae anno 1324 »... Constitutiones Tarraconenses Monasteriorum S. Benedicti (anni 1361) habent titulum capitis 27: « Ut non recipiant in nostro ordine mendicantes »; textus memorat tantum « de ordinibus paupertatis apostatantes », *Catalonia Monastica*, t. II, p. 212, Montserrat, 1929.

[5] En quae ex S. Ignatio tradidit Natalis: « Dixit rationem hanc seruari posse ubi recipiendus esset, qui ligatus esset matrimonio rato non consummato, ut omnes difficultates uitarentur quae ex Instituto Societatis accidere possent; ut nullus qui ejusmodi esset reciperetur nisi cui post annum iudicaretur posse dari professionem, ac re ipsa daretur expleto anno ». Ex codd. *Rom. III*, f. 84r, et *Recuerdos*, f. 97v.

quis, universo saeculo relicto, se totum dedicat maiori servitio et gloriae sui Creatoris et Domini. Postremo sic nobis persuademus (praeterquam quod maior sit futura aedificatio proximorum) eo melius in Domino, ipsius gratia aspirante, conservari posse omnes Professos, Coadiutores atque Scholasticos, quo magis liberi fuerint ab huiusmodi impedimentis, ac veluti unius coloris et similitudinis omnes.

Nullus etiam admittitur cum duobus ultimis impedimentis. Nam quartum esset cum detrimento proximorum, si uxoris vel domini consensus non obtineretur, aliaeque circumstantiae, prout ratio iuris exigit, observarentur. Quintum etiam in damnum esset non mediocre ipsius Societatis.

7. Si aliquod ex his impedimentis in quoquam detegeretur, non est quod ulterius in interrogationibus procedatur; sed qui Examinatoris officio fungitur, [1]quoad eus fieri poterit, eumdem consolando, † dimittat': si nullum esset tale, ulterius examinetur † sequenti modo'.

[1] P. 1 c. 4 n. 2.

D E

[m] P. 1 c. 3, G.

D. [m] *Caeterum, si in eo dona aliqua Dei illustriora cernerentur, ille, qui examinandi munere fungitur, antequam eum dimittat, rem cum Superiore conferat.*

E. *Ordo examinis est, in primis prosequi id, de quo omnes interrogantur: secundo, de quo speciatim litterati: tertio, de quo etiam specialiter illi, qui in Coadiutores: quarto, de quo illi, qui in Scholares: quinto, de quo illi, qui ut indifferentes admittuntur. Et primo quidem attingitur, quod ad personas pertinet; deinde, quod illis est observandum.*

De quibusdam interrogationibus ad eos, qui ingredi volunt, magis cognoscendos. Cap. III.

1. Ad maiorem personarum notitiam aliqua sunt interroganda,

A quibus † vere omnino' et sincere respondere oportet: et, si quid erit, quod secretum requirat, id observabitur, ut par erit et interrogato placuerit[1]. Incipiendo itaque a nomine, interrogetur pri-

---

59 *Marg.* 6 *add. Po2*, 20 *Ile.* — 60 *Marg.* 10ª pª; *pag. 10 E1 incipit verbis* cedatur, sed qui. — 62 *Marg.* D *add. Po2, om. E1*, M *Ile.* — 63 *Marg.* E *add. Po2, om. E1*, N *Ile.* — 64 *Marg.* 'D' *Po2, add. Po1*, M *Ile;* 4 *Po2;* Quamuis fere hoc sit agendum, si in *Po1, 2;* Dei eminentiora *Po1, 2.* — 65 ille *om. Po1, 2.* — 67 *Marg.* 'E' *Po2, add. Po1*, N *Ile;* 5 *Po2.* — 69 etiam specialiter *et secundum* illi *om. Po1, 2.* — 70 Scholasticos *Po2, add. Po1*, Scholares *Ile.;* illi *om. Po1, 2.*

3 *Marg.* I *add. Po2*, 21 *Ile.* — 4 *Marg.* A *add. Po2*, O *Ile.;* responderi *Po1.* — 4-5 quid... id *add. Po1*, eorum aliqua secretum requirent *Ile.* — 5 et *add. Po1*, vt *Ile.*

---

[1] Cf. t. I, monum, 35, p. 255 n. 12.

mum: quo nomine vocetur: quot annos natus sit: quae sit eius patria.

In cap. III.

A. [a] *Obligatio vera dicendi in examine, ad peccatum esse debet; et quidem eidem, cui, quod celatum est, aperiendum erat, vel qui eius locum teneat, reservatum; ut fraus evitetur, quae locum habere posset, si quis sincere suo Superiori animum suum non declararet: unde incommoda, et quidem in totius Societatis non mediocre detrimentum, possent oriri* [2].

[a] *Sup.* c. 2, A C. 7 d. 43.

---

2. An sit ex legitimo matrimonio, nec ne: quod si ex illegitimo, quo pacto id sit, interrogetur. Num a progenitoribus iam olim christianis, [b] an a modernis descendat.

[b] C. 5 d. 52, 53. C. 6 d. 28. C. 27 d. 27.

An aliquis ex eius progenitoribus notatus fuerit vel declaratus ob aliquem errorem contra nostram christianam religionem, et quomodo id sit.

An patrem habeat et matrem; et quae sint eorum nomina: quae conditio, et officium, et modus vivendi sit illis: et an rerum temporalium † penuria premantur', an illarum commoditate potiantur, et quo pacto id habeat. **B**

B. *Si praesens et extrema necessitas auxilii eorum urgeret; constat, huiusmodi admitti non debere. Raro tamen huiusmodi necessitas solet accidere.*

---

3. Si quo tempore in difficultatem vel dubium aliquod incideret circa aes alienum, vel quod teneatur subvenire parentibus vel consanguineis, in spirituali vel corporali vel quavis alia temporali necessitate constitutis, eos invisendo, vel alia ratione; num, proprio sensu ac iudicio deposito, conscientiae vel iudicio Societatis, vel

---

7 quo... uocetur *add. Po1,* de eo *Ile.* — 9 tertium. De interrogationibus ad eos qui ingrediuntur magis cognoscendos *Po1, 2.* — 10 *Marg.* 'A' *Po2, add. Po1,* O *Ile.;* 1 *Po2;* deberet *Po2, E1.* — 11-12 quidem reseruatum 'vel' *[2 vv. add. Po1, 2]* eidem... vel ei *[1 v. add. Po1, 2]* qui... teneat *[seq.* reseruatum *obl. Po1, 2] Po1, 2.* — 12 reseruatum superiori *CompE.* — 13 quis pure suo *Po1, 2.* — 14 vnde grauia incommoda *Po1, 2, E1.* — 16 *Marg.* 2 *add. Po2,* 22 *Ile.;* sit de *Po1;* matrimonio natus necne *Ile. Po1.* — 16-17 quod... interrogetur *add. Po1,* et tunc quomodo et *Ile.* — 19-20 vel damnatus ob *Po2, E1;* vel damnatus de aliquo errore contra nostram religionem christianam *Po1.* — 20 nostram religionem christianam *Po2.* — 24 *Marg.* B *add. Po2,* P *Ile.,* G *2Ie.* — 24-25 illarum... potiantur uel abundantia, et... habeat [habet *Po1*] *Po2, E1, add. Po1,* potius eis abundet *Ile.; marg. Po2 est* 11, *signum separationis unum ante v.* abundantia, *duo ante vv.* et quo; *E1 pag. 11 incipit a v.* abundantia. — 26 *Marg.* 2 *Po2;* 'B' *Po2, add. Po1,* P *et* Q *pr.* — 28 necessitas huiusmodi solet occurrere *Po1, 2.* — 29 *Marg.* 3 *add. Po2,* 23 *Ile.*

---

[2] De historia hujus declarationis cf. *Proleg.* t. II, c. 2, a. 3, p. XXXIX.

sui Superioris id velit relinquere, ut, cum statuerit ille quod in Domino iustum esse senserit, ei acquiescat.

4. Quot fratres et sorores habeat, et quis eorum sit status, num matrimonii, an alius: quod officium aut vivendi modum habeant.

C 5. Num aliquando † verba ediderit', quae ad matrimonium illum obligare videantur, et quo pacto id sit. An habuerit vel habeat filium aliquem.

[c] *Sup.* c. 2 n. 4 et P. 1 c. 3 n. 6.

C. *Si spopondisset per verba de praesenti,* [c] *matrimonium consummando, vel modo aliquo pari; duceretur is quartum habere impedimentum, cum quo nemo in Societatem admitti potest, nisi adsint conditiones illae, quae exigi solent, ut coniugatus Religionem ingredi possit.*

---

[d] P. 1 c. 3 n. 15 et L et P. 2. c. 2 n. 5.

6. Num habeat [d] aes alienum, aut civiles obligationes: quod si habeat, quantae et quales eae sint.

7. Num didicerit artem aliquam mechanicam. Num legere et scribere sciat: et si scit, probetur quo modo utrumque faciat, si aliunde non sciretur.

[e] P. 1 c. 3 n. 15.

8. Num [e] habuerit vel habeat morbum aliquem occultum vel manifestum, et qualem; eum speciatim interrogando, num vexationem aliquam stomachi vel capitis, vel quodvis aliud impedimentum naturale, seu defectum in aliqua sui parte patiatur. Et hoc, non solum interrogetur, sed, quoad fieri potest, inspiciatur.

9. Num aliquos Ordines ecclesiasticos susceperit. Num aliquam obligationem voti habeat, quale est peregrinationis, vel aliud quodcumque.

10. Quem modum, vel animi propensionem habuerit in tenera aetate, et postea hucusque ad res suae conscientiae salutiferas: pri-

---

36 *Marg.* 4 *add. Po2,* 24 *1le.* — 36-37 habeat... alius *add. Po1,* matrimonio innctos aut liberos habet [habent *pr.*] *1le.* — 37 habent *1le. Po2;* habet [habent *pr.*] *Po1, seq.* et quis eorum sit status num matrimonii an alius *add. et obl.* — 38 *Marg.* 5 *et* C *add. Po2,* 25 *et* Q *1le.,* H *2le.* — 38-39 aliquando... sit *add. Po1,* matrimonii contrahendi sponsione se deuinxerit et qua ratione *1le.* — 41 *Marg.* 3 *Po2;* 'C' *Po2, add. Po1,* Q *et* R *pr.* — 41-42 Si... consummando. Si contraxisset per... et matrimonium consnmmasset *Po2, nulla re deleta,* Si... consummando *obl. Po1,* Si contraxisset per... et matrimonium consummasset *add.* — 42 pari *obl. Po1,* aequinalenti *add.;* duccretur eum *Po1, 2;* aequiualenti *Po2.* — 42-43 impedimentum quod non permittit quemquam in... admitti nisi *Po1, 2.* — 45 posset *Po1, 1le. Po2. Seq.* In caput quartum *[1 v. obl. et rest.,* tertium *add. et obl.].* De his quae scire oportet eos qui ingrediuntur *omnia obl. Po1.* — 46 *Marg.* 6 *add. Po2,* 26 *1le.* — 48 *Marg.* 7 *add. Po2,* 27 *1le;* didicerit officium aliquod mechanicum *Po1.* — 51 *Marg.* 8 *add. Po2,* 28 *1le.;* aliquem secretum vel *Po1.* — 54 naturale vel *Po1.* — 56 *Marg.* 9 *add. Po2,* 29 *1le.;* 12 pag.; *signum separationis ante versum* Num aliquam, *a quo incipit pag. 12 E1;* ecclesiasticos *[add.,* sacros *1le]* habeat *Po1.* — 57 votorum peregrinandi vel alia ratione habeat *Po1;* aliud huiusmodi *E1;* aliud quidpiam *Po2.* — 59 *Marg.* 10 *add. Po2,* 30 *1le.* — 60 post eam *Po1, 2;* primum *add. Po1,* imprimis *1le.*

mum circa orationem, quoties orare solebat interdiu et noctu, quibus horis, qua corporis compositione, quibus orationibus, et cum qua devotione vel sensu spirituali.

Quo modo se habuerit circa audiendas Missas, et alia divina officia, et conciones: quo modo circa lectionem rerum piarum, et bonorum virorum familiaritatem: quo modo circa meditationem vel considerationem rerum spiritualium.

11. Interrogetur, an habuerit vel habeat conceptus aliquos vel opiniones, ab iis differentes, quae communius ab Ecclesia et Doctoribus ab eadem approbatis tenentur: [f]et si quando huiusmodi opiniones animum subierint, [g]num paratus sit ad iudicium suum submittendum, sentiendumque, ut fuerit constitutum in Societate de huiusmodi rebus sentire oportere [3].

[f] P. 3 c. 1, O.
[g] C. 5 d. 6, 50 n. 2. C. 27 d. 102 3°.

12. Interrogetur, an quibusvis in scrupulis, vel difficultatibus spiritualibus, vel aliis quibuscumque, quas patiatur vel aliquando pati contigerit, se diiudicandum relinquet, et acquiescet † aliorum de Societate', qui doctrina et probitate sint praediti, sententiis. **D**

D. *Personarum huiusmodi* [h] *electio, quibus se iudicandum relinquere debet is, qui in huiusmodi difficultatibus versatur, penes Superiorem erit, si subdito ea placuerit; vel penes subditum, si Superior eam approbaverit: cui si in casu aliquo, et propter causam aliquam iustam, videretur ad* Dei *obsequium fore, maiusque auxilium illius, qui huiusmodi difficultatibus laborat, ut aliquis, vel etiam plures eorum, qui iudicaturi sunt de eis, extra Societatem assumantur, permitti poterit: electione tamen, vel saltem approbatione eorum penes* Superiorem *(ut dictum est) manente. Si difficultates huiusmodi ad personam ipsius Superioris pertinerent, electio vel approbatio, de qua diximus, penes Consultores erit. Qui tamen Praeposito Generali vel Provinciali inferior esset, sine alicuius eorum facultate, licet Rector sit Collegii vel alicuius Domus Praepositus, nec constituere poterit nec permittere, ut huiusmodi diffi-*

[h] C. 1 d. 22.

61-62 quotiens orare solebat *[2 vv. add.*, ea *Ile]*... horis, quomodo compositus, quibus orationibus *[seq.* uti solebat *obl.]* et cum *Pol.* — 64 se habebat *Pol.* — 66 familiaritatem se habuerit *Pol,* se habuerit *obl. Po2.* — 68 *Marg.* 11 *add. Po2,* 31 *Ile.* — 68-69 habeat opiniones aliquas vel conceptus ab his *Pol, 2.* — 71 subirent *Pol.* — 72-73 vt in... oportere, fuerit consitutum *Pol.* — 74 *Marg.* 12 *add. Po2,* 32 *Ile.* — 76 pati possit se *Pol; Marg.* D *add. Po2,* R *Ile., add. Pol,* Q *pr. (?).* — 77 probitate praestent *Pol, 2, El.* — 78 *Marg.* 4 *Po2;* 'D' *Po2, add. Pol,* R *Ile.;* Electio harum personarum *Congl.* — 79 is *om. Pol, 2.* — 83 huiusmodi dubiis laborat *Pol.* — 86-87 Si dubia huiusmodi *Pol, 2.*

---

[3] Nota, agi de rebus liberae opinionis, non de rebus ad fidem vel pertinentibus vel proximis. Qui in his suspectus esset, ineptus esset ad Societatem, neque ad hunc Examinis locum pervenisset. Cf. c. 2, decl. B, p. 8, et decr. 50, n. 2 congregationis generalis V, *Institutum* II, 277.

cultates ad suam personam pertinentes arbitrio aliorum extra Societatem subiiciantur [4].

---

13. An omnino decreverit saeculum relinquere et consilia Domini nostri Iesu Christi sequi.

Quam dudum decreverit, in genere scilicet, mundo renuntiare. Postquam id apud se statuit, an in ea animi sententia remissior factus fuerit, et quatenus. A quo tempore desideria haec renuntiandi saeculo et consilia Christi Domini nostri sequendi, suboriri ei coeperint; vel quibus signis, aut causis ad id moventibus, ei in mentem venerint.

[i] P. 1 c. 4 n. 3 et P. 5 c. 1. A.

14. [i] Num deliberatum habeat animi propositum vivendi et moriendi in Domino cum hac et in hac Societate Iesu Creatoris et Domini nostri: et a quo tempore, ubi, et per quem, primum ad id motus fuerit.

Si negaret se a quoquam de Societate motum fuisse, progrediendum erit ulterius: si affirmaret se fuisse motum (quamvis licite, et cum merito moveri potuisset); ad maiorem tamen ipsius utilitatem spiritualem fore videtur, si tempus ei aliquod praescribatur, ut, ea de re cogitando, Creatori et Domino suo se totum commendet, perinde ac si nullus de Societate ipsum movisset; ut maiori cum robore spiritus procedere ad maius obsequium et gloriam divinae maiestatis possit.

15. Si post huiusmodi considerationem senserit ac iudicaverit sibi valde convenire Societatis ingressum ad maiorem laudem et gloriam Dei, et ut melius saluti et perfectioni, tum animae suae, tum proximorum suorum incumbat; et postulaverit in eamden nobiscum in Domino admitti; tunc ulterius in examine procedi poterit.

---

94 *Marg.* 13 *add. Po2*, 33 *Ile.* — 94-95 Christi Domini nostri *Po1.* — 1 *Marg.* 13 p[a] *Po2; ante vv.* Quo tempore *est signum separationis; E1 pag. 13 incipit vv.* Quo tempore; Quo tempore id decreuit *Po1.*, tempore decreuerit *Po2*, *E1.* — 2 sententia animi *Po1*, *2.* — 4 seculo *add. Po2*, seculi *Ile.;* seculi deserendi *Po1.* — 5 ceperunt *Po1*, *Ile. Po2.* — 6 venerunt *Po1*, *Ile. Po2.* — 7 *Marg.* 14 *add. Po2*, 34 *Ile.;* et moriendi *om. E1.* — 10 motus est *Po1*, sit *add. Po2*, est *Ile.* — 13 potuit *Po1;* tamen *add. Po1.* — 14 aliquod ei *Po1.* — 19 *Marg. nullus numerus Po2.* — 20 Societatis ingressum *add. Po1.* — 21 cum animae suae *[1 v. add. Po2] Po2, E1.* — 21-22 Dei et ad certiorem suam salutem et animae suae perfectionem adiuuandas et alias suorum proximorum *[seq.* Societatis ingressum *obl.]* et postulauerit *Po1.*

---

[4] V. t. II *Proleg.* c. 2, a. 3, p. XXXV et a. 4, p. XL.

De rebus quibusdam, quas praecipue scire eos convenit, qui in Societatem admittuntur, ex iis, quas in ipsa observare debent. Cap. IV.

1. Proponatur illis, quod haec mens fuerit eorum qui primi in hanc Societatem convenerunt, ut in ea ii admitterentur, qui saeculo renuntiassent et Dei servitio se omnino mancipare, sive in hac sive in alia Religione, statuissent. [a] Quocirca quicumque Societatem ingredi volent, antequam in Domo aliqua vel Collegio eius vivere sub obedientia incipiant, [b] debent omnia bona temporalia, quae haburerint, distribuere, et renuntiare, ac disponere de iis quae ipsis obvenire possent [1]. Eaque distributio primum in res debitas et obligatorias, si quae fuerint (et tunc, quam citissime fieri potest, providere oportebit) si vero tales nullae fuerint, in pia et sancta opera fiet, iuxta illud: *Dispersit, dedit pauperibus* [2]; et illud Christi: *Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quae habes, et da pauperibus, et sequere me* [3]; dispensando tamen haec bona [c] iuxta propriam devotionem, et a se omnem fiduciam submovendo eadem ullo tempore recuperandi.

[a] *Inf.* n. 3.

[b] C. 27 d. 178.

[c] C. 2 d. 23.

2. [d] Quod si statim propter aliquas honestas causas bona non relinquet, promittat se prompte relicturum omnia (ut dictum est) post unum [e] ab ingressu absolutum annum, quandocumque per Superiorem iniunctum ei fuerit in reliquo temporis probationis: quo completo, ante professionem Professi, et ante tria vota publica Coadiutores, re ipsa relinquere, ac pauperibus (ut dictum est) dispensare debent, ut consilium evangelicum, quod non dicit, da

[d] *Inf.* n. 3 et 5 et P. 3 c. 1 n. 7 et 25 et P. 4 c. 4, E et P. 6 c. 2, H.

[e] C. 3 d. 19. C. 27 d. 176.

---

1 *Marg.* 14 p[a] *Po2; Cap. 4[um] incipit a pag. 14 in E1.* — 1-3 quibusdam (ex his quae obseruari debent in Societate) quas [ex... quas *add.*, quae *1le.*] praecipue scire eos conuenit *[1 v. sup.]*, qui ad eam admittuntur [eos... admittuntur *add.*] conuenit ingredientibus Societatem ex his quae obseruare debent in ea *1le.*] *Po1.* — 2 his *Po2.* — 4 *Marg.* 1 *add. Po2*, 36 *1le.*; illis quomodo haec *Po1.* — 5 eam *Ci, sqq.* — 5-7 ea uiri tantum qui... statuissent admitterentur *Po2, E1;* ea... qui rebus temporalibus se abdicassent et omnino Dei seruitio mancipare... siue in illa... statuissent admitterentur, et secundum id quicumque *Po1.* — 8 domum aliquam vel collegium *Po1, 2.* — 9 debent bona sua temporalia *Po1.* — 10-11 ipsis iure obuenire *Po2, E1;* Et hoc primum *Po2.* — 10-12 de eis quae ad ipsos possunt pertingere, et hoc in primis in rebus debitis et obligatoriis si *Po1.* — 12-13 potest, id transigatur) si tales *Po1.* — 13-14 in rebus piis et sanctis iuxta *Po1.* — 14 fiet *om. Po2.* — 17-18 fiduciam eadem... recuperandi submouendo *Po1.* — 19 *Marg.* 2 *add. Po2*, 37 *1le.* — 20 *Marg.* 15[a] p[a] *Po2; pag. 15 E1 incipit* nia ut dictum. — 20-23 relinquet. se... in reliquo tempore probationis promittat, quo *Po1.*

---

1 Cf. t. I, monum. 46, n. 6, p. 391, et monum. 35, p. 251, in variatis ad l. 81. *Regula S. Caesarii* in c. 1, jubet ante ingressum vendere vel donare omnia; vel si viventibus parentibus id non potest, « quando illi migraverint, cogatur facere », PL. 67, 1099; cf. *Regulam S. Francisci*, initio.

2 Psal. 111, 9 et 2 Cor. 9, 9.

3 Matth. 19, 21.

consanguineis, sed pauperibus, perfectius sequantur [4]; et ut melius exemplum omnibus exhibeant inordinatum erga parentes affectum exuendi, et incommoda inordinatae distributionis, quae a dicto amore procedit, declinandi; atque ut, ad parentes et consanguineos recurrendi, et ad inutilem ipsorum memoriam aditu praecluso, firmius et stabilius in sua vocatione perseverent.

[f] *Inf.* n. 5 et P. 3 c. 1, **G.**

3. Si tamen [f] dubitaretur, num maioris foret perfectionis dare vel renuntiare consanguineis huiusmodi bona, quam aliis, propter parem vel maiorem ipsorum penuriam, et iustas alias ob causas; nihilominus, ad declinandum errandi in huiusmodi iudicio periculum, quod ab affectu sanguinis solet proficisci, contenti esse **A** debebunt negotium hoc [g] arbitrio † unius, duorum aut trium', qui vita et doctrina commendentur, quos unusquisque cum Superioris approbatione elegerit, relinquere, et in eo conquiescere, quod illi perfectius et ad maiorem Christi Domini nostri gloriam esse censebunt.

[g] C. 2 d. 76.

In cap. IV.

A. *Intelligendum est intra Societatem, nisi Superiori iustas ob causas viderentur horum aliqui extra Societatem assumi debere.*

26-27 melius sui exemplum *Po1.* — 27 omnibus exhibeant *add. Po1.* — 28 inordinatae dispensationis *Po1.* — 29 declinandi omnibus exhibeant *Ile. Po1.* — 29-31 atque ut *[2 rv. add.]* aditu [adituque *pr.*] ad... recurrendi praecluso et inutili ipsorum memoria obliterata *[1 v. add.]* eo firmius *Po1.* — 31 eo firmius *Po2.* — 32 *Marg.* 3 *add. Po2*, 38 *Ile.* — 35-36 nihilominus propter errandi... quod ex carne et sanguine solet accidere, contenti *Po1.* — 37 *Marg.* S *add. Po1*, Q *Ile.* — 39 elegerit *add. Po1*, volet *Ile.* — 39-41 in... censebunt *add. Po1*, eorum sententiae de eo quod ad maiorem perfectionem et gloriam Christi Domini nostri videtur, acquiescere *Ile.* — 42 *Marg.* In cap. 4[m] *Po1;* quartum. De iis [iis *add. Po2*, his *Ile. et Po1*] quae scire oportet eos qui ingrediuntur *Po1, 2;* In cap. 4[m] De iis quae 'Societatem ingressuris obseruanda sunt' *CompE*, scire oportet eos qui ingrediuntur *Ile.* — 43 *Marg.* 1 *Po2;* 'A' *Po2*, *add. Po1*, S *Ile.* — 44 videretur... aliquos *Po1*, *2.*

---

[4] Hujus loci est declaratio uberior, extra omnes Examinis et Declarationum textus, in cod. *Instit. 7*, f. 174r et v, scripta quidem (una cum regulis examinatoris) manu librarii, sed redolens omnino Ignatium Patrem; ait enim: « Declaración. En cosas deuidas y obligatorias; padres a hijos, y hijos a padres o otras deudas o cargos. Sobre vade et vende omnia, Hierónimo non dicit partem, sed totum; así mismo non dicit consanguineis, sed pauperibus. Supósito que en ygual necessidad está bien el distribuir en parientes, y forsan con alguna ventaja en casos y sin carne ni sangre; tamen por el peligro que ay en la tal distribuclón, buscando auctores sobre este caso fauoreciendo a lo más bueno y perfetto se escriba vn poco largo. Porque vltra la dottrina y consejos de Christo Nro. Sor., el distribuir a pobres es más perfecto y ayuda al que entrare en religión para seer más desatado del mundo malo y de toda carne, y para alcançar mejor doctrina no solo para sí, mas para todos próximos, lleuando la Compagnia vn mismo modo de proceder entre todos, para ayudar a las ánimas. El contrario, distribuyr en parientes, trae muchos inconuenientes; no es tan libre en el bien distribuir, como comúnmente el amor de la carne, sangre y conuersaçión pasada le tire. 2° Dexando a parientes le ayuda al salir de su profesión començada, como sallido no le faltarán sus parientes. Después siendo nouitio en cosas spirituales siempre se le renueua más el amor y notiçia de los tales deudos sin fructo alguno spiritual, antes con daño dellos ». Locus S. Hieronymi est in epistola 66, ad Pammachium, PL. 22, 643.

Interrogetur itaque, num [h]placeat ei statim (sicuti dictum est) bona sua distribuere; vel certe num [i]paratus sit ad huiusmodi distributionem, quandocumque, exacto primo anno, per Superiorem ei fuerit iniunctum.

4. Admoneantur, quod, post ingressum in Domum, nemo [j]pecuniam apud se nec apud amicum aliquem externum in eodem loco habitantem habere potest; quin potius eam in pia opera dispenset, vel asservandam ei tradat, cui cura huiusmodi domi commissa est: qui [k]quidem, quidquid unusquisque feret, scribendum curabit, ut id sciri possit, † si quando scitu opus fuerit'.

Interrogentur itaque, num aliquam habeant pecuniam, et an eam dispensare (ut dictum est) sint contenti.

B. *Si accideret hunc a Societate dimitti, et Societati quid dedisset, ei restitui debet iuxta* [l]*declarationem tertii capitis secundae partis.*

---

5. Admoneantur itidem, si ecclesiastici sint, quod, postquam in Societatis corpus ut Professi vel Coadiutores cooptati fuerint, nulla ecclesiastica beneficia possunt retinere: et [m]quod tempore probationis, post primum annum absolutum (ut superius diximus) [n]quandocumque Superiori visum fuerit, ea relinquere debent iuxta [o]suam devotionem, vel ei qui contulit resignando, vel ad pia opera applicando, vel alioqui dignis viris, quibus haec instrumenta sint ad Dei obsequium, conferri curando. [p]Quod si consanguineis conferenda esse viderentur, id non facient, nisi ab uno, duobus, aut tribus (ut superius dictum est) iudicetur, quod id magis conveniat, et ad maius Dei obsequium sit futurum.

6. [q]Cum autem communicatio, quae cum amicis et sanguine iunctis verbo aut scripto fit, potius ad quietis perturbationem, quam ad eorum, qui spiritui vacant, profectum, praesertim in initiis, facere soleat; interrogentur, num contenti sint cum huius-

[h] *Sup.* n. 1.
[i] *Sup.* n. 2.
[j] P. 3 c. 1 n. 7 et P. 1 c. 2, **H**.
[k] P. 1 c. 4 n. 6. **B**
[l] P. 2 c. 3, **B**.
[m] *Sup.* n. 2 et P. 6 c. 2, **H**.
[n] C. 1 d. 140. C. 5 d. 19 C. 7 d. 17 n. 4.
[o] P. 3 c. 1 n. 7.
[p] *Sup.* n. 3 et P. 3 c. 1, **G**.
[q] P. 3 c. 1 n. 2.

---

45 *Marg.* 16 p[a] *Po2; pag. 16 E1 incipit verbo* dictum; statim (vt *Po1, 2.* — 46 sua dispensare *Po1.* — 47 dispensationem *Po1.* — 49 *Marg.* 4 *add. Po2,* 39 *Ile.* — 52-53 huiusmodi est commissa *Po1.* — 54 *Marg.* T *add. Po1,* R *Ile.;* ut... fuerit *add. Po1,* quia forte occasio aliqua se offeret, vbi id scire opus sit *Ile.* — 55 Interrogentur item *[1 v. add.,* itaque *Ile.] Po2, E1.* * — 57 *Marg.* 2 *Po2;* 'B' *Po2, add. Po1,* T *Ile.* — 58 restitui decet *E1;* capitis 3 *Po1, 2.* — 59 *Seq.* Si magna esset pecuniarum summa, id scire oporteret, cum dimitteretur, vt quicquid secum tulit, ei reddatur *obl. Po1, 2; marg.* 3 *obl. Po2.* — 60 *Marg.* 5 *add. Po2,* 40 *Ile.* — 62 quod ipso medio tempore *Ile. Po1.* — 64 debet *Po1, 2.* — 66 quibus arma sint *Po1.* — 68 faciet *Po1, 2;* 'dubium' [negotium *pr.*] hoc arbitrio *CompE.* — 69-70 est) quod... futurum, iudicetur *Po1.* — 71 *Marg.* 6 *add. Po2,* 41 *Ile.* — 71-72 Quia communicatio verbo aut scripto cum amicis et consanguineis secundum carnem potius *Po1.* — 72 *Marg.* P[a] *sine numero; pagina 17 E1 incipit a verbis* tis perturbationem. — 74 solet *Po1.*

* Hanc variam lectionem attingit Nadal in scholio ad hunc locum, p. 14.

modi non communicare, nec litteras accipere, nec scribere, nisi aliqua [r] occasione Superiori aliter videretur: et quamdiu domi fuerint, num contenti sint, ut videantur litterae omnes, et quae ipsis scribentur, et quas ipsi aliis scribent, ei, cui huiusmodi munus commissum est, cura relicta, ut eas det, vel non det, quemadmodum in Domino nostro magis expedire iudicabit.

[r] *Ibidem*, **B** et P. 1 c. 4 n. 4.

7. Unusquisque eorum, qui Societatem ingrediuntur, consilium illud Christi sequendo: *Qui dimiserit patrem,* etc. existimet sibi patrem, matrem, fratres et sorores, et quidquid in mundo habebat relinquendum; immo sibi dictum existimet verbum illud: *Qui non odit patrem et matrem, insuper et animam suam, non potest meus esse discipulus* [5].

C Et ita curandum ei est, ut † omnem carnis affectum erga sanguine iunctos exuat', ac illum in spiritualem convertat, eosque diligat eo solum amore, quem ordinata charitas exigit, ut qui, [s] mundo ac proprio amori mortuus, Christo Domino nostro soli vivit, eumque loco parentum, fratrum et rerum omnium habet [6].

[s] C. 2 d. 85.

C. *Ut loquendi modus sentiendi modum iuvet, sanctum est consilium* [7] *ut assuescant, non dicere quod parentes vel fratres habeant, sed quod habebant, etc. praeseferendo se id non habere, quod, ut Christum omnium rerum loco habeant, reliquerunt. Hoc tamen illis magis est observandum, qui maiori in periculo versari videntur, ut ab aliquo naturali amore perturbentur; cuiusmodi, ut plurimum, Novitii esse solent.*

---

8. Ad maiorem in spiritu profectum, et praecipue ad maiorem submissionem et humilitatem propriam, interrogetur, an contentus sit futurus, ut omnes errores et defectus ipsius, et res quaecumque, quae notatae in eo et observatae fuerint, Superioribus [t] per quemvis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur.

[t] C. 5 d. 58. C. 6 d. 32, 33.

75-76 si aliqua... non videretur *Po1.* — 77-78 omnes quae... scribuntur vel quas... scribunt *Po1, 2.* — 79-80 non det vt in *Po1.* — 81 *Marg.* 7 *add. Po2*, 42 *Ile.* — 83 habebant *Ile. Po2.* — 85 patrem uel matrem *Po2.* * — 87 *Marg.* V *add. Po1*, S *Ile.* — 87-88 affectum exuens, eum in spiritualem cum coniunctis sanguine conuertat *Po1.* — 90-91 soli eum loco... habendo viuit *Po1.* — 92 *Marg.* 'C' *add. Po1*, V *Ile.*; 3 *add. Po2*, 4 *Ile.*, *ubi desunt* C *et litterae reliquarum Declarationum.* — 93 quod patres *Po1, 2.* — 94 etc. [*add. Po2, ubi seq.* etiam] praeseferendo quod id non habent *Po1, 2.* — 95 quod propter Christum, quem omnium rerum *[1 v. add. Po1]*... habent *Po1, 2, E1.* — 3 nouitii religiosi [religiosi nouitii *pr. Po1*] *Po1, 2.* — 8 ea *Po1, E2.*

* Desunt *Po2* a medio numero 7, *Et ita curandum*, ad finem numeri 42, *transire* (p. 28).

[5] Luc. 14, 26.

[6] Cf. *Constitutiones Monasticae,* olim datae S. Basilio, c. 20, PG. 31, 1390; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I. 79-82.

[7] Res ut consilium proponitur auctore Salmerone, cf. t. I, monum. 46, n. 7, p. 392.

Num etiam boni sit consulturus (quod et ipse et quivis alius facere debet) ab aliis corrigi, et ad aliorum correctionem iuvare: ac num manifestare sese invicem sint parati, debito cum amore et charitate, ad maiorem spiritus profectum; praesertim ubi a Superiore, qui illorum curam gerit, fuerit ita praescriptum aut interrogatum ad maiorem Dei gloriam [8].

9. Praeterea, antequam quisquam in Domum vel Collegium ingrediatur [9], vel postquam ingressus fuerit, sex [u] experimenta praecipua, praeter alia multa de quibus ex parte inferius dicetur, requiruntur. [v] Poterunt ea tamen anteponi, et postponi, et moderari, et aliquo in casu auctoritate Superioris, habita ratione personarum, temporum et locorum, tum caeterorum quae occurrerint, in alia permutari.

[u] *Inf.* n. 16 et c. 7 n. 6.

[v] *Ibidem* P. 9 c. 3, E.

10. [x] Primum est, in Spiritualibus Exercitiis [y] mensem unum plus minus versari: id est, tum in examinanda conscientia, et anteacta vita recogitanda, et [z] confessione generali facienda, ac peccatorum suorum meditatione; tum in contemplatione rerum ac mysteriorum vitae, mortis, resurrectionis et ascensionis Christi Domini nostri [10]; tum etiam in oratione vocali et mentali, iuxta cuiusque captum, prout in Domino edocti fuerint, se exercere.

[x] P. 3 c. 1 n. 20 et R.

[y] C. 4 d. 67.

[z] *Inf.* n. 41 et P. 1 c. 4. n. 6.

11. Secundum est, servire in uno vel pluribus xenodochiis per mensem alium, ibidem cibum capiendo et dormiendo, vel per aliquam vel plures horas quotidie, pro temporum, locorum et personarum ratione, auxilium et ministerium omnibus aegris et

---

9-14 Num... gloriam *add. Po1,* cum ipsi et cuiquam de aliorum placeat iuuare ad aliorum correctionem et ipsummet corrigi inuicem quod quisquam de alio nouerit cum amore et charitate debita manifestando, vt in spiritu magis iuuentur, sed id praecipue cum a superiore, qui eorum ad maiorem Dei gloriam curam habuerit, quisquam interrogatus fuerit *Ile. una cum praec.* — 9 *Alterum* et *add. Po1.* — 11 se *Po1.* — 12 a superiori *Po1.* — 13 aut interrogatum *om. Po1, E1.* — 17 multa *om. Po1, E1.* — 19-21 cum authoritate... habita personarum, temporum, locorum cum caeteris quae occurrunt ratione, cum aliis permutari *Po1.* — 24 generali instituenda *Po1, E1.* — 24-25 ac *[1 v. add.,* tum *Ile.]* meditatione circa peccata, tum in *[2 vv. add.,* et *II2.]* contemplatione... ac [et *Ile.*] *Po1.* — 25 suorum *om. E1.* — 29 inseruire xenodochiis *[seq.* hospitalibus *obl.]* vel alicui eorum per *Po1.* — 30 alium in eisdem cibum capiendo et habitando *[1 v. add. Po1,* pernoctando *Ile.]* vel *Po1, E1.* — 31 aut plures *Po1.*

---

[8] Cf. t. I monum. 35 p. 256; hujus *Proleg.* c. 7, a. 2, § 4; *Monum, Ignat.* ser. 1a, I, 278; V, 430, 607; VII, 230-231; IX, 263; *Epist. P. Nadal* IV, 562. Ut aliorum peccata et defectus deferantur superiori, praecipiunt regulae quaedam antiquae et recentiores; cf. S. Basilius, *Regulae fusius,* n. 46, PG. 31, 1035; *SS. Pauli et Stephani Regula,* n. 36, PL. 88, 957; *Regula S. Benedicti... cum Declarationibus et Constitutionibus Patrum Congregationis Casinensis,* Venetiis, 1723, p. 165; est Declaratio n. 2, ad c. 70. In recentioribus cf. *Constitutiones pro Missionariis Congregationis Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae Virginis,* parte 1, c. 18, n. 82, Matriti, 1924.

[9] Cf. t. I, monum. 10, p. 53 n. 6, et monum. 35, p. 249 n. 1. a.

[10] De usu verborum meditandi et contemplandi hoc loco v. in t. I, monum. 45, p. 392, n. 10, observatum Salmeronis.

sanis, prout iniunctum eis fuerit, impendendo; ut magis se demittant et humilient, ac eo, veluti argumento, demonstrent se prorsus ab hoc saeculo eiusque pompis ac vanitate recedere: ut omnino suo Creatori et Domino pro ipsorum salute crucifixo serviant [11].

12. Tertium est, peregrinari mensem alium sine pecunia [12], [a] immo suis temporibus ostiatim pro Chisti amore mendicare, ut possint ad incommoditatem comedendi et dormiendi assuefieri: atque adeo, ut, omni spe illa abiecta, quam in pecuniis et rebus aliis creatis possent constituere, integre, vera cum fide et ardenti amore eam in suo Creatore et Domino constituant: vel utrumque mensem ministerio hospitalium vel alicuius eorum, aut etiam utrumque peregrinationi, prout Superiori visum fuerit impendent.

[a] *Inf.* n. 27.

13. [b] Quartum est, post ingressum in Domum omni cum diligentia et sollicitudine in variis officiis abiectis et humilibus se exercere, bonum sui exemplum in omnibus exhibendo [13].

[b] *Inf.* n. 28 et P. 4. c. 6, **C.**

14. Quintum est, doctrinam christianam vel aliquam eius partem pueros et alios rudiores homines, publice vel privatim, et prout occasio se obtulerit et in Domino commodius visum fuerit, et iuxta personarum proportionem, docere.

15. Sextum est, postquam in probationibus bonae aedificationis specimen praebuerint, ulterius ad praedicandum, vel confessiones audiendas, vel in utroque se exercendum, pro tempore et loco et omnium dispositione progredi.

16. Antequam ingrediantur in secundum annum probationis, quae fit in Domibus vel Collegiis, per sex menses omnes vacare huiusmodi sex [c] experimentis debent, et totidem alios diversis aliis probationibus impendent. [d] Poterunt tamen illa sex experimenta fieri, vel in totum vel ex parte, toto probationis tempore, ut ali-

[c] *Sup.* n. 9.

[d] *Inf.* c. 7 n. 6 et P. 9 c. 3 n. 8 et **E.**

34-37 eo signo prae se ferant quod ab vniuerso seculo... et vanitate recedunt, vt omnino *[1 v. add.,* in omnibus *1le.]* suo... pro eorum *[1 v. add.* sua *1le.]* salute cruci suffixo *[1 v. add.,* affixo *1le.]* seruiant [inseruiant *pr.*] *Pol.* — 39-41 emendicare [emendicando *pr.*], vt possit ad male comedendum et male dormiendum assuescere. Atque *Pol.* — 40 ad indigentiam et incommoditatem *El.* — 41 vel rebus *Pol.* — 42 posset *Pol.* — 43 constituat *Pol.* — 45 melius visum fuerit, impendet *Pol.* — 47 *Post* sollicitudine *seq.* bonum sui exemplum in omnibus exhibendo *obl. Pol.* — 48 bonum... exhibendo *add. Pol.* — 50-51 priuatim nonnullos pro re nata et prout in Domino *Pol.;* prout in Domino *El.* — 55 aut in *Pol.* — 55-56 loco et hominum *Ant sqq.* — 58 quod fit *Pol.* — 60-63 illa... studia *add. Pol,* ea fieri omnino vel ex parte per totum probationis tempus, et aliquando hae aliquando illae praecedent, etiam in scholasticis studiorum tempore vel post ea *1le.* — 61 uel simul uel per partes *ac* et ut *Pol, El.* — 61-62 aliquando haec *[seq.* aliquando *obl.]* illa praecedant *Pol.*

---

[11] Cf. t. I, monum. 10, p. 53 n. 6, et monum. 35 p. 252 n. 6.

[12] Cf. t. I, ib.; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 152. In textu aliquo videtur statutum olim fuisse, ut peregrinatio subito post exercitia fieret, *Epist. Mixtae* I, 174; hujusmodi statutum non vidimus. Cf. et *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 220.

[13] Cf. *Epist. P. Nadal* I, 19 et 20, nn. 57, 65.

quando haec, aliquando illa praecedant: et a Scholasticis quidem, vel studiorum tempore vel post studia absoluta, habita personarum, locorum et temporum ratione, prout in Domino convenire videbitur. Illud [c] tamen omnino observabitur, ut, antequam Professi futuri professionem, et Coadiutores formati tria vota sua publica, licet non solemnia, emittant, duo anni experimentorum et probationum expleantur: et in Scholasticis, [f] studiis absolutis, praeter tempus, quo probantur ut Scholastici approbati censeantur, tertius alius annus [14], antequam ad professionem vel in Coadiutores formatos admittantur, in [g] variis probationibus, et speciatim in dictis, si prius illis perfuncti non sunt, immo quamvis perfuncti fuerint, in nonnullis earum, ad maiorem Dei gloriam, exigetur.

[c] *Sup.* c. 1 n. 12 et *Inf.* n. 41 et c. 6 n. 8 et P. 4 c. 3 n. 3 et P. 5 c. 1 n. 3 et c. 4 n. 3 et 6.

[f] *Sup.* c. 1 n. 12. *Inf.* c. 6 n. 8 P. 5 c. 1 n. 3.

[g] *Sup.* n. 9 et P. 5 c. 2 n. 1.

17. Quamdiu huiusmodi experimenta et probationes fiunt, nullus dicat ex Societate se esse [15]; sed potius, qui examinatus fuerit ad professionem ex parte ipsius Societatis (quamvis [h] ex parte sua cum indifferentia ad omnes gradus sit ingressus), cum loquendi occasio se obtulerit, dicere debet se in experimentis versari, atque optare se admitti in Societatem, quocumque in gradu ipsa Societas ad gloriam Dei eo uti volet: si ut Coadiutor examinatus fuerit, dicet se in probationibus adhuc esse, atque optare in gradum Coadiutorum recipi: simili modo de Scholasticis, et de aliis, qui [i] ut indifferentes examinati sunt, intelligatur; ut quisque iuxta sui examinis rationem respondeat.

[h] *Sup.* c. 1 n. 7 et 11.

[i] *Inf.* c. 8.

18. Circa huiusmodi experimenta diligenter, quod sequitur, est observandum; scilicet, ut, ubi [j] aliquis in primo experimento, nempe Exercitiorum Spiritualium, versabitur, is qui illum exercet, ad Superiorem referat, quid de eodem sentiat ad finem Societati praefixum.

[j] P. 2 c. 2, C.

---

65 tamen *add. Po1,* antem *Ile.; E4 habet in marg. una cum aliis locis* P. 4. C 4. n. 5, *qui non facit ad rem.* — 68 in *om. E1, 2, 3.* — 72-73 (si... sunt) *edd. omnes praeter E5, Matr., Fl, Ro; E5 et Matr habent ubique virgulam* (,); (imo... fuerint) *Fl, Ro;* vel in *Ant sqq.* * — 75 nullus de Societate se esse dicat *Po1.* — 76 fuit *Po1.* — 77 sua *add. Po1,* illius *Ile;* ingressus) interrogatus ab aliquo vel etiam non interrogatus, cum *Po1, E1.* — 79-80 versari, ac admitti in Societatem quocumque in gradu ipsius ministerio ad gloriam Dei vti velit [velint *pr.*], se exoptare: si *Po1.* — 81-82 fuit, dicet quod in... adhuc est, in gradum... recipi optando *Po1.* — 83 aliis indifferentibus dictum intelligatur *Po1, E1.* — 86-89 scilicet, cum aliquis... experimento exercitiorum... versabitur, vt ad... referat [referatur *pr.*] quid *[obl. et rest.]* de eo... praefixum is *[1 v. add.]* qui eum exercuit *Po1.*

---

* In Erratis tollit *Fl* signum parenthesis et ponit virgulam; item particulam *vel; Ro* hanc particulam retinet in textu, in notatione proponit delendam; v. *Proleg.* c. 5, a. 5, § 3. Et parenthesis signum et particulam *vel* sustulit editio novissima, a. 1936.

---

[14] V. annot. 11, p. 6.

[15] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, XII, 226.

[k] *Ibidem.*

19. [k] Cum in secundo, serviendi in hospitalibus, afferat qui probatur Gubernatoris testimonium, vel praefecti eorum qui inserviunt hospitali, de boni nominis odore, quem in eo reliquerit.

[l] *Ibidem.*

20. [l] Cum in tertio, peregrinationis, ab ultimo loco ad quem pervenit, vel non procul ab eo, testimonium ab aliquibus vel uno certe fide digno secum ferat, quod, suam devotionem secutus, sine ulla cuiusquam querela eo pervenit.

[m] *Ibidem.*

21. [m] Cum in quarto, exercendi se in officiis domesticis humilitatis, pro testimonio erit, data omnibus, qui Domi sunt, aedificatio.

[n] *Ibidem.*

22. [n] Ubi vero in quinto, de doctrina christiama, et sexto, de praedicatione, et confessionibus audiendis, vel de utroque munere obeundo versabitur; eius testimonium erit (siquidem Domi nostrae habitaverit) a domesticis accipiendum; et ex aedificatione, quam populus, ubi Domus est, acceperit: si praedicare et confessiones audire acciderit aliis in locis, extra huiusmodi populum ac Domum, testimonium afferre debet ab huiusmodi locis, ubi diutius versatus fuerit, vel a personis publicis (praecipuam habendo rationem Praelatorum Ordinariorum) quae fidem plane faciant quod cum doctrina sana ac bonae vitae exemplo, sine cuiusquam offensione verbum divinum seminavit, et officio Confessarii functus est.

23. Praeter haec testimonia, poterit Societas, quando id expedire videretur, curare ut aliunde certior fiat; ut ipsa sibi magis ad Dei et Domini nostri gloriam satisfaciat.

[o] P. 2 c. 2, C.

24. Si huiusmodi [o] testimonia in praedictis experimentis non afferrentur, diligenter causa inquirenda erit; curandumque, ut rei totius veritas intelligatur, quo melius omnia quae convenient provideri possint, ut melius bonitati divinae, ipsius gratia aspirante, inserviatur.

[p] P. 3 c. 1 n. 3 et C.

[q] P. 3 c. 1 n. 11 et P. 4 c. 4 n. 3 et B et P. 6 c. 3 n. 2.

25. Praeterea, [p] postquam Domi fuerit, egredi eam sine facultate non debet: et, [q] si laicus fuerit, confiteatur oportet, et sanctissimum Sacramentum Eucharistiae sumat octavo quoque die, nisi Confessario aliquod esse impedimentum ad communionem videretur[16]: si Sacerdos est, confitebitur, ut minimum, octavo quoque

---

90 Cum *om. Pol.* — 90-91 inseruiendi hospitalibus, adferat gubernatorum testimonium *Pol.* — 92 de bono odore *Pol.* — 93 Quando tertium *Pol.* — 95 quomodo suam... sequendo *Pol.* — 2 Cum quartum *Pol.* — 3 erit omnibus... data aedificatio *Pol.* — 4 Quando quintum... sextum *Pol.* — 6 versabitur *om. Pol.* — 6-8 testimonium, siquidem domi nostrae habitauerit, erit a domesticis... et ab... est, referet: si *Pol.* — 10-14 testimonium ab... fidem plene [plane *El*] faciant... functus est, accipiendum erit *Pol, El.* — 17 Dei ac *Pol.* — 21 possint, et melius *Pol, El.;* bonitati summae, ipsius *Pol.* — 23 egredi ab ea *Pol.* — 25-26 sumat *[add. Pol.]*... die *[seq.* sumat (sumant *pr.*) *obl. Pol]* si confessario... non videretur *Pol.* — 27 vt *add. Pol.*

---

[16] Ex hodierno Ecclesiae usu commendat regula 6 Summarii communionem quotidianam.

die, et crebrius Missae sacrificium offeret; simul ordinationes vel constitutiones alias Domus (ut in eius Regulis edoctus erit) observabit. [r] Omnes, qui Domi sunt, in addiscenda doctrina christiana se exercebunt; et [s] etiam in praedicatione illi, quibus Superior Domus id faciendum iudicabit; inter quos nullus erit eorum, qui in Coadiutores temporales admissi sint.

[r] P. 3 c. 1 n. 20.

[s] P. 3 c. 1 n. 21 et P. 4 c. 8 n. 3 et P. 10 n. 3.

26. [t] Sui victus, potus, vestitus et lecti rationem, si Societatem sequi velit, sibi persuadeat fore ut pauperibus accommodatam; quodque, quae vilissima erunt ex iis quae Domi sunt, ei tribuentur, propter ipsius maiorem abnegationem et spiritualem profectum [17], et ut ad quandam aequalitatem et veluti mensuram ab omnibus perveniatur. Cum enim, qui primi in Societatem convenerunt, per huiusmodi indigentiam ac penuriam maiorem rerum corpori necessariarum probati fuerint; qui post eos accedent curare debent, ut, quoad poterunt, eo pertingant quo illi pervenerunt, vel ulterius etiam in Domino progrediantur [18].

[t] P. 3 c. 2 n. 3 et **C** et P. 6 c. 2 n. 15 et 16 et **M**.

27. Ad haec, praeter reliquas peregrinationes et probationes sic declaratas, antequam Professi suam professionem, et Coadiutores sua vota emittant, et (si Superiori videbitur) Scholastici, antequam approbati censeantur et vota sua ac promissionem superius dictam faciant; per triduum suis constitutis temporibus, vestigia sequendo primorum de quibus mentionem fecimus, [u] ostiatim pro Christi Domini nostri amore mendicare debent, ut, contra quam est communis hominum sensus, ad divinum obsequium et laudem magis se possint submittere, magisque in spiritu proficere ad gloriam divinae maiestatis: [v] ut etiam magis sint dispositi ad id ipsum faciendum, quando illis iniunctum fuerit, vel conveniens aut necessarium erit, dum per varias mundi partes, iuxta quod eis praescriptum vel constitutum per Summum Christi Vicarium, vel eius loco per Superiorem Societatis fuerit, discurrent. Quandoquidem exigit nostrae professionis ratio, ut parati et in procinctu simus

[u] *Sup.* n. 12. C. 27 d. 166, 1°.

[v] P. 4 c. 2 n. 6 et P. 6 c. 2 n. 10 et 13 et I. et P. 7 c. 1, E. et c. 2, G.

---

28 simul a*dd. Pol,* ac *Ile.* — 33 sunt *Pol, El.* — 35 sibi persuadeat *Cong4,* cogitet *pr.* — 36 eis *Pol.* — 38-39 ad aliquam aequalis mensurae inter omnes modum veniatur *Pol.* — 41-42 accedent [accedant *pr.*] ad eam, curare... vt eo *Pol.* — 42 quoad poterunt *om. El, sed add. in Erratis;* ut eo, quoad poterunt, pertingant *E2*^{b}. — 44-45 Praeterea vltra reliquas *Pol;* reliquas probationes sic *Pol, El.* — 45 coadiutores formati *Pol.* — 50-52 contra quam est humanus sensus communiter in [quam... in *add. Pol,* humanum et communem sentiendi modum in *Ile.*] diuino obsequio et laude magis *Pol.* — 51 communis omnium affectus et sensus *El.* — 53 sint *add. Pol.*

---

[17] Cf. t. I, monum. 35, p. 253 n. 9; *Constitutiones Monasticae,* c. 30, PG. 31, 1419.

[18] Locus « qui post... progrediantur » deletus et restitutus est in textu *B;* cf. t. II p. 67, ll. 69-73, et t. I, monum. 46, p. 392, n. 12; tum *Constitutiones Monasticae,* ib.

ad ea omnia, quae quovis tempore in Domino nobis iniuncta fuerint,
[x] P. 4 c. 15 n. 4 et P. 6 c. 2 n. 7. nec [x] petendo nec exspectando praemium ullum in praesenti hac et labili vita; sed eam, quae undecumque aeterna est, ex summa Dei misericordia semper sperando.

[y] *Sup.* n. 13 et *inf.* n. 46 et P. 3 c. 1 n. 22 et 27. 28. Et [y] ad particularia quaedam descendendo, in probationibus humilitatis et abnegationis sui, et in exercendis officiis abiectis et humilibus (cuiusmodi sunt: in culina servire, domum everrere, et reliqua omnia servitia obire), promptius ea suscipi convenit, a quibus sensus magis abhorrebit; si quidem iniunctum fuerit ut in eis se exerceant [19].

[z] P. 3 c. 1 n. 24. 29. Cum [z] aliquis ad ministeria culinae obeunda ingredietur, vel ad eum iuvandum qui coquus est, eidem obedire cum magna humilitate in rebus omnibus ad ipsius officium pertinentibus debet. Si enim ei integram obedientiam non praestet, nec ulli ex Superioribus, ut videtur, praestaret: quandoquidem vera obedientia non considerat personam cui fiat, sed propter quem fiat: et, si propter solum Creatorem et Dominum nostrum fiat, eidem omnium Domino obeditur. Unde nulla ratione considerandum est, an sit coquus vel Superior Domus: an hic vel ille sit, qui iubet; quandoquidem nec illis nec propter illos, (sane intelligendo) ulla obedientia praestatur, sed soli Deo et propter solum Deum Creatorem ac Dominum nostrum.

D 30. Ideo melius est, ut coquus † non roget sibi inservientem', ut hoc aut illud faciat; sed cum modestia iubeat vel dicat: hoc fac, vel illud [20]. Si enim rogat, potius ut homo hominem alloqui videbitur: et coquum laicum rogare Sacerdotem, ut ollas abstergat, vel res huiusmodi faciat, nec decens, nec iustum videretur. Sed si iubeat vel dicat: fac hoc, vel illud, significabit magis, quod ut Christus homini loquitur, quandoquidem ipsius loco iubet: atque ita, qui obedit considerare ac perpendere vocem, a coquo vel alio

---

60 expectando *add. Pol*, sperando *Ile.* — 61 et umbratili vita, sed in ea *Pol.* — 64 et in *om. Pol.* — 65 sunt *[add. Pol*, est *Ile.]*: coco inseruire *Pol*, *El.* — 66 seruitia obire *et* suscipi *add. Pol*, ministeria) promptius ea suscipere *Ile.* — 69-70 obeunda *et* vel *om. Pol*, *El*, *sed add. in Erratis.* — 70 cocus *add. Pol*, ei praefectus *Ile.* — 72 praestat *Pol.* — 75 fit *Pol.* — 76 obedietur *Ci sqq.* — 76-77 cocus domus vel superior eius, an... sit *[5 vv. add. Pol*, vel si hic aut ille *Ile.]* qui *Pol.* — 79-80 Creatorem nostrum ac Dominum *Pol.* — 81 *Marg.* X *add. Pol*, T *Ile.* — 87 quandoquidem *add. Pol*, quando *Ile.* — 88 considerare et *Pol.*

---

[19] Novitiis vero ea promptius et alacrius agere convenit, a quibus sensus magis abhorrebit, si injunctum eis fuerit ut in illis se exerceant », *Constitutiones Ordinis FF. Eremitarum S. Augustini*, parte 1, c. 3, n. 12, apud Holsten, t. IV, p. 244; cf. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 1.

[20] De hoc modo loquendi cf. in t. I, monum. 46, n. 13, p. 392, observatum Salmeronis, quod ansam dedit S. Ignatio ad declarationem D huic loco apponendam.

qui sit ei Superior, egressam debet, ut si a Christo Domino nostro egrederetur, ut omnino placere divinae maiestati possit.

D. *Utrumque bonum est, rogare et iubere: nihilominus in initiis magis proficiet aliquis si iubetur, quam si rogaretur.*

---

31. Hoc ipsum in aliis humilibus officiis intelligatur, quando aliquis in eis ministerium suum impendit: atque [a] eodem modo accipiatur in † officialibus subordinatis', qui accepta a Superiore auctoritate Domum gubernant [21].

[a] P. 3 c. 1 n. 24 et P. 4 c. 10 n. 8.

E. *Cuiusmodi esse solent Minister et Subminister, vel alii qui in Collegiis similia munera gerunt.*

---

32. [b] Aegritudinis tempore, non solum observare unusquisque obedientiam magna cum puritate debet erga Superiores spirituales, ut ipsius animam regant; sed cum eadem humilitate erga medicos corporales et infirmarios, ut corpus eius regant; quandoquidem illi plenam ipsius sanitatem spiritualem, hi vero corporalem omnino curant. [c] Praeterea, qui aegrotat, humilitatem et patientiam suam prae se ferendo, non minorem aedificationem, dum morbo laborat, iis qui ipsum invisent, et cum eo versabuntur et agent, quam dum valebat corpore, ad maiorem Dei gloriam praestare curet [22].

[b] P. 3 c. 1 n. 17 et c. 2 **G.**

[c] P. 6 c. 4 n. 1.

33. Ad maiorem firmitatem omnium quae sic narrata sunt, et ad maiorem spiritualem profectum eius qui examinatur, interrogetur, an omnino obedientem se exhibere in omnibus, quae hic dicta et declarata sunt, velit, subeundo [d] et adimplendo quasvis paenitentias, quae propter defectus et negligentiam suam, vel quidvis aliud fuerint iniunctae.

[d] *Sup.* c. 1 n. 6 et *inf.* n. 41 et P. 3 c. 1 n. 15.

34. Re in Domino considerata, visum nobis est in divinae maiestatis conspectu mirum in modum conferre, ut [e] Superioribus subditi omnino perspecti sint; quo melius regi et gubernari, et per eos in viam Domini dirigi possint [23].

[e] *Inf.* n. 35 et P. 3 c. 1 n. 12 et P. 4 c. 10 n. 5 et P. 6 c. 1 n. 2.

---

91 *Marg.* 4 *add. Po2,* 5 *Ile ;* X *Pol.* — 92 initio *Pol, 2 ;* aliquis si *[1 v. add. Pol, 2,* dum ei *Ile.]* iubeatur [iubetur *Ile. Pol, 2*] quam si rogetur [rogaretur *Ile. Po 1, 2*] *Pol, 2.* — 94 atque *add. Pol,* vt *Ile.* - 95 *Marg.* Y *add. Pol,* V *Ile.* — 2 *Marg.* 5 *add. Po2,* 6 *Ile ;* Y *Pol.* — 3 Collegiis horum munus gerunt *E1,* collegiis horum locum habent *Pol, 2.* — 7 infirmarios *Cong4,* infirmorum praefectos *pr.;* corpus suum *Pol.* — 11 eis *Pol.;* et agent *obl. Pol.* — 14 ad *om. Pol.;* eius... examinatur *add. Pol,* ipsius *Ile.* — 17 propter errores et *Pol.*

---

[21] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 615-616.

[22] *Monum. Ignat.* ser. 1ª, V, 562; VI, 130; IX, 260-261, caet.

[23] Cf. t. I, monum. 38quinquies, pp. 339-346, ubi proponitur casus, quem vocant, ab Aegidio Foscarari, magistro sacri palatii, solutus.

35. Praeterea, quanto exactius Superiores res omnes internas et externas suorum noverint, tanto maiori cum diligentia, amore et sollicitudine iuvare eos, ipsorumque animas a variis malis et periculis, quae in progressu possent accidere, conservare poterunt. [f] Cum etiam semper parati esse, iuxta nostrae professionis rationem et procedendi modum, ad discurrendum per has et illas mundi partes debeamus, quandocumque per Summum Pontificem, vel Superiorem nostrum immediatum fuerit nobis iniunctum; ut melius secundum Dei voluntatem huiusmodi missiones fiant, his et non illis mittendis, vel his ad hoc munus, illis vero ad alia; non solum refert valde, sed summopere, ut Superior [g] plenam habeat notitiam propensionum ac motionum animi, et ad quos defectus vel peccata fuerint vel sint magis propensi et incitati, qui sub eius cura sunt; ut, eius rei habita ratione, melius ipsos dirigere possit, nec supra mensuram virium suarum in periculis vel laboribus gravioribus, quam in Domino ferre suaviter possint, constituat: et etiam, ut (quae audit sub secreti sigillo custodiendo) melius Superior possit ordinare ac providere, quae corpori universo Societatis conveniunt.

[f] P. 3 c. 2, G et P. 4 *Prooe.* A et P. 7 c. 1 n. 1 et c. 2, H.

[g] *Sup.* n. 34.

36. Ideo, quicumque hanc Societatem in Domino sequi volet, et in eadem ad maiorem Dei gloriam manere, priusquam ad primam probationem accedat, vel postquam ingressus fuerit, antequam generaliter examinetur, vel post examen, intra aliquot menses (si Superiori differendum videretur) sub sigillo confessionis vel [h] secreti, vel quacumque ratione ei placuerit et ad maiorem ipsius consolationem fuerit, debeat conscientiam suam magna cum humilitate, puritate et charitate manifestare, re nulla, qua Dominum universorum offenderit, celata; et totius anteactae vitae rationem integram, vel certe rerum maioris momenti, Superiori, [i] qui tum fuerit Societatis, vel cui ex Praepositis vel aliis ex inferioribus ille iniungeret, prout magis convenire videretur, reddat: ut melius omnibus in Domino prospiciatur, ipseque magis in spiritu, cum gratia uberiori, ad maiorem divinae bonitatis gloriam proficiat.

[h] C. 12 d. 15.

[i] C. 5 d. 58.

37. Sic igitur progredientes in gratiae atque spiritus incremento, plenoque cum desiderio ingrediendi et perseverandi quamdiu vixerint in hac Societate, tantumdem [j] facient aliquoties, antequam ad professionem qui Professi, et ad sua vota qui Coadiutores formati sunt futuri, admittantur: et id, quo sequitur modo.

[j] *Sup.* n. 36.

---

27 rationem *om. Pol.* — 32 his ad... ad alia *add. Pol*, his in hoc munere, illis in aliis *Ile.* — 36 ipsos... possit *add. Pol*, ipsi dirigi possint *Ile.* — 38 suauiter ferre *Pol;* constituat *add. Pol*, constituantur *Ile.* — 48 puritate *add. Pol;* quae *Pol.* — 51 *Alterum* ex *om. Pol.* — 55 Sic... incremento *add. Pol*, Cum hi progrediantur eo modo augescente gratia in dies et spiritu *Ile.* — 56 que *add. Pol.* — 57 facient non semel antequam *Pol, El.* — 59 id modo sequenti *Pol.*

38. Postquam primo aliquis eorum integram vitae rationem Superiori Domus reddidit, [k] ab eodem die inchoando, prioribus quae eidem dixit non repetitis, iterum post semestre proximum, plus minus, ei, vel cui a Superiore fuerit constitutum vitae rationem reddet. Deinde, a secunda hac ratione incipiendo, eodem ordine procedetur; et sexto quoque mense rationem hanc sui quisque reddet. Ultima vero, circiter triginta dies antequam Professi futuri suam professionem, et Coadiutores sua vota emittant, reddetur.

[k] *Sup.* n. 36.

39. Scholastici [l] eodem modo procedent, praeterquam quod, absolutis suis studiis, cum primum rationem vitae suae reddent, ab ultima quam reddiderunt in Domo unde ad studia missi sunt, vel ab initio vitae, si aliqua de causa numquam reddiderunt, incipient.

[l] *Sup.* n. 36 et P. 4 c. 10 n. 5.

40. Sic [m] etiam videtur quod Coadiutores formati et Professi, si alicubi agent ubi Praepositi alicuius Societatis obedientiae subiaceant, singulis annis, vel crebrius si Praeposito videbitur, suae conscientiae rationem dicto modo, ab ultima quam reddiderunt incipiendo, ei reddant [24].

[m] *Sup.* n. 36 et P. 6 c. 1 n. 2 et P. 9 c. 3 n. 19.

41. Qui senserit ad omnia quae dicta sunt animum ac vires sibi a Domino dari, ac ad maiorem Dei gloriam fore, suaeque animae magis salutiferum iudicat in corpus huius Societatis admitti; [n] praeter litterarum apostolicarum et Constitutionum et reliquorum quae ad eius Institutum pertinent, ipso initio, ac postea sexto quoque mense, ut dictum est, considerationem, [o] debet generalem vitae totius confessionem apud aliquem Sacerdotem a Superiore assignatum, propter multiplicem spiritus utilitatem, quae ea in re deprehenditur, facere [25].

[n] *Sup.* c. 1. n. 13 et G et P. 1 c. 4 n. 5.

[o] *Sup.* n. 10 et P. 1 c. 4 n. 6.

Quod si aliquando generaliter confessus fuerit alicui de Societate, vel in Exercitiis Spiritualibus, vel extra illa, satis erit generalem confessionem ab alia etiam generali ad id usque tempus inchoare, et post eam sacratissimum Christi Domini nostri corpus sumere: et sic sexto quoque mense, eodem modo generaliter, ab ultima inchoando, confitebitur. Demum, continuum puritatis ac virtutum

---

60 vitae suae *Pol.* — 63 vitae suae *Pol.* — 69-71 studiis ad domum 'vnde missi sunt', rationem reddere uitae suae ab ultima quam 'ibi' reddiderunt, uel ab initio... nunquam 'id fecissent' *CompE.* — 85 facere *add. Pol,* instituere *Ile.* — 88 inchoari *Pol, E1, 2, 2b.* — 90 generaliter *add. Pol,* generatim *Ile.*

---

[24] « Reddendam esse Superiori rationem conscientiae » pertinet ad substantialia Instituti Societatis Jesu, « quod praescriptum post Codicem approbavit et confirmavit Sancta Sedes » *Epitome*, 22, § 7, 3°.

[25] *Statuta FF. Vitae Communis* aiebant: « Confessiones Fratrum ipse [rector] audiet, assumpto Vicerectore et si quos alios ad hoc duxerit assumendos », Miraeus, *Codex Regularum*, p. 146. Haec statuta erant domorum Monasteriensis, Coloniensis, Vesaliensis. Cf. et S. Basilius, *Regulae fusius*, interr. 26, PG. 31, 986.

augmentum, et inflammata in Domino desideria multum in hac Societate divinae maiestati serviendi procurando, [p] exactis duobus annis probationis, et se perpetuo obedientem exhibendo, et in sua conversatione et variis experimentis aedificationem praebendo, [q] ac paenitentias pro erratis et negligentiis et defectibus iniunctas magna cum humilitate subeundo; si et [r] ipse, et Societas vel Superior Domus contenti fuerint, in Societatis corpus admitti poterit, [s] consideratis prius litteris apostolicis et Constitutionibus, et confessione generali peracta, ut superius est dictum. Quam ut melius instituat, seseque in sua prima deliberatione confirmet, per unius hebdomadae spatium se colligendo, et aliqua Spiritualia Exercitia ex iam factis vel aliis faciendo [26]; postremo suam oblationem ac vota, sive solemnia sint in Professis, sive simplicia in Coadiutoribus et Scholasticis, quemadmodum in Constitutionibus declarabitur, ad maiorem Dei gloriam uberioremque fructum animae suae emittat.

[p] *Sup.* c. 1 n. 12 et P. 4 c. 3 n. 3 c. 4 n. 5 P. 5 c. 1 n. 3 et c. 4 n. 3 et 6.

[q] *Sup.* n. 33 et c. 1 n. 6 et P. 3 c. 1 n. 15.

[r] C. 9 d. 39 n. 1.

[s] *Sup.* c. 1 n. 13 et G.

42. Admoneantur, quod, [t] votis huiusmodi emissis, iuxta tenorem litterarum apostolicarum non possint ipsi ad alias Religiones, sine facultate a Superiore Societatis concessa, transire [27].

[t] C. 4. d. 53.

43. Quod si, exacto probationis tempore, contentus quidem ipse est, et exoptat sic ad professionem vel in Coadiutorem vel in Scholasticum admitti; verum dubitaret Societas de ipsius talento vel moribus; securius [u] erit in alium annum, vel tempus quod videbitur, id prorogari; donec utrique parti plene in Domino sit satisfactum.

[u] *Sup.* c. 1 n. 12 et P. 5 c. 1 n. 3 et C.

44. Praeterea diligenter animadvertant oportet qui examinantur, (magni faciendo, summique momenti id esse ducendo in conspectu Creatoris ac Domini nostri) quantopere iuvet ac conferat ad vitae spiritualis profectum, omnino, et non ex parte, abhorrere ab omnibus quae mundus amat et amplectitur; et admittere et concupiscere totis viribus quidquid Christus Dominus noster amavit et amplexus est. Quemadmodum enim mundani homines, qui ea quae mundi sunt sequuntur, diligunt et quaerunt magna cum diligentia

---

93 procurando *add. Pol*, curando *Ile.* — 94 obedientem perpetuo *et* sua in *Pol.* — 1 pro suis erroribus et *Pol.* — 3 Societatis *add. Pol*, eius *Ile.* — 3-4 consideratis tamen prius *Pol.* — 7 se recipiendo et *Pol*, *El.* — 7-8 ex prius [primis *El*] dictis vel *Pol*, *El.* — 12 'Admoneantur quod' *add. Pol*, emissis, admoneantur quod *Ile.* — 13 possint ipsi *add. Pol*, posse ipsos *Ile.* — 15 Quod *add. Pol*, Cum haec ita se habeant *Ile.* — 15-16 quidem ipse *add. Pol.* — 16 exoptat ipse *Pol*, ipse *obl. Po2.* — 16-17 in coadiutorem formatum vel in [in *om. Pol*] scholasticum approbatum *Pol*, *2*, *El*, *in Erratis El dicitur* Tolle formatum et approbatum; formatum *et* approbatum *add. Po2.* — 17 dubitat *Pol*, *2.* — 25 admittere ac *Pol.* — 27 Quemadmodum enim *add. Pol*, sicut *Ile.*

---

[26] Simile quid praecipit jus canonicum, can. 571, § 3.

[27] Prohibuit Paulus III in bulla « Licet debitum », 18 Octobris 1549, t. I, monum. 39, p. 361 n. [6].

honores, famam, magni nominis existimationem in terra, sicut mundus eos edocet; sic, qui procedunt in spiritu et serio Christum Dominum nostrum sequuntur, amant et ardenter exoptant quae iis omnino contraria sunt; indui, nimirum, eadem veste ac insignibus Domini sui pro ipsius amore ac reverentia: adeo ut, si sine offensione ulla divinae maiestatis et absque proximi peccato foret, vellent contumelias, falsa testimonia et iniurias pati, ac stulti haberi et existimari (nulla tamen ad id per eos data occasione) eo quod exoptant assimilari ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum nostrum IESUM Christum, eiusque vestibus et insignibus indui: quandoquidem illa ipse propter maiorem profectum nostrum spiritualem induit, nobisque exemplum dedit, ut in omnibus, quoad eius fieri poterit divina gratia aspirante, eum imitari et sequi, cum vera sit via, quae ducit homines ad vitam, velimus. Igitur interrogentur, an huiusmodi desideria tam salutaria, et ad perfectionem animarum suarum tam fructuosa, in se sentiant [28].

45. Quod si quis, propter humanam nostram debilitatem ac miseriam, in se huiusmodi tam inflammata in Domino desideria non sentiret, interrogetur, an certe desiderium in se sentiat huiusmodi desideria sentiendi [29]. Si affirmando responderit, optare se nimirum huiusmodi tam sancta desideria animo concipere; quo melius ad eorum effectum perveniatur, interrogetur, an decreverit paratusque sit huiusmodi iniurias, illusiones et opprobria in Christi insignibus inclusa, et alia quaevis quae ei inferrentur, sive per quemvis ex Domo vel Societate (in qua obedire et humiliari ac aeternam beatitudinem consequi exoptat) sive extra eam per quemvis viventium, nulli malum pro malo, sed bonum pro malo reddendo, admittere, et patienter cum DEI gratia ferre.

46. Ut melius ad hunc perfectionis gradum in spirituali vita tam pretiosum perveniatur, eius maius ac impensius studium sit

---

29 honores scilicet *[1 v. add. Po1]* famam *Po1, 2, E1, 2, 2b, 3* * — 31 *Marg.* i6a P pa *Po2; signum separationis est ante verbum* quae *quod in E1 est longe post mediam pag. 31.* — 34 maiestatis foret *1le. Po2;* maiestatis foret nec proximis vitio verteretur, vellent *Po1,* foret *add. Po2.* — 36 id *[seq.* existimandum *obl. Po1]* data *Po1, 2, E1.* — 38 ac eius *Po1.* — 39 illa *Cong4,* illas *pr.* — 41 eius *add. Po2.* — 42-44 interrogetur... animae suae... sentiat *Po1, 1le. Po2.* — 45 Vbi propter *Po1.* — 46-47 non in se... sentiret *Po1, 1le. Po2,* in Domino *om. Po2, E1.* — 51-52 Christi vestibus inclusa *Po1.* — 52-53 de domo *Po1.* — 54 *Marg.* Pa pa *Po2, sine numero nec signo separationis in textu.*

---

* Omissio particulae *scilicet* non exprimitur inter emendata congregationis quartae. At vide in Appendicibus monumentum authenticum, ubi dicitur, notari tantum praecipua.

---

28 Multa et pulcherrima hujus doctrinae exempla invenies in *Monum. Ignat.* ser. 1a, 1, 1, 86-88, 296-298; VII, 446-447; VIII, 452-453; IX, 382-384, 450 caet.

29 Cf. *De imitatione Christi,* IV, 14, 3.

[v] *Sup.* n. 28 et *inf.* c. 6 n. 6 et P. 3 c. 1 n. 22 et 27.

[v] quaerere in Domino maiorem sui abnegationem, et continuam in rebus omnibus, quoad poterit, mortificationem [30]. Nostrum autem erit in eisdem iuxta gratiam, quam Dominus nobis conferre ad suam maiorem laudem ac gloriam dignabitur, eum iuvare.

De alio examine, ad particularia aliquanto magis descendente, quod eruditis, et Coadiutoribus spiritualibus, et Scholasticis convenit. Cap. V.

1. Quo melius intelligi atque cognosci queant quae ad huiusmodi homines spectant, unusquisque eorum interrogetur: ubi studuerit, qua in facultate, quibus auctoribus ac doctrinae deditus, quantum temporis studiis impenderit, quantumque suo iudicio profecerit, ac nominatim quam sit ei familiaris latina lingua [1].

2. An ad gradus artium liberalium, vel theologiae, vel iuris canonici, vel alterius cuiusvis facultatis sit promotus.

[a] P. 1 c. 2 n. 7.

3. An [a] existimet se memoria, ad bene capiendum et retinendum quod didicerit, esse praeditum.

[b] P. 1 c. 2 n. 6.

An [b] sibi videatur pollere intellectu, qui cito ac bene penetret ea quibus studuerit.

An in se propensionem naturalem aut voluntariam ad studia sentiat.

4. An existimet studia sanitati sui corporis aliquid detrimenti attulisse.

[c] P. 1 c. 2 n. 11.

An [c] vires sibi corporales et spirituales suppetere sentiat ad labores, qui in Societate requiruntur, ferendos, sive in studiis, quamdiu illis vacat, sive in vinea Domini, cum in ea laborandum est.

---

59 sui maiorem *Po1, Ile., Po2.* — 60 *Marg.* Pa pag. *Po2; signum separationis in textu est ante v.* poterit, *quo incipit pag. 33 E1.* — 61-62 ad ipsius maiorem *Po1, Ile. Po2.*

2 quod litteratis *Po1.* — 4 *Marg.* 46 *Po2.* — 6 quibus doctoribus *[seq.* vel *obl.] Po1;* deditus *add. Po1,* addictus *Ile.* — 8 nominatim *add. Po1,* speciatim *Ile.* — 9 *Marg.* 47 *Po2.* — 10 vel alius cuiusuis *Po1.* — 11 *Marg.* 48 *Po2.* — 13-14 videatur praeditus *[1 v. add. Po1,* donatus *add. et obl.]* intellectu [intellectus *et* intellectum *Po1 pr.*] qui... studuerit *[seq.* donatum esse *obl. Po1] Po1, 2, E1; marg.* 2ª pag. *Po2; signum separationis in textu est ante adv.* bene *versu 13; prius erat signum hoc ad versum 12, ibique ad marg.* 2ª pag. *nunc obl.* — 17 *Marg.* 49 *Po2.* — 19 *Deest* sentiat *Po1.* — 21-22 laborandum esse sentiat *Po1.*

---

[30] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, XII, 151-152.

[1] Ex initio hujus capitis quaedam transiisse videntur in *Constitutiones Congregationis pro Missionariis Immaculati Cordis B. Mariae Virginis;* aiunt enim Scholasticus Postulans interrogandus erit: ubi studuerit, qua in facultate; quibus auctoribus ac doctrinae deditus, quantum temporis studiis impenderit; quam familiaris sit ei lingua latina » caet. Parte 1, c. 18, n. 77; v. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 4.

5. Si Sacerdos fuerit, an se in audiendis confessionibus vel in predicatione, vel aliis ministeriis ad proximum iuvandum exercuerit.

6. Cum ad huiusmodi officium ac ministerium divini verbi seminandi, et spirituali proximorum auxilio attendendi, litterarum bonarum sufficiens eruditio requiratur; et Scholasticos etiam aliquod sui profectus in litteris, quibus studuerunt, specimen praebere oporteat, omnes examinentur [2]. [d] Quod fiet, si quisque lectionem unam in quavis facultate, cui operam dederit, praelegat; et postea exhortationem unam quisque (idque ante egressum a prima probatione) faciat: et postea, in secundam ingrediendo, si ei fuerit iniunctum, ut inferius dicetur, hoc ipsum faciet. [d] P. 1 c. 4 n. 5.

7. Praeterea intelligat (si Sacerdos est, vel quandocumque promotus ad Sacerdotium fuerit) quod confessiones nec domi nec foris audire, nec ulla sacramenta ministrare sine peculiari probatione, aedificatione et facultate sui Superioris per totum probationis tempus debet: sed nec publice Missam dicere debet, donec coram aliquo vel pluribus domesticis privatim eam dicat, et admoneatur, [e] ut in modo dicendi conveniat cum aliis de Societate inter quos agit, et se ad aedificationem eorum, qui illam sunt audituri, componat [3]. [e] P. 4 c. 8 n. 2 et P. 8 c. 1 n. 8.

8. Ad maiorem humilitatem et perfectionem eruditorum, Coadiutorum spiritualium et Scholasticorum, si de eo qui in Societatem est ingressurus dubitatur, an idoneus sit futurus ut ad professionem, vel in Coadiutorem spiritualem, vel Scholasticum eius admittatur; cum id tamquam certissimum statuatur, quod multo melius et perfectius sit, ut ipse iudicari et regi se a Societate sinat; quandoquidem non minus quam ipse, quod exigitur ut in ea maneat, Societas intelliget; ipsi vero maiori humilitati et perfectioni tribuetur, maioremque dilectionem ac fiduciam in his, a quibus est

---

23 *Marg.* 50 *Po2; signum* 5 *in aliis exemplaribus E4 om., in aliis adest.* — 24 aliis mediis ad *Pol.* — 25 *Marg.* 51 *Po2.* — 27 sufficienti eruditione praeditum esse et *Pol.* — 28 studuerint *Ile. Po2.* — 32 eis *Pol*, *Ile. Po2.* — 33 (vt videbitur) *Pol, 2, E1;* tantundem faciet [facient *Pol, Ile. Po2] Pol, 2.* — 34 *Marg.* 52 *Po2.* — 37 *Marg.* 3ª pag. *Po2; signum separationis est ante v.* facultate; *prius erat ante v.* cumque *l. 34 ibique ad marg.* 3ª pª *nunc obl.* — 38 tempus potest *Pol, 2, E1.* — 43 maiorem utilitatem et *Fl Ro; marg.* 53 *Po2.* — 43-44 *Deest* 8 *E2;* Ad... scholasticorum *est ut titulus E2, 3, Pol, Ile. Po2; Cong4 jussit adjungi textui, ut in E1.* — 43 literatorum *Pol.* — 44 scholasticorum secundum institutum Societatis *Pol;* in *om. Pral sqq.* — 45 sit pro *Ile. imp. Pol.* — 46 spiritualem formatum *Pol, 2, E1.* — 47 statuatur *add. Pol.* relinquatur *Ile.*

---

[2] Cf. t. I, monum. 35, p. 254 n. 11.

[3] Est hic locus emendatus in textu hispano manu Polanci secundum indicationem Salmeronis, cf. textum hispanum *A* et *B*, t. II p. 92 l. 5 et p. 93 l. 63, et t. I, monum. 46, n. 16, p. 392.

[f] *Sup.* c. 1 n. 7 et 11 et c. 4 n. 17 et *inf.* c. 8.

gubernandus, ostendet; [f] interrogetur, an velit proprium sensum ac iudicium Societati submittere vel eius Superiori, ita ut acquiescat eius sententiae; sive inter eos illum constituat, qui in Societate professionem emittunt et Christi Domini nostri Vicario obligantur, sive inter Coadiutores, sive inter Scholasticos Societatis, in studiis ulterius progrediendo. Interrogetur ulterius, si Superior vellet semper eumdem, solum ut Coadiutorem, in rebus exterioribus Societatis curandis occupari, ac sic in suae animae salutem incumbere; an paratus sit in humilibus et infimis officiis se exercere, vitamque omnem in utilitatem et auxilium eius exigere; sibi persuadendo, quod dum ei inservit, Creatori ac Domino suo (pro cuius amore et debita reverentia omnia facit) inservit.

De alio examine ad solos coadiutores accommodato. Cap. VI.

1. Ad maiorem rei notitiam, declaretur unicuique ex huiusmodi Coadiutoribus latius, quod in initio attingebatur: [a] quod scilicet in hanc Societatem Coadiutores spirituales et temporales admittuntur: [b] spirituales quidem, qui Sacerdotes sunt et litteris sufficienter ornati, ut in rebus spiritualibus Societatem iuvent; [c] temporales vero, ad sacros Ordines non promoti, cum litteris vel sine illis, in rebus externis, quae necessariae sunt, possunt iuvare [1].

[a] *Sup.* c. 1 n. 9 et P. 5 c. 2 n. 4 et c. 4 n. 1. 2 et 3.

[b] P. 1 c. 2 n. 5.

[c] P. 1 c. 2 n. 2.

2. Priorum magis proprium est Societatem in audiendis confessionibus, in exhortationibus, in doctrina christiana et aliis litteris edocendis iuvare. His vero eaedem gratiae ad animarum auxilium communicari possunt, quae Professis ipsis solent.

52-54 an proprium... sententiae velit *Po1.* — 54 siue *add. Po1,* nimirum vt *Ile.;* illum constituat *add. Po1.* — 54-55 professionem *add. Po2,* qui professionem in *Ile.* — 55 et voto speciali Christi *Po1, 2, E1, in Erratis E1 dicitur,* Tolle voto speciali. — 56 *Primum* siue *add. Po1,* vel inter coadiutores *Ile.* — 56-57 siue... Societatis *add. Po1.* aut scholastici eius in studiis... progrediendo, sint *Ile.* — 58 semper *om. Po1, 2, E1.* — 58-59 eundem *[seq.* dum tamen animae suae saluti vacaret *obl. Po1.]* solum in *[pro* in *est* ut *Po2]* coadiutorem ad res exteriores Societatis curandas *[seq.* semper *obl. Po1]* occupari *Po1, 2.* — 59 ac sic *[1 v. sup.]*... salutem uacare *add. Po1; marg.* 4ª pag. *Po2; signum separationis est ante v.* animae, *quo incipit p. 36 E1; prius erat ante versum* statis in studiis *l. 56.* — 60 exercere, exigere *Ile. Po1.* — 63 debita *om. Po1.*

5 hanc Societatem *add. Po1,* hac Societate *Ile.* — 6 qui *ac* et *add. Po1.* — 6-7 literis mediocriter ornati *Po1.* — 10 Priorum proprium est magis *Po2, E1, add. Po1,* Priorum magis est *Ile.* — 12 *Marg.* 5ª pag. *Po2; signum separationis in textu est ante v.* gratiae; *p. 37 E1 incipit vv.* eaedem gratiae; *prius erat ad vv.* Posteriorum magis *l. 14.* — 12-13 His uero eaedem *et* communicari... solent *add. Po1,* iuuare et gratiae eaedem quae professis ad animarum auxilium eis possunt communicari *Ile.*

---

[1] Cf. in t. I, breve Pauli III, 5 Junii 1546, monum. 23, n. [2] p. 171.

3. Posteriorum [d] magis est proprium (licet possint in rebus maioribus, pro talenti eis a Domino concessi ratione occupari) ut in ministeriis omnibus inferioribus et humilioribus, quae ipsis iniungentur, se exerceant; persuasi, quod, Societatem iuvando [e] quo melius illa saluti animarum vacare possit, eidem omnium Domino servient; quandoquidem propter divinum ipsius amorem ac reverentiam id faciunt. Ideo prompti esse cum omni humilitate et charitate, quoad fieri poterit, debent ad officia, quae eis credita fuerint, exacte obeunda. Quo fiet, ut non solum mercedem suam integram habeant, sed participes sint omnium bonorum operum, quae Deus per universam Societatem ad obsequium et laudem suam operari dignabitur, et omnium indulgentiarum et gratiarum, quae Professis ad suarum animarum bonum a Sede Apostolica concessae fuerint.

[d] *Inf.* c. 8 n. 2 e P. 1 c. 2 n. 2 e P. 4 c. 6, B.

[e] P. 1 c. 2, A

4. Et [f] nihilominus eniti debent in colloquiis spiritualibus, ad maiorem utilitatem spiritualem proximorum, aliquid conferre, et quod noverint docere, et ad bene agendum quoscumque poterunt (quandoquidem unicuique Deus proximi sui curam dedit) excitare [2].

[f] P. 7 c. 4 n. 8.

5. Si quis instructus et examinatus fuerit, ut sit futurus spiritualis Coadiutor, sic vacare debet rebus spiritualibus, quae cum sua prima vocatione proprie sunt coniunctae, ut [g] in posterum directe vel indirecte, per se vel alium innovare, aut mutationem aliquam a sua vocatione in aliam, scilicet a gradu Coadiutoris spiritualis ad Professi vel Scholastici vel Coadiutoris temporalis gradum, tentare non debeat; sed cum omni humilitate atque obedientia incedere ac progredi eadem via, quae ipsi ab eo qui nescit mutationem, et in quem illa non cadit, ostensa est [3].

[g] P. 5 c. 4 n. 5.

6. Eadem ratione, si quis examinatus et instructus fuerit, ut sit futurus Coadiutor temporalis; sic se totum rebus quae cum sua prima vocatione proprie sunt coniunctae addicat, ut [h] non curet ulla ratione a statu Coadiutoris temporalis in statum spiritualis, vel

[h] P. 5 c. 4 n. 5.

14-17 Secundorum (licet... occupari) magis est proprium *[1 v. add.]* in ministeriis inferioribus... se exercere *Po1.* — 15 pro talentis *Ie. Po2.* — 16 omnibus *om. Po2, E1.* — 17 credentes [credendo *pr.*] quod Societatem iuuando *[2 vv. add.*, Societate iuuanda *Ie.] Po1.* — 18 illa *om. Po1.* — 22 solum portionem suam *Po1, Ie. Po2.* — 23 bonorum *add. Po1,* priorum *Ie.* — 25 dignatur *Po1, 2, E1.* — 26 concessae fuerint *add. Po1,* concedentur *Ie.* — 27 'Et' *add. Po2,* Et *Ie.* — 31 vt qui sit futurus *[3 vv. add.] Po1.* — 32-33 quae... coniunctae *add. Po1, seq.* ut in posterum in aliam, scilicet a gradu *add. et obl.,* accommodatis et institutis iuxta primam suam vocationem *Ie.* — 34 *Marg.* 6ª pag. *Po2; signum separationis est ante v.* per, *paulo post* 6 pª *obl.* — 35 scilicet *add. Po1.* — 37 non debeat *add. Po1,* tentare debet *Ie.;* obedientia perfecta *Po1.* — 38 quae ei ab *Po1, 2.* — 40-41 ut futurus *[1 v. add.] Po1.* — 41-42 totum... coniunctae *add. Po1,* rebus accommodatis et ordinatis iuxta suam primam vocationem *Ie.* — 42 propria *Ie. Po2.*

---

[2] Cf. Eccli. 17, 12; et *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 179-180.

[3] Est ad hunc locum notatio Salmeronis (t. I, monum. 46, n. 17 p. 393), quae fortasse occasionem dedit declarationi A, infra, c. 8, et F, *Const.* V, 4.

Scholastici, aut Professi progredi; nec etiam (si in suo eodem maneat) plus litterarum addiscere, quam sciebat cum est ingressus, curet [4]: sed perseverare magna cum humilitate debet, in omnibus Creatori ac Domino suo iuxta primam suam vocationem inserviendo, [i] ac sollicite in abnegationis sui ipsius profectum et verarum virtutum studium incumbendo.

[i] *Sup.* c. 4 n. 46 et P. 3 c. 1 n. 27.

7. Interrogentur huiusmodi, ut de re propria suae vocationis, an [j] contenti et quieti sint futuri, in obsequio Creatoris et Domini sui, in officiis ac ministeriis abiectis et humilibus ad auxilium Domus et Societatis pertinentibus, cuiuscumque rationis illa sint, parati ad vitam omnem in eis exigendam; sibi persuadendo, quod ea in re obsequium et laudem praestant suo Creatori et Domino, dum omnia propter divinum ipsius amorem et reverentiam agunt.

[j] P. 1 c. 2 n. 2.

[k] *Sup.* c. 1 n. 12 et c. 4 n. 16 et P. 5 c. 1 n. 3.

8. Omnes Coadiutores, tam spirituales quam temporales, [k] exacto biennio quod experimentis et probationibus datur, et [l] uno adhuc anno, si Scholastici fuerint (ut prius est declaratum) [5] [m] si velint in Societate manere, et ipsa vel Superior eius contentus fuerit, [n] oblationem suam trium votorum facient (quae publica, licet non solemnia, sint, iuxta litteras apostolicas Iulii III) obedientiae, paupertatis et castitatis, ut initio diximus; et exinde Coadiutores formati, vel spirituales, vel temporales censendi sunt; ita ut † ex [o] parte ipsorum ligati' ad semper vivendum et moriendum in Domino in hac Societate, ad divinae maiestatis gloriam maiusque meritum et stabilitatem propriam maneant. Nihilominus Societas vel eius Superior, qui commune bonum debet intueri, cum eorum opera ad maius Dei obsequium se non iuvari, sed contra potius accidere, cerneret; eos dimittere et a sua Congregatione separare potest: et [p] tunc illi omnino liberi, nulloque voto obstricti, remanent.

[l] *Sup.* c. 1 n. 12 et c. 4 n. 16 et P. 5 c. 1 n. 3.

[m] C. 9 d. 39 n. 2.

[n] *Sup.* c. 1 n. 9 et P. 5 c. 4 n. 1, 2 et 3, et A et B.

A

[o] P. 5 c. 4, B.

[p] P. 2 c. 4 n. 3 et P. 5 c. 4, B.

---

46 curet *add. Po1*, conetur *Ile.* — 48 sui *[seq.* ipsorum *obl.]* profectum *Po1.* — 48-49 verarum ac solidarum virtutum *Po1, 2, E1.* — 50 re maxime propria *Ile. Po1.* — 52 ministeriis inferioribus ac humilioribus *[2 vv. om. E1]* ad *Po1, 2, E1.* — 55 re inscriuint et laudant suum Creatorem ac Dominum *Po1, 2.* — 56 omnia *add. Po1; marg.* 7ª [8ª *pr.*] pª *Po2; signum separationis in textu est aute* vv. et reuerentiam *quibus incipit E1 p. 39.* — 57 'Omnes' *add. Po2*, Omnes *Ile.* — 59 fuerunt *Po1, 2,* fuerint *Ile. Po2.* — 61 oblationem... facient *add. Po1,* sua cum oblatione *Ile.* — 62 sunt *Ile. Po1.* — 63 diximus, Deo se consecrabunt *Ile.* — 64 *Deest littera marg. Po1, 2, E1, sed in E1 notatur in Erratis deesse* A *marg.;* sunt *add. Po2.* — 65 ligati omnino ad viuendum *Po1, 2, E1.* — 65-66 in hac et cum hac *Po1.* — 66 ad maiorem diuinae *Po1, 2, E1, 2ᵇ.* — 67 *Marg.* A *add. Po1,* X *Ile.* — 71 remaneant *Ile. Po2.*

---

[4] Verba nec etiam... curet, ni tampoco... quando entró addita a Polanco textui *B* (t. II p. 103), continent regulam quam fecit Ignatius anno 1555, cf. *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 316; fortasse tunc etiam addita sunt textui verba illa. Cf. etiam S. Basilius, *Regulae brevius*, interr. 95, PG. 31, 1150. Nunc sublata est haec regula, quae fuit olim 14 ex communibus Societatis Jesu.

[5] Cf. annot. 11, p. 6.

In cap. VI.

A. *Ex parte ipsorum convenit eos ligari, quandoquidem eorum stabilitas quaeritur. Nec est iniustum (ut patet in litteris apostolicis)*[6] *si Societas libertatem ad eos dimittendos,* [q] *quando non faciunt quod debent*[7]*, retineat: quandoquidem illi, si id accideret, soluti manent; et alioqui facilius est aliquem ab eo, quod debet, deficere, quam Societatem vel eius Praepositum Generalem, quorum tantum erit posse dimittere*[8]*, nec id sine causis iustissimis (ut in secunda parte Constitutionum videbitur) fieri debebit.* [q] C. 1 d. 23.

De † alio examine', scholasticis accommodo, ac in primis antequam in scholasticos admittantur. Cap. VII. A

In cap. VII.

A. *Hoc et superius examen, non solum iis qui tunc primum ad studia mittuntur, verum etiam illis qui in eis progrediuntur, cum ad Domos veniunt ut alio mittantur, proponitur.*

---

1. Experimentis et probationibus praedictis absolutis, si Scholastici voluerint studere in Collegiis [a] vel Domibus[1] Societatis, ut in eis in Domino sustententur; si Societas vel eius Superior con- [a] P. 3 c. 1 n. 27 et X.

72 sextum. De examine coadiutorum *Po1, 2.* — 73 *Marg.* 1 *Po2;* A *add. Po1,* Z *Ile.* — 74 stabilitas 'et meritum' *CompE.* — 75 Societas habeat libertatem *Congl.* — 75-76 dimittendos, cum apud se manere eos non conuenit, retineat *Po1, 2, E1.* — 77 maneant *E1, Ile. Po2;* est vnum aliquem *Po1, 2.* — 77-78 alioqui facilius ille quam Societas erraret *CompE.* -- 78-79 Generalem, qui solus per se vel alios *[4 vv. om. E1]* potest dimittere *Po1, 2, E1.* — 79 causis sufficientissimis *[1 v. add. Po1,* iustissimis *Ile.] Po1, 2.* — 80 facere debebit *Po1, 2, E1.*

1 *Marg.* A *add. Po1,* Aa *Ile., om. E1, notatur in Erratis.; marg.* 9ª pª *Po2; cap. 7 est initium pag. 40 in E1;* accommodato *Po1.* — 2 scholasticos approbatos *Po1.* — 3 septimum. De examine scholasticorum *Po1, 2.* — 4 *Marg.* 1 *Po2;* Aa *Ile. Po1;* his *Po1, Ile. Po2.* — 7 *Marg.* X et Y *obl. Po1.* — 7-9 Experimentis... si Societas *Cong4,* Cum praedictis *[1 v. add. Po1, om. Po2, E1, 2, 2ᵇ, 3]* experimentis et probationibus *[seq.* praedictis *in E2, 2ᵇ, 3]* absolutis, Scholastici conuenire sibi iudicarent studendi gratia in collegiis... sustententur, litteris operam dare, si Societas *pr.*

---

[6] Breve Pauli III, « Exponi nobis », 5 Junii 1546, t. I, monum. 23, n. [2] p. 171. V. et *Institutum* II, p. 163, decr. 23.

[7] Editio romana anni 1908 proponit legendum (idque ex Elencho, v. *Proleg.* c. 6) « expedit ipsos in ea manere » pro « faciunt quod debent ». At vide in t. II, *Proleg.* c. 2, a. 4, p. XLII, ubi est sententia congregationum primae et quartae, explicata a Polanco, et authentica quodammodo declaratio ipsius S. Ignatii.

[8] V. variata II. 78-79; etiam hispane fuit prius « despedir por si o por otros » t. II p. 107 I. 47 sub *B*; verba ultima quinque sublata deinde sunt, fortasse quia et res ipsa est jam in *Constit.* II, 1, 2, et generalis dicitur etiam alibi officii sui partes per se vel per alios exercere posse, v. g. *Const.* IX, 3, H.

[1] V. *Const.* III, 1, 27, ubi invenies « Studia... litterarum, in universum loquendo, in domibus » esse non debere, « nisi cum quibusdam, peculiaribus de causis, dispensatione opus esse videretur ».

tentus etiam fuerit; antequam ad studia se conferant, vel dum in eisdem manebunt, ob suum maius meritum ac stabilitatem [b] vota simplicia paupertatis, castitatis et obedientiae, ac promissionem, quod, studiis absolutis, in Societatem ingredientur, Deo ac Domino nostro facient. [c] Sic autem intelligendus est huiusmodi ingressus, ut professionem vel vota Coadiutorum formatorum (si Societas eos admittere volet) emittant, [d] et exinde Scholastici approbati Societatis censeantur [2]. [e] Libera tamen manebit Societas, nec tenebitur ad eos admittendos ad professionem nec in Coadiutores formatos, si studiorum tempore male se gererent, adeo ut Superior Societatis existimaret Deo gratum non fore si in eam admitterentur: et [f] tunc ipsi etiam suis votis soluti erunt.

[b] *Sup.* c. 1 n. 10 et P. 5 c. 4 n. 4 et P. 4 c. 3 n. 3.

[c] *Sup.* c. 1 n. 10 et P. 5 c. 1, **A** et c. 4, **E.** C. 27 d. 146.

[d] *Sup.* c. 1 n. 10 et P. 4 c. 3 n. 3.

[e] P. 5 c. 4, **D.**

[f] *Inf.* n. 2 et P. 2 c. 4 n. 3 et P. 5 c. 4, **B.** C. 9 d. 39 n. 3.

2. Si quando studiorum tempore, qui maiorem ad ea propensionem animi prae se tulerunt, quam ad aliud in Societate ministerium, ostenderent, ac certum indicium praeberent, [g] unde Societas vel eius Superior in Domino sentiat eos idoneos non esse, ut in litteris proficiant, eo quod ingenio vel sanitate corporis destituantur, vel aliis defectibus laborent; interrogentur, an [h] patienter se dimitti a Societate, dum [i] ab omni voto ac promissione liberi maneant, sint laturi.

[g] P. 4 c. 6 n. 15 et **N.**

[h] C. 5 d. 6, d. 50 n. 3. C. 27 d. 31.

[i] *Sup.* n. 1.

3. Qui ad studia litterarum idoneus invenietur, interrogetur, [j] an velit se duci sinere circa ea, quibus studere debeat, ac studiorum modum et tempus, iuxta quod Societati vel eius Praeposito, aut Collegii, ubi daturus est litteris operam, Superiori videbitur.

[j] P. 4 c. 5 n. 2, et 3, et **D** et c. 13 n. 4 et **E.**

4. An contentus futurus sit eodem atque alii modo ibi agere, nullisque privilegiis aut praerogativis minimum omnium, qui in Collegio fuerit, anteire, omnem sui curam Superiori Collegii relinquendo.

5. [k] An statuerit omnino apud se, studiis absolutis ac probationibus peractis, Societatem ad vivendum in ea et moriendum ingredi, ad maiorem Dei gloriam.

[k] *Sup.* c. 3, n. 14.

6. Sic examinatus et instructus se accingere incipiet, ut ad studia se conferat vel ea prosequatur, paratus interim in eisdem studiis aliis experimentis et probationibus variis exerceri; [l] quibus

[l] *Sup.* c. 4 n. 9 et 16.

11-12 votum simplex *Pol.* — 15 Societas *add. Pol*, ipsa *Ile.* — 18 formatos *om. Po2, El.* — 21 suo voto *Pol.* — 22 aliquando medio studiorum *Pol.* — 23-24 ministerium (non se ad indifferentiam reducendo vel in manus superioris resignando) ostenderent *Pol.* — 24 *Marg.* 10ª pª *Po2; signum separationis ante lineam incipientem verbo* praeberent, *quod est in linea 4, pag. 41, El.* — 25-26 ut... proficiant *Cong4*, literatos [eruditos *Po2, El, 2b, 3*, viros eruditos *E2*] viros euadant, eo *Pol.* — 30 inveniretur *Ile. Pol.* — 34 futurus *om. Pol, 2, El;* ibi *add. Pol*, ubi *Ile.* — 42-43 eisdem ac aliis experimentis ac [et *El*] *Pol, El.*

---

[2] De conditione scholasticorum v. *Proleg.* t. II, c. 6, a. 1, § 2, pp. CXXX sqq.

si non fuerit, propter causas aliquas legitimas, ac fine aliquo bono prae oculis habito, antequam ad studia mittatur, perfunctus; eis confectis, omnia experimenta et probationes superius declaratas subibit.

Pro scholasticis, qui studia iam absolverunt.

7. Scholastici, studiis iam confectis, antequam in Societatem vel eius Domos ingrediantur, ut in eadem ad omnimodam obedientiam ac communem vivendi in Domino modum admittantur, generatim interrogandi sunt, an firmi in sua deliberatione, et votis, ac promissione, Deo oblatis antequam ad studia se conferrent, vel in eisdem, si quidem admissi primo fuerint in Collegiis, permaneant.

8. [m] Interrogentur etiam et examinentur particulatim eisdem interrogationibus et examine, quo, priusquam ad studia mitterentur, interrogati fuerunt; ut Superioribus memoria ac notitia eorum renovetur, ac melius pleniusque stabilitas et constantia, vel etiam mutatio, si aliqua accidisset in rebus primo interrogatis et affirmatis, cognoscatur.

[m] P. 1 c. 4 n. 7. C. 9 d. 39 n. 4.

De alio examine indifferentibus accommodo [1]. Cap. VIII.

1. Ad [a] maiorem illius notitiam, qui ut indifferens examinandus est, ut omni ex parte cum maiori cognitione et luce in Domino procedatur, instruendus idem erit et admonendus, quod nullo tempore nec ratione, potest nec debet, † praetendere nec tentare, directe nec indirecte', potius hunc quam illum gradum in Societate; nimirum, non potius Professi vel Coadiutoris spiritualis, quam Coadiutoris temporalis vel Scholastici: quin potius, perfectae humilitati ac obedientiae locum dando, omnem sui ipsius curam, et ad quod officium vel gradum sit eligendus, suo Creatori et Domino,

[a] *Sup.* c. 1 n. 11.

A

---

46 *Marg.* 10ª *[sic]* pª *Po2; signum separationis est ante verbum* confectis, *quod est initium p. 42 E1; paulo post est* 11ª pª *obl.* — 46-47 declaratas percurret *Po1.* — 52 et *om. Po1, 2.* — 52-53 Deo oblatis *om. Po1,* uotis... Deo *add. Po2,* Deo oblatis uotis ac promissione *Ile.* — 53 conferent *E2,* conferant *Ile. Po1.* — 54 ad collegia *Po1, 2, E1;* fuerunt ad collegia, Deo oblatis, permaneant *Po1.* — 57 interrogati fuerunt *om. Po1, add. Po2.*

3 ut undecumque maiori cum claritate in Domino *Po2, E1, in Erratis E1 dicitur* Lege maiori cum cognitione et claritate; ut *[1 v. add.,* unde *Ile.]* de quo nondum deliberauit Societas, ad quem sui gradum velit eum admittere *, vt vndecumque maiori cum claritate in Domino *Po1.* — 4 idem *om. Po1, add. Po2.* — 5 *Marg.* A *add. Po1,* Bb *Ile,* Y *2le.* — 5-8 debet agere nec tentare... potius ad hunc... ad illum... potius ad professi... quam ad coadiutoris... scholastici gradum aspirare, quin *Po1, 2, E1.* — 10 sui Creatori *Po2, E1.*

* Est locus add. et obl. in *Aut.,* f. 26v; cf. variata t. II, p. 119 l. 4.

[1] Quinam homines vocentur indifferentes, v. in *Exam.* I, 11, p. 5.

ac eius nomine et pro ipsius amore ac reverentia ipsimet Societati vel eius [b] Superiori debet relinquere.

[b] C. 4 d. 52.

In cap. VIII.

A. *Cum* [c] *tamen aliquid constanter eis sese offerret, quod ad maiorem Dei gloriam fore iudicarent; post* [d] *orationem, simpliciter Superiori proponere poterunt, ipsius iudicio omnino rem committentes, nihil amplius procurando.*

[c] P. 5 c. 4, F et P. 7 c. 2, I.

[d] P. 3 c. 2 n. 1.

---

2. Postquam [e] sic fuerit admonitus, interrogetur, an se omnino sentiat indifferentem, quietum et paratum ad inserviendum Creatori ac Domino suo in quovis officio vel ministerio, quod ei Societas vel eius Superior commiserit. Interrogetur etiam, si Societas vel eius Superior illum vellet, vacantem quidem animae suae saluti, ad officia tantum inferiora et humilia semper applicare, [f] an se paratum sentiat ad vitam omnem in huiusmodi officiis inferioribus et humilioribus in auxilium ac ministerium Societatis exigendam; existimando, quod ea in re obsequium et laudem praestat Creatori suo ac Domino, dum omnia ob ipsius amorem et reverentiam agit.

[e] *Sup.* c. 1 n. 7 et 11 et c. 4 n. 17 et c. 5 n. 8.

[f] *Sup.* c. 6 n. 3.

3. Cum omnino ei placuerint omnia in Domino quae dicta sunt, instrui poterit et examinari de reliquis, iuxta aliquod examen ex praedictis vel omnia illa, prout magis convenire videbitur; ut utrique parti in omnibus satisfiat, ac maiori cum claritate procedatur: quandoquidem omnia instituta et ordinata sunt ad maius obsequium et laudem Dei et Domini nostri.

FINIS

LAUS DEO

---

13 octavum. De Examine indifferentium *Po1, 2.* — 14 *Marg.* 1 *add. Po1,* Bb *Ile.;* offeret *Po1, 2.* — 16 proponere ac ipsius iudicio omnino committere *Po1, 2, E1.* — 17 nihil... procurando debebunt *E1,* nihil ulterius tentando poterunt *[1 v. add. Po1,* debebunt *Ile.] Po1, 2.* — 18-19 an plene [plane *Po2, E1*] sentiat in hac indifferentia se quietum fore et paratum *Po1, 2, E1.* — 22 illum... saluti *add. Po1,* vellet eius opera semper vti (dum tamen ille animae suae saluti non deesset) tantum *Ile.* — 23 tantum *add. Po1;* semper *om. Po1, 2. E1;* applicare *add. Po1.* — 25 humilibus *Po1.* — 26-27 obsequium... Domino *add. Po2, Ile. ut Po1;* re inseruit et laudat Creatorem suum ac Dominum, dum *Po1.* — 28 omnia quae in Domino dicta *Po1.* — 33 Dei ac *Po1.* — 34-35 Finis *om. E1;* Finis... Deo *om. Fl, Ro.*

CONSTITUTIONES[a]

[a] C. 4 d. 50.

CUM DECLARATIONIBUS[1].

PROOEMIUM

CONSTITUTIONUM.

1. Quamvis summa sapientia et bonitas Dei Creatoris nostri ac Domini sit, quae [b]conservatura est, gubernatura atque promotura in suo sancto servitio hanc minimam Societatem Iesu, ut eam dignata est inchoare; ex parte vero nostra, interna charitatis et amoris illius lex, quam Sanctus Spiritus scribere et in cordibus imprimere solet, potius quam ullae externae Constitutiones ad id adiutura sit; quia tamen suavis dispositio divinae providentiae

[b] P. 10 n. 1 et 12.

5-8 Quamuis... inchoare *add. Po2;* a summa sapientia et bonitate [summa sapientia et bonitas *Ile.*] Dei creatoris ac [et *pr.*] Domini nostri *[seq.* ut *add. et obl. Po2, et 2 vv. quae legi nequeunt corrosa charta Po1]* vt haec minima Societas Jesu inchoata est [vt dignata est hanc minimam Societatem Jesu inchoare *Ile.*], ita 'et' conseruari, regi ac promoueri [ita ab eadem conseruari... promoueri *2Ie,* ita eamdem conseruare, regere ac promouere *Ile.*] in sancto eius 'obsequio necesse sit' [in suo sancto seruitio debet *Ile.*] *Po1.* — 6 Domini illa *Ile. Po3,* illa ipsa vel ipsamet *add. et obl.* — 8 vero *add. Po3,* et ex *Ile.;* interior *Ile. Po1.* — 8-9 lex interna... illius quem *et* quam *Po3 [addita littera* a *supra litteram* e, *neutra deleta] Po2, 3.* — 9 'in' *add. Po1.* — 11 adjutura sit *add. Po3,* iuuare possint *Ile.,* possit *add. et obl.,* 'possint' *qdd. Po1,* debeant *Ile.*

[1] Cf. not. 1 p. 1, et *Proleg.* c. 8. Textus typis expressos eosdem conferimus. Textus manu scriptos Constitutionum habemus tres praecipuos *Po1, Po2, Po3,* quorum historiam vide, sis, in *Proleg.* c. 2. Quoniam *Po3* exscriptus est ex *Po2, Po2* autem ex *Po1,* quae dicuntur v. g. addita textui *Po2 (add. Po2)* non sunt plerumque in *Po1,* cuius ultima lectio est prima secundi, sicut ultima secundi est prima tertii, nisi aliud monebimus. Itaque quando aliqua lectio dicitur v. g. prima secundi textus, *Ile. Po2,* eo ipso data est fere semper lectio ultima (saepe etiam unica) textus primi, quae proinde tunc non notatur. Sciendum quoque est, primas lectiones, maxime primi textus, esse interdum imperfectas, seu non dare plenam sententiam; id autem perpetuo monere non visum est operae pretium. Neque raro accidit ut lectio aliqua, communis compluribus textibus, in horum aliquo scripta sit, sive tota, sive ex parte, manu Polanci; tunc notamus aut iterato verbo inter simplices virgulas v. g. «vel ['vel' *Po1*]», aut, saepius (in longioribus praesertim), addita syllaba *Po,* v. g. «quod si priuatis id licet *[5 vv. add. Po, Po1,* quod *Ile]*». Litterae marginis quibus designantur loci declarandi, sunt in textu *Po1* omnes manu Polanci, etiamsi id non semper expresse in apparatu critico notetur (non notatur quando una eademque littera est in omnibus exemplis, sed solum in *Po1* manu Polanci); in *Po2, 3* quando sunt Polanci, expresse notatur. Pauca variata sumimus etiam ex compendio quodam, *CompC1,* quod est in cod. *Instit. 18,* ff. 98-187 (Constitutiones et Declarationes); est huius compendii transcriptio, *CompC2* in cod. *Constit. latinae,* ff. 240-303v, unam duasve praeterea differentias exhibens notatu dignas, quas suis quoque locis invenies.

suarum creaturarum cooperationem exigit, et quia Christi Domini nostri Vicarius ita statuit [2], et Sanctorum exempla et ratio ipsa nos ita docet in Domino; necessarium esse arbitramur Constitutiones conscribi, quae iuvent ad melius in via incepta divini obsequii procedendum, iuxta Instituti nostri rationem.

2. Quamvis primum illud sit et maximi momenti in nostra intentione, quod ad corpus universae Societatis spectat, cuius unio et bonum regimen et conservatio in suo bono statu ad maiorem Dei gloriam in primis quaeritur; quia tamen corpus hoc ex suis membris constat, et in ipsa exsecutione primo loco occurrit quod ad singulos spectat, tam in ipsis admittendis, quam in promovendis
A ac deinde per vineam Christi Domini nostri dividendis; † hinc exordium sumetur', eo favore quem lux aeterna nobis ad honorem et laudem suam conferre dignabitur.

Prooemium in Declarationes et Annotationes Constitutionum [3].

[c] P. 9 c. 3 n. 8. *Cum* [c] *Constitutionum hic finis sit, ut universum corpus Societatis, et particularia eius membra ad sui conservationem et incrementum, ad gloriam Dei et universalis Ecclesiae bonum, iuventur;*

---

12 quia *add. Po3.* — 13 Vicarius id statuit *Po3*, Vicarius in suis litteris apostolicis *Po2*, *Ile. Po3;* 'in... statuit' *add. Po1*, sic ordinauit *Ile.* — 13-14 'nos id' *[add. Po1*, sic *Ile.] Po1*, *2*, *3*, *E1.* — 14 docent *Po1*, *2*, *3.* — 15 scribi *Ile. Po1;* cepta *Po1;* 'obsequii' *add. Po1*, seruitii *Ile.* — 17 Quamvis autem *[1 v. add.*, illud *add. et obl.*, Et quamvis quod *Ile.]* primum illud sit *[2 vv. add.*, est *Ile.]* et *Po3.* — 18 intentione illud sit *Ile. Po3.* — 20 'quaeritur' *add. Po1*, intenditur *Ile.;* tamen *add. Po2*, *3.* — 21-22 loco *et* singulos *add. Po1*, particulares personas *[1 v. add.] Ile.* — 22 * tam *E1;* ipsis *add. Po2*, iis *Ile.*, *add. Po1.* — 23 diuidendis *add. Po1;* deinde diuidendis per *Ile.;* nostri *add. Po2; marg.* A *om. Po1*, *3.* — 24 cum eo *Po1*, *2*, *3*, *ducto calamo subter verbo* cum *Po2;* 'fauore' *add. Po1.* cum auxilio eo *Ile.* — 24-25 'ad... dignabitur' *add. Po1*, communicare dignabitur *Ile.* — 26 *Praec.* Jesus *Po1.* — 27 Cum omnium *Po1*, *2*, *3*, *E1;* finis *add. Po2*, scopus *Ile.;* 'vniuersum' *add. Po2*, *marg. Po1*, totum *Ile.;* singula *marg. Po1*, *obl.*

---

[2] Facultatem faciendi Constitutiones dederat Paulus III jam ante diem 25 Septembris 1539, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, 1, 154. Approbaverat enim vivae vocis oraculo quinque capitula, illi per cardinalem Contarinum proposita mense Augusto, in quorum altero illa facultas continetur; vide t. 1, monum. 4, pp. 14-21. Eamdem tribuit bulla confirmationis «Regimini militantis Ecclesiae» (27 Septembris 1540) ib. monum. 7, p. 27 n. 3. Hanc facultatem potuisse accipi a Patribus nostris tanquam voluntatem et quasi ordinationem summi pontificis, non sine causa censemus; proprii nominis statutum non novimus.

[3] V. annot. 1 pp. 1 et 39. Declarationum textus confertur cum eisdem impressis atque Constitutiones, exceptis *E2ᵇ* et *E4ᵇ*, quae, ut in Prolegomenis (c. 5 aa. 2 et 4) dicimus, Declarationibus carent. Textus mss. Declarationum tres quoque sunt. Primus seu *Po1* est in cod. *Po. Constit. latinae* ff. 61r-102v; alter seu *Po2* in cod. *Constit. latinae* ff. 172r-235r; tertius seu *Po3* ib., ff. 111r-169v. V. *Proleg.* c. 2, a. 2, praesertim § 6, ubi invenies qua ratione *Po2* partim antiquior partim recentior sit quam *Po3.* Hinc quaedam dicuntur *add. Po2*, quae, nisi aliud monemus, sunt etiam in *Po3*, non addita, sed transcripta in ipso textu, siquidem *Po3* transcriptus est ex *Po2*; quaedam vero dicuntur *add. Po2 om. Po3* (addita in *Po2*, omissa in *Po3*); sunt ea quae posterius accesserunt textui *Po2*, quibus proinde

praeterquam quod omnes et singulae earum per se ipsas ad finem dictum accommodatae sunt, tria alia in eis expeti possunt.

Primum, ut plenae sint; quo omnibus quae incidere possint, quantum fieri potest, provideatur.

Alterum, ut perspicuae sint; quo minor scrupulis detur occasio.

Tertium, ut breves sint, quantum plenitudinis ac perspicuitatis ratio patitur; ut memoria retineri possint.

Quo tria haec melius observentur, praeter Constitutiones universaliores et breviores, quae, ut observentur a nostris et ostendantur, cum oportebit, externis [4]*, erunt magis ad usum accommodatae; visum nobis est in Domino has declarationes et annotationes esse adiiciendas: quae* [d] *cum non minoris sint auctoritatis quam reliquae Constitutiones, magis descendendo ad particularia, eos, qui reliquis praesunt, de rebus quibusdam possint edocere, quas brevitas et universalitas aliarum minus dilucidas reddebat. Sed, praeter utras-*

[d] P. 6 c. 1, A.

---

30 per se ipsas *add. Po2*, *marg. Po1*, in se ipsis *1le.* — 31 dictum *add. Po2*, diuinum *1le.* *; accommodatae sint *add. Po1*, conueniant *1le.*; sint *add. Po2*, sunt *1le.* — 32 plenae [plene *pr.*] *add. Po1*, absolute, integre, complete *add. et obl.*, perfecte *1le.*; 'quo rebus' *[2 vv. add. Po2, om. Po3*, et *1le.]* omnibus *[seq.* casibus qui *obl. Po2, non obl. Po3, add. Po1,* quae *1le.*, difficultatibus *add. et obl. Po2]...* possint *[1 v. add. Po2*, possunt *1le.] Po1, 2, 3, E1;* difficultatibus contingere *marg. Po1.* — 33 potest, prospiciant *Po1, 2, 3, E1.* — 34 Alterum *add. Po2, marg. Po1*, Secundum *1le.*; 'perspicuae' *add. Po1*, perspicue *add. et obl.*, dilucide *1le.*; scrupulis vel dubitationibus sit locus *Po1, 2, 3, E1.* — 35-36 'plenitudinis... ratio' *add. Po1*, perfectio *add. et obl.*, integritas et perspicuitas [claritas *pr.*] *1le.* — 36 patitur *add. Po1, 2, 3*, patiuntur *1le.*; ratio patiuntur *1le. Po2, 3*; memoria *et* possint *add. Po2*, *om. Po3*, ut memoriter possint retineri *1le.*, ut teneri memoria *[2 vv. add.*, memoriter *2le.*, memoria *1le.]* possint *[seq.* retineri *obl.] Po1.* — 38 breuiores *add. Po1*, sumarie *add. et obl.*, compendiosiores *1le.* — 38-39 'a nostris' *et* 'externis' *add. Po2, om. Po3*, domi *et* foris *1le.*, domi *et* foris *add. Po1*, interius *et* exterius *1le.* — 39 ad usum *om. Po1, 2, 3, E1.* — 39-40 iudicauimus *marg. Po1.* — 41 ponderis *marg. Po1.* — 42 magis... particularia *add. Po1.* — 43 praesunt, particularius *1le. Po1;* possint edocere *add. Po2*, possunt instruere *1le.*, possunt edocere *Po3*, edocere *marg. Po1.* — 44 utrasque *add. Po2*, has et illas *1le.*

---

* In *Po1* est *diūm*, quod librarius male intellexit.

---

locis eadem est lectio *Po3* et *Po1*. Idem fere intellige de oblitteratis. Quae sunt oblitterata in *Po2 (obl. Po2)* sunt ultimae lectiones (saepe unicae) in *Po1*; nisi vero contrarium monemus, intelligitur, has lectiones fuisse oblitteratas in *Po2*, antequam ex eo transcriberetur textus *Po3*, proinde in hoc non inveniri. Litterae Declarationum in margine textus *Po1*, sunt omnes scriptae manu Polanci, ut de Constitutionibus diximus. Denique retinendum probe est quod dicimus in *Proleg.* c. 2, a. 2, § 1, prope finem, plurima addita margini exempli *Po1*, non esse admissa in ipso textu *Po1*, sed aut in sequentibus *Po2, 3*, aut in nullo; quare accidit interdum, ut vox aliqua sit in margine *Po1*, nullibi vero in textu; ex eius tamen significatione facile intelligitur, quodnam vocabulum substituere debuisset.

[4] Capitulum narbonense O. S. F. anno 1260 jussit, unumquemque guardianum unum Constitutionum exemplar suo conventui acquirere, id diligenter asservare, neque ulli externo ostendere; quam praeceptionem (retinendi secretas constitutiones) communissimam fuisse ordinibus religiosis medii aevi, notat Ehrle, ALKG, VI, pp. 10-11 et 33. Certis tamen hominibus id optantibus Constitutiones nostrae tradebantur jam inde ab anno 1544; cf. *Epist. Mixtae*, I, 173, et *Lainii Monum.* II, 558.

que, quae ad res immutabiles pertinent et universaliter observari debent, [e] *aliae* [f] *quaedam ordinationes erunt necessariae, quae diversis temporibus, locis et personis, in diversis Domibus, Collegiis et officiis Societatis* [g] *(uniformitate tamen, quoad eius fieri poterit, in omnibus retenta) possint accommodari. De huiusmodi ordinationibus vel regulis hic non agetur; sed id solum admonebimus, quod ab unoquoque, qui ibi fuerit ubi hae observentur, iuxta voluntatem Superioris qui ei praefuerit, sunt observandae*[5].

[e] C. 1 d. 133. C. 3 d. 21, 23. C. 4 d. 22.

[f] P. 4 c. 7 n. 2 et C et c. 10 n. 6 et P. 7 c. 4 n. 12 et P. 9 c. 6, I.

[g] P. 8 c. 1 n. 8 et P. 10 n. 9.

Ut redeamus ergo ad id quod agitur hoc loco, harum declarationum ordo hic erit, ut Constitutionibus respondeant. Itaque pars parti, caput capiti, cum declarandum aliquid fuerit, reddetur; quod in margine Constitutionum littera quaedam indicabit, cui alia similis in declarationibus respondebit: et sic ordinate procedetur, eius favore aspirante, qui ordinis totius principium est, utpote perfectissima et infinita Sapientia.

DECLARATIONES IN CONSTITUTIONES.

In Prooemium.

A. *Congruus esse solet procedendi modus ab imperfectioribus ad perfectiora, praecipue in iis quae pertinent ad praxim; cum id primum in exsecutione occurrat, quod est in consideratione postremum, nam haec a fine ad media descendit; et sic in decem praecipuis partibus, ad quas reducuntur omnes Constitutiones, procedetur.*

Prima de iis admittendis ad probationem agit, qui nostrum sequi Institutum expetunt.

Secunda, de iis dimittendis, qui ad illud non esse idonei videbuntur.

Tertia, de iis, qui retinebuntur, conservandis, et in spiritu ac virtute promovendis.

---

45 res minime mutabiles *Po1, 2, 3, E1;* pertinent 'et vniuersaliter', *3 vr. add. Po1,* et in uniuersum *Ile.* — 46 aliae *[seq.* ord, *imp.* r., *obl.]* quaedam... 'erunt' quae *Po1;* necessariae *add. Po2.* — 51 qui... fuerit *add. Po2,* obseruentur, agente *Ile.* — 51-52 sunt obseruandae *add. Po2, om. Po3,* sunt iuxta... praefuerit obseruandae *Ile.* — 54 hic est *Ile. Po1;* Itaque *add. Po2.* — 56-57 (quod [quid *pr. Po1*] littera quaedam in margine Constitutionum, cui... respondebit) reddetur *[nominativus* litera *manet anacoluthon]* et sic *Po1, 2, 3.* — 58-59 ut perfectissima *Po1, 2, 3, E1.* — 60 Declarationes in prooemium Constitutionum *Po1, 2, 3, E1,* Declaratio in prooemium *E2, 3.* — 63 iis *add. Po2, om. Po3,* his *Ile.;* 'in his... pertinent' *add. Po1.* — 64 consideratione ultimum *Po1, 2, 3.* — 65 'nam haec' *add. Po1,* quae *Ile.;* 'et' *add. Po1.* — 68 iis *add. Po2, om. Po3,* his *Ile. sic infra octies.* — 69 exoptant, *deleto* optant, *imp. correctione, Po1.*

---

[5] Cf. t. I, monum. 9, n. 33 p. 43; monum. 38, p. 269, 2°, ubi aliter distinguebantur constitutiones et regula (sic, numero singulari, cum hic agatur de ordinationibus et regulis).

Quarta, de iis instituendis in litteris et aliis mediis proximos iuvandi, qui in spiritu et virtute in seipsis profecerint.

Quinta, de cooptandis in corpus Societatis iis, qui sic fuerint instituti.

Sexta, de iis quae in seipsis observare debent, qui in hoc corpus iam cooptati sunt.

Septima, de iis quae observanda sunt erga proximos, distribuendo scilicet operarios et eos in Christi Domini nostri vinea occupando.

Octava, de iis quae faciunt ad mutuam et cum suo capite unionem eorum, qui distributi sunt.

Nona, de iis quae ad caput pertinent, et ad gubernationem, quae ab eo ad corpus descendit.

Decima, de iis quae universaliter ad conservationem et augmentum totius corporis huius Societatis in bono suo statu pertinent[6].

Hic est ordo in Constitutionibus et declarationibus tenendus, finem illum intuendo gloriae et laudis Dei *Creatoris ac Domini nostri, quem nobis praefiximus.*

---

74 mediis *add. Po2*, *om. Po3*, modis *Ile.* — 75 'in se ipsis' *add. Po1.* qui in se ipsis *Ile.;* profecerint *add. Po2*, *om. Po3*, profecerunt *Ile.* — 76 cooptandis *add. Po2*, *om. Po3*, coaptandis *Ile.* — 78 *Praec.* 6ª De his quae obseruanda sunt ab unoquoque in se ipso *obl. Po1;* se ipsis *add. Po1, 2,* seipso *Ile. et Po3.* — 79 coaptati sunt *Po1, 3 et Ile. Po2.* — 80-82 distribuendis [diuidendis *Ile. Po1, 2*] scilicet *[1 v. add. Po2]* operariis et in... occupandis *Po1, 2, 3, E1.* — 83-84 unionem eorum *add. Po2, om. Po3,* ad unionem eorum mutuam *Ile,* 'eorum' *add. Po1,* capite, eorum qui *Ile.* — 84 'distributi' *add. Po1,* diuisi *Ile.* — 86 ab illo *Ile. Po1;* defluit *add. et obl. Po1.* — 87 'vniuersaliter' *add. Po1,* in uniuersum *Ile.* — 91 quem *add. Po2*, *om. Po3*, quam *Ile.*, quem *Po1.*

---

[6] V. in *Proleg.* t. II, c. 8, a. 2, § 5, d), p. CLXXXVIII, finem et divisionem Constitutionum, collata cum fine et divisione Industriarum Polanci. Olim proposuit P. Solier Patri Laynez divisionem quamdam Constitutionum in partes quatuor, 2 Octobris 1564, in cod. *Hisp. 102*, f. 12r.

PRIMA PARS CONSTITUTIONUM.

DE ADMISSIONE AD PROBATIONEM.

De eo qui admittendi facultatem habet. Cap. I.

[a] *Inf.* **B** et c. 2, **C** et c. 3, **H** et P. 9 c. 3 n. 1.

1. Facultas [a] admittendi ad probationem, quorum et quanta sit, iudicio Praepositi Generalis relinquatur, qui in ea communicanda considerabit quid ad maius servitium Dei ac Domini nostri conveniat [1].

2. Quando aliquis, qui idoneus videatur ad nostrum Institutum sequendum, ad eum accederet, qui huiusmodi admittendi potestatem
A non habet; † mittere eum poterit ad illum, penes quem ea sit', vel scribere ei, significando qualis ille sit, et quibus praeditus Dei donis qui admitti petit, et exsequatur quod ei in Domino prae-
B scriptum fuerit; si quidem ille † in absentia id praescribendi facultatem habebit'.

In Cap. I. De eo qui admittit.

A. *Si commode non possit aliquis huiusmodi ad Societatis Institutum idoneus ad eum mitti, qui potestatem habet admittendi; interim, dum ille admonetur, licebit cuique (si id necessarium esse*

---

1 Constitutionum *add. Po1, om. Fl, Ro.* – 3 De eo q, *imp. v., Ile. Po1;* eo... habet *add. Po3*, admittente *Ile.; in titulis capitum primae partis est in Po1, 2, 3 primo caput, deinde res de qua agitur; sic ubique in Po1, 2 et Ar, Ci, Fl, Matr, Ro; contra editiones reliquae, et in caeteris partibus Po3.* — 4 'Facultas' *bis add., semel obl. Po1*, auctoritas *Ile.;* probationem ad eos pertinebit et tanta erit *Ile. imp. Po1.* — 5 Generalis Societatis *Po2, 3;* relinquantur *Ile. Po1;* communicanda *obl. et rest. Po1*, 'tribuenda' *add. et obl.* — 6 maius seruitium *add. Po2*, beneplacitum *[add. Po. Po1*, seruitium *Ile.]* Dei... nostri ma'gis' *[add. Po1*, maius *Ile.] Ile.* -- 9 ad... accederet *add. Po3*, ei offeratur *2le.*, ei offeretur *Ile.*, 'offeretur' *add. Po1*, occurrerit *Ile.;* 'potestatem' *add. Po1*, auctoritatem *Ile.* — 10 *Marg.* B *Po2, 3, corrosa charta Po1;* habeat *Ile. Po1;* * poterit *E1.* — 10-11 *Marg.* B *Po3*, A *om.;* mittere ...illum *et* significando *add. Po3*, mitti ad aliquem poterit penes... uel scribi ei poterit describendo *Ile.*, penes quem ea [sit *pr.*]... poterit *add. Po2*, discribendo *pr.*, 'mitti', aliquem *et* 'penes quem ea sit' *add. Po1*, dirigi ad eum poterit, qui eam habeat *Ile.* – 11-12 'describendo qualis... donis' *add. Po1*, rationem reddendo earum partium quas in [eo inue]nit, qui *Ile., corrosa charta.* — 12 sequatur ordinem quem in Domino ei *Ile. Po1.* — 12-13 praescriptum fuerit *add. Po3*, praescripserit *Ile.* — 13 *Marg.* C *Po1, 2, 3;* ille *add. Po3;* * absentia *E1; pro* in absentia *fuit* 'absens' *add. et obl. Po1.* — 13-14 'id' *et* 'facultatem' *add. Po1*, praescriben'di auctoritatem habebit' *2le.*, ille praescribere id poterit *Ile.*, si hanc ille *[et* is *supra]* auctoritatem *add. et obl. Po3.* — 15 Declarationes *[1 v. add. Po2, om. Po3]* in primae partis caput *Po1, 2, 3, E1.* — 16 *Marg.* B *Po1, 2, 3.* — 17 destinari *add. et obl. Po1;* 'potestatem' *et* admittendi *add. Po1*, auctoritatem... recipiendi *Ile.* – 18 interim... admonetur *add. Po1*, donec ille sit admonitus *Ile.*

---

[1] Cf. t. I, monum. 38[bis], n. 16, p. 276.

aut valde convenire iudicabitur) eum tamquam hospitem penes se retinere, donec responsum ab eo, ad quem relatum est de eo negotio, accipiat: et tunc iuxta ordinem sibi praescriptum procedet.

B. *Qui ordinarie admittere poterunt in absentia sunt Praepositi Provinciales; extraordinarie vero quivis Commissarius Praepositi Generalis vel eiusdem Provincialis. At Rectoribus Collegiorum et Praepositis Domorum magis consuetum erit committere, ut, quos idoneos iudicabunt, Domi suae aut in Collegio possint admittere, cum praesentes fuerint.*

---

3. [b] Quia refert plurimum ad divinum servitium convenientem haberi delectum eorum qui admittuntur [2], et [c] diligentiam adhiberi, ut intelligatur quae eorum sint dotes et vocatio; qui talem admittendi facultatem habet, si per seipsum id ipse non praestet, habeat in iis qui assidue apud se agunt [d] aliquem, cuius opera utatur ad cognoscendum eos qui ingrediuntur, ad agendum cum illis eosque examinandum: qui quidem prudentia praeditus sit, et non ignoret agendi modum, qui cum tam variis generibus et conditionibus personarum est tenendus, ut maiori cum intelligentia et [e] utriusque partis satisfactione negotium ad Dei gloriam transigatur.

[b] P. 4 *Prooem.* A et P. 10 n. 7.

[c] *Inf.* c. 4 n. 1 et **D** et *Exa.* c. 1 n. 13.

[d] *Exa.* c. 1, A.

[e] *Inf.* c. 4 n. 1 et *Exa.* c. 1 n. 13

4. Tam ille penes quem est facultas admittendi, quam is cuius opera ille utitur, habeat oportet cognitionem rerum Societatis, ac zelum boni progressus ipsius; ut nulla ratione dimoveri ab eo possit, quod in Domino convenientius ad divinum servitium in hac

---

19 iudicabit *Po1, 2, 3.* — 21 ordinem ab eo *[3 vv. add. Po1]* prescriptum procedet *[1 v. add. Po1,* eius faciet *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 22 *Marg.* C *Po1, 2, 3.* — 25-27 'committere vt ex eis ['vt eos' *pr. Po1*] qui *[seq.* 'fuerint' *obl. Po1[* praesentes fuerint' *[seq.* admittere *obl. Po1]* quos idoneos iudicabunt *[seq.* committere *obl. Po1]* 'domi suae possint admittere' *Po1. 2, 3. E1; seq. in Po1* Huiusmodi esse sollicitudinem [curam *add. supra hoc v.*] habere cooperandi motioni et uocationi diuinae studendo *obl.* — 29 iam adhiberi *add. Po1,* er expendi eius talentum et uires *1le.* — 30 intelligantur quae ad eorum personam et vocationem attinent [quae ...attinent *add. Po3,* corum habilitas et vocatio *1le.*] qui *Po3, E1,* habilitas *add. Po2,* conditio *1le.,* conditio *add. Po1,* 'qualitas' *2le.,* partes *1le.* — 31 'facultatem' *add. Po1,* auctoritatem *1le.; ipse...* praestet *add. Po2,* praestare non poterit *1le.* — 32 in iis *add. Po1,* inter eos *1le.; assidue...* se *add. Po2,* frequentiores magisque assidui apud ipsum *1le.; agunt add. Po1,* versantur manent *marg. obl.,* firmius residcnt apud ipsum *1le.;* 'aliquem' *add. Po1.* — 33 ad... illis *add. Po2.* — 33-34 cognoscendos eos qui ingrediuntur 'et cum iis agendum' eosque examinandos *Po1, 1le. Po2,* cognoscendum et agendum cum iis qui *1le. Po1.* — 34 'quidem prudentia' *add. Po1,* prudentia *marg. obl.,* discretione *1le.* — 34-35 agendi *add. Po3,* modum procedendi *1le.;* 'non ignoret modum' *add. Po1,* procedendi modum teneat *1le.* — 35-36 'qui' *et* 'est tenendus' *add. Po1.* — 37 satisfactione *obl. et rest. Po1;* 'negotium *[seq.* 'transigatur' *obl.] ...*transigatur' *add. Po1,* procedatur ad gloriam Dei *1le.,* consensione ac [et *pr.*] claritate *(?)* agatur res, negotium in Dei gloriam agatur, transigatur, *marg. obl.* — 38 'facultas' *add. Po1,* auctoritas *1le.* — 41 diuinum suum scruitium *1le. Po1.*

---

[2] S. Ignatii modum agendi hac in re notat Ribadeneira, *Monum. Ignat.*, ser. 4ª, I, 444-445. Vide, sis, in *Proleg.* c. 7, a. 2, § 1, quae ex hoc loco transiisse videntur in *Constitutiones FF. Eremitarum S. Augustini*, anno 1580 a Gregorio XIII approbatas.

C Societate iudicaverit. Quod ut consequatur, † moderatus admodum
[f] *Inf.* c. 3 n. 16. sit oportet in admittendi desiderio'; et [f] ut liberior sit ab omni minus ordinato affectu, ubi vitii huiusmodi occasio esse posset (ut cum consanguineis et amicis); ille, in quo aliquid periculi huiusmodi timeretur, examinandi officio non fungatur[3].

C. *Ut par est sollicite cooperari motioni et vocationi divinae, curando ut augeatur in Societate numerus operariorum vineae Christi Domini nostri; ita diligenter considerari oportet, ne quis admittatur, nisi qui donis illis* DEI *praeditus sit, quae hoc Institutum ad ipsius gloriam exigit.*

D 5. Quicumque autem eo fungetur, † in scriptis habeat quae ad tale officium pertinent'; quo melius et certius id possit praestare, quod in hac parte ad divinum servitium quaeritur[4].

D. *Ubicumque admittendi facultas fuerit, liber completus Examinis sit oportet, et quidem in iis linguis, quae fere solent esse necessariae: huiusmodi sunt vernacula loci illius ubi agitur et*
[g] *Inf.* c. 4 n. 5 et E et *Exa.* c. 1, A et c. 4 n. 41. *latina.* [g] *Illud autem Examen ei proponi debet, qui admitti cupit, antequam Domum ad communem cum aliis convictum ingrediatur.*
[h] *Inf.* c. 4, D et *Exa.* c. 1, A [h] *Et quidem impedimenta quae necessario excludunt, etiam antequam ad primam probationem admittatur, proponi debent.*

Erit etiam scriptum alterum Examen, quod contineat ea quae sexto quoque mense per biennium probationis proponi debent: et aliud item perbreve, quo illi utentur, qui cum iis, qui ingredi volunt, colloquuntur; ut utrimque id quod expedit intelligatur, antequam ad primam probationem quis admittatur. Iidem officium etiam Examinatoris scriptum habere debent, et quod in eo continetur exsequi curent[5].

---

42 'Quod vt' consequa'tur' *add. Po1,* et ad id consequendum *1le.; marg.* D *Po1, 2, 3;* admodum *add. Po2,* satis *1le.* — 42-43 sit *add. Po1,* moderatus satis sit *2le.,* moderatum... habeat se *1le.* — 43 * admittendi *E1;* ut ille *1le. Po1, 2.* — 44 minus ordinato *add. Po1,* immoderato *marg. obl.,* inordinato *1le.;* uitii [eius uitii *pr.*] *add. Po1,* inordinationis *1le.* — 47 *Marg.* D *Po1, 2, 3.* — 48-49 Societate operariorum uineae *[seq.* sanctae *obl. Po1]...* nostri numerus *Po1, 2, 3.* — 49 ita cur, *imp v.* curandum *(?), 1le. Po1.* — 52 *Marg.* E *Po1, 2, 3;* * scriptis *E1.* — 53 'praestare' *add. Po1,* efficere *1le.* — 55 *Marg.* E *Po1, 2, 3;* 'facultas' *add. Po1,* authoritas *1le.;* completus *add. Po1,* integer *1le.* — 56 in eis *Po1, 2, 3.* — 57 'agitur' *add. Po1,* residetur *1le.* — 58 autem *add. Po2, om. Po3.* — 59 'in' Domum *Po1.* — 60 Et *add. Po2, om. Po3,* Equidem *1le.* — 60-61 excludunt ante quam 'in' *[add. Po1]* primae [primam *1le. Po1*] probationis domum 'admittantur' *[add. Po1,* ingrediantur *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 61 admittantur *E2, 3.* — 62 ea *om. Po1, 2. 3.* — 63-64 et aliud *E1, 2,* aliud item *add. Po2, om. Po3,* tertium *1le.* — 64 utentur *add. Po2, om. Po3,* quod illis ex usu erit *1le.,* ex usu *add. Po1,* usui *1le.;* iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 66 Iidem *add. Po2, om. Po3.* — 67 scriptum habeant *Po1, 2, 3, E1.*

---

[3] Res praevisa jam anno 1541, cf. t. I, monum 9, n. 17, p. 39.

[4] Examinatoris officium antiquius invenies in Appendicibus t. II, p. 734; cf. et *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VII, 78-79; posteriora quaedam et regulas suo loco ac tempore in lucem dabimus.

[5] V. not. 4.

De admittendis in Societatem. Cap. II.

1. In universum loquendo de iis qui admittendi sunt, quo pluribus Dei donis naturalibus et infusis praediti ad promovendum iuxta Societatis Institutum divinum servitium, et quo certioribus experimentis perspecti fuerint; eo magis idonei erunt ut in eam admittantur [1].

2. Ut [a] particulatim de his loquamur, qui in Coadiutores admittuntur ad res temporales vel exteriores curandas [b] (qui plures esse non debent quam qui necessarii sint ad sublevandum Societatem in iis rebus, in quibus † occupari alii non possunt sine detrimento maioris boni'), esse eos oportet, quod ad animam spectat, bonae conscientiae, quietos, tractabiles, amatores virtutis ac perfectionis, propensos ad devotionem [2], qui domesticis et externis aedificationi sint, † [c] qui, sorte Marthae in Societate contenti', et ad eius Institutum bene affecti, eam iuvare ad Dei gloriam exoptent.

[a] *Exa.* c. 6 n. 1 et 7.

[b] P. 3 c. 2 n. 7 et P. 4 c. 3 n. 2.

A

B

[c] *Exa.* c. 1 n. 9 et c. 6 n. 7.

Declaratio in Cap. II.

A. *Huiusmodi* [d] *fere sunt magnis in Domibus coqui et dispensatoris occupationes, emptoris, ianitoris, infirmarii, lotoris, praefecti horti, eleemosynarum curatoris (ubi ex eleemosynis vivitur) atque id genus aliae esse possent. Quia tamen, pro maiori aut minori numero hominum, qui in Domibus vel Collegiis versantur, pro maiori etiam vel minori distractione in huiusmodi exercitiis, magis vel minus necesse esset huiusmodi officiales ad haec officia*

[d] P. 4 c. 10, H.

---

1 admittendis in Societatem *add. Po3,* iis [his *Ile.*] qui admitti debent [deberent *add. et obl.*] *Ile.,* admitti debent *add. Po1,* uidentur admittendi *Ile.* — 2 In vniuersum *add. Po2,* Generatim *Ile.*; his *Po1.* — 3 naturalibus uel *Po1.* — 3-4 praediti fuerint ad... iusta *[sic] Ile. Po1.* — 4 Institutum Societatis *Po1.* — 5 'fuerint' *add. Po1,* essent *Ile.;* erunt *add. Po1,* essent *Ile.* — 5-6 in Socie *[imp. v.]* ... admitterentur *Ile.* — 7 particulatim *add. Po2,* separatim *Ile.,* Vt separatim... loquamur *add. Po1,* At peculiari sermone de his agendo *Ile.* — 9 sint *add. Po2,* sunt *Ile.* — 9-10 subleuandam *et* iis *add. Po1,* his iuuandam *Ile.,* subleuandam *Po1, 2, Ci, Fl, Ro,* subleuandum *caet.* — 10 *Marg.* F *Po1, 2, 3;* * non *E1.* — 11 boni *add. Po1,* diuini seruitii *Ile.;* his esse *Ile. Po1.* — 13 'ad deuotionem' *add. Po1.* — 14 *Marg.* G *Po1, 2, 3;* 'sint, qui' *obl. et rest. Po1;* * sorte *E1.* — 15 affecti sint et *Ile. Po1.* — 16 Declaratio *obl. Po2, om. E1,* Declaratio *Po3,* Declar *Po1;* In... II, De iis *[1 v. add. Po2, om. Po3,* his *Ile.]* qui admitti debent *Po1, 2, 3, E1;* 'De his... debent' *add. Po1.* — 17 *Marg.* F *Po1, 2, 3;* coqui occupationes *Po1;* et dispensatoris *add. Po2,* eius qui penui praeest *Ile. Po2, add. Po1,* dispensatoris *Ile.* — 18 praefecti infirmorum *Po2, 3, E1, 2, 3, add. Po1.* infirmarii *Ile.;* lotorum *Ile. Po1.* — 19 curatores *Ile. Po1.* — 20 et huiusmodi aliae, *[2 vv. add. Po2,* sic alii *Ile.]*... possent occupationes *[1 v. add. Po2] Po1, 2, 3,* possint *Ile. Po1.*

---

1 De candidatorum dotibus cf. t. I, monum. 28, p. 189, n. 18; monum. 35, p. 251.

2 Ex hoc loco nonnulla venerunt, opinamur, in *Constitutiones FF. Eremitarum S. Augustini,* cf. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 1.

omnino deputari; eorum prudentiae, qui reliquis praesunt, id committitur: modo hanc curam sibi impositam sciant, ut finis meminerint, qui ad huiusmodi homines in Societatem admittendos movet:

[e] *Exa.* c. 6 n. 3 et P. 4 c. 6, B.

is est necessitas, [e] *ut alii, qui in vinea Christi Domini nostri laborant vel litteris dant operam ut postmodum in ea laborent, subleventur, quo se in rebus ad maius* Dei *ac Domini nostri obsequium pertinentibus exerceant*[3].

B. *Qui sic dispositus cerneretur, ut videretur diu in externis ministeriis non esse conquieturus, eo quod ad studia vel ad Sacerdotium affectus cognosceretur, non esset in Coadiutorem temporalem admittendus, nisi aptus ad progressum in litteris faciendum, quantum opus esset, videretur.*

---

3. Quod ad externa attinet, honesta specie, sanitate, aetate et viribus ad labores corporis, qui in Societate se offerunt, sufferendos praediti esse deberent; et qui habere, vel certe habituri esse, aliquando talentum aliquod ad eam iuvandam viderentur.

[f] *Inf.* c. 3 n. 14 et P. 2 c. 2 n. 4.

4. [f] Admittere homines difficili admodum ingenio, vel inutiles Congregationi, licet ipsismet non inutile foret admitti, considerantes tamen Instituti nostri finem ac procedendi modum, persuademus

[g] C. 20 d. 12 n. 1.

nobis in Domino [g] ad ipsius maius servitium et laudem non expedire.

---

24 de'stinari' *add. Po1,* deputari *1le.* — 24-30 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 24 eius prudentiae *[1 v. add. Po2]* ...praeest *Po2, 3.* — 25 'modo... sciant ['meminerint' *pr.*]... meminerint' *add. Po2,* hoc solum sit illis hac in re commendatum ut finis neminerint *2le. et Po3.* — 26 huiusmodi homines *et* admittendos *add. Po2, om. Po3.* — 27-29 'ea est' *[add. Po2, om. Po3,* 'qui est' *2le.,* Est enim *1le.]* necessitas 'vt'... 'subleucntur' *Po2,* Est enim necessitas alios subleuandi qui in... laborent, quo se *Po3.* — 24-30 eius discretioni [iudicio *marg.*] qui... praeest, id committitur; hoc solum *[1 v. add.,* tamen *1le.]* ut memoria non excidat *[2 vv. add.,* in memoria habeant *1le.]* eis *[1 v. add.]* comendetur *[seq.* quid moueat *obl.]* quis finis ille sit, qui ad admittendum in Societatem huiusmodi homines mouet: is est necessitas 'alios' [eos *1le.*] subleuandi, qui in... laborent, quo [ut *pr.*] se... pertinentibus *[seq.* se *obl.]* exerceant *Po1.* — 31-34 *1le. Po2 ut Po1, 3 infra.* — 31 *Marg.* G *Po1, 2, 3;* uideretur *add. Po2.* — 32 non... conquieturus *add. Po2.* — 33 temporalem *add. Po2.* — 31-34 ut speranduin non esset quod diu [quamdiu *Po3 errore librarii*] ... ministeriis animo non 'con'quiesceret, 'eo' *[add. Po1]* quod... coadiutorem ad res externas admittendus *Po1, 3.* — 34-35 si indolem non habere ad progressum in litteris 'faciendum' *[3 vv. add. Po1,* faciun *1le. imp.]* cum opus *Po1, 2, 3, E1.* — 37-38 corporis in Societate sufferendos *[1 v. add.] Po3, E1,* corporis qui in Societate occurrunt *1le. Po3,* quos in Societate subire contingit *add. et obl.* — 38 deberent *obl. et rest. Po1;* 'qui *[seq.* 'uel' *obl.]* habere' *add. Po1,* 'qui' habe'ant' *2le.,* aliquid habere *1le.* — 38-39 'esse, aliquando' *et* 'videretur' *add. Po1,* 'esse aliquando uiderentur' ['uideatur' *pr.*] *4le.,* 'esse aliquando' talentum... iuuandam 'videantur oporteret' *[seq.* necesse, oporteret *add. et obl.] 3le.,* 'spem praebere quod aliquando sint habituri *2le,* ut speretur quod... *1le.;* deberent *et* 'oporteret' *marg. obl.* — 40 homines... ingenio *add. Po1,* personas ualde difficilis naturae *1le.* — 41 'met' *add. Po1;* inutile non foret *Po1, 2, 3.* — 41-42 considerantes... ac agendi rationem *E1, add. Po3,* animaduerso tamen *[1 v. add. Po2]* nostri instituti fine ac procedendi modo *1le.* — 43 'expedire' *add. Po1,* Domino quod ad ipsius *[seq.* laudem et *obl.]* ... expediat *1le.,* non expedire *marg. obl.*

---

[3] Polancus Pelletario scribit nomine Ignatii ut assumat coadintori... se non può altrimenti, col salario neque illorum officiis scholasticos oneret, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, XII, 131.

5. Qui ad hoc admitterentur, ut in rebus spiritualibus Societatem iuvarent, considerando quid huiusmodi ministerium requirat ut animae proximorum iuventur, sequentibus donis Dei ornari deberent.

6. Quod [h] ad intellectum attinet [4], doctrina sana, vel aptitudine ad eam addiscendam, et in rebus agendis discretione, vel certe indole boni iudicii ad eam acquirendam [5]. [h] *Inf.* c. 3 n. 13 et *Exa.* c.5 n. 3.

7. Quod [i] ad memoriam, aptitudine ad percipiendum et fideliter percepta retinendum. [i] *Exa.* c. 5 n. 3.

8. Quod ad voluntatem, ut universae virtutis et perfectionis spiritualis studiosi sint; quieti, constantes, strenui in iis quae ad divinum servitium aggrediuntur; quique zelum habeant salutis animarum, et ea de causa ad nostrum Institutum ([j] quod ad illas iuvandas, et disponendas ad ultimi sui finis de manu Dei Creatoris nostri ac Domini consecutionem recta tendit) sint affecti. [j] *Exa.* c. 1 n. 2.

9. [k] In exterioribus exoptanda est sermonis gratia, ad agendum cum proximis pernecessaria. [k] P. 7 c. 2, F.

10. Species honesta, quae aedificationi esse solet iis quibuscum agitur.

11. Bona [l] valetudo ac vires, quibus ferre possint Instituti nostri labores. [l] *Exa.* c. 5 n. 4 et P. 2 c. 2 n. 4.

12. Aetas, quae ad ea quae dicta sunt conveniat: quae [m] quidem, ut admittantur ad probationem, excedere debet decimum quartum annum; ut ad professionem vero, vigesimum quintum [6]. [m] *Inf.* c. 3, K.

---

44 ad... admitterentur *add. Po3*, admitterentur eo animo *1le.* — 45 requirat ad animarum auxiliu *1le. imp. Po1.* — 46-47 ornari eos necesse est *E1*, ornari necesse esset *Po3*, ornari eos necesse esset *[4 vv. add. Po1*, ornatos esse oporteret *2le*, ornati esse deber *1le. imp.] Po1, 2.* — 50 eam *add. Po1*, discretionem *1le.* — 51-52 et percepta fideliter *Po2*, fideliter *om. Po3, E1;* percipiendum *et* percepta *add. Po1*, apprehendendum *et* apprehensa *1le.* — 53 universe *[sic] add. Po3*, totius *1le., add. Po2*, omnis plane virtutis *add. et obl. Po3;* uirtutis ac *Po1*, spiritualis *add.* — 54 his *Po1, 2, 3.* — 55 aggredientur *Po1.* — 55-56 zelo *[add. Po2*, desyderio *1le. add. Po1]* accensi sint *[2 vv. add. Po. Po1*, flagrent *2le.*, zelum habeant *1le.]* pro animarum salute *[3 vv. add. Po2*, salutis animarum *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 56-58 Institutum, eis iuuandis et disponendis... recta tendens *Po2, 3*, Institutum eis *[1 v. add., quod 2le.*, ad eas *1le.]* juuandis [juuandas *pr., seq.* ex intentione *1le.*, directe *2le.*, ordinatur et ad eas *obl.*] 'et' disponendis [disponendas *1le.*] ad... 'de manu Domini' consecutionem 'recta tendens, sint affecti' [per benignitatem Dei *1le.*] *Po1.* — 57-58 Dei... ac *add. Po2.* — 59-60 sermonis facultas ad... cum *E1, add. Po3*, gratia verbi ad communicationem *1le.* — 61 solet *add. Po3*, soleat *1le.;* bis *Po1, 2, 3.* — 63 Bona [Firma *pr.*] valetudo *add. Po3*, Sanitas *1le.;* ac *om. E3;* quibus ad *1le. Po1;* nostri Instituti *Po1;* possit *E1, 2, 2b*, possint *Po1, 2, 3, E3, Cong4, sqq.* — 66-67 *1le. Po3, ut Po1 infra.* — 66 vt admittantur *add. Po3;* excedere debet *add. Po3.* — 67 vt *et* vero *add. Po3.* — 66-67 ad admittendum ad probationem sit vltra decimum quartum annum, ad professionem ultra *Po1.*

---

[4] In textu hispano *a*, inde incipit librarius transcribere industriam Polanci, cf. t. II, p. 138, c. 4 l. 9. (In notatione 1 hujus paginae, pro a. 1 § 2, lege a. 2, § 3, a) p. CLXXV). Quae hic, nn. 6-13, traduntur, italice scripta sunt fere omnia ad Claudium Jajum 15 Decembris 1551, *Monum. Ignat.* ser. 1a, IV, 37-38. Alia ib., pp. 38-39.

[5] Huius loci praeparationem vide in t. I, monum. 38bis, n. 18, p. 277.

[6] De aetate cf. ib., n. 17, et monum. 46, n. 21, p. 293.

13. Dona externa, nobilitatis, divitiarum, bonae famae et similia, ut non satis sunt, si desint alia; ita, cum alia suppetent, haec non erunt necessaria: quatenus tamen ad aedificationem faciunt, reddunt magis idoneos ut admittantur, qui sine ipsis alioqui essent idonei propter dotes alias praedictas; in quibus, quo magis praecelluerit qui admitti cupit, eo magis erit ad hanc Societatem
C aptus ad Domini Dei nostri gloriam; † quo vero minus excelluerit, eo minus erit idoneus'. Quae tamen mensura omnibus in rebus teneri debeat, unctio sancta divinae sapientiae eos docebit, qui id curae ad eius obsequium ac laudem uberiorem susceperunt.

[n] *Inf.* c. 3, H et I [K].

C. [n] *Quamvis aliquis undecumque idoneus ad Societatem omnibus his praeditus esse debeat, si tamen in aliquo quid eorum desideraretur, verbi gratia, vires corporis, vel aetas ad professionem, vel quid simile, et in Domino iudicaretur aliis Dei donis quod ea ex parte deest compensari, omnibusque perpensis, ad Dei obsequium fore et ad Societati propositum finem convenire ut admitteretur;*

[o] *Inf.* c. 3, H et K.

[o] *dispensare cum eo praepositus Generalis poterit, vel etiam alii, quatenus eis communicata ab ipso facultas se extendet.*

De iis quae impediunt, ne quis in Societatem admittatur. Cap. III[1].

1. Quamvis charitas et zelus animarum, in quo se Societas haec exercet iuxta Instituti sui finem, omnia hominum genera complectatur, ut eorum serviat spirituali utilitati, ac ad beatitudinem consequendam in Domino iuvet; ut tamen in Societatis ipsius corpus

---

68 diuitiarum, existimationis et *Po2, 3, EI.* — 69 non satis non *[sic, 1 v. add.] Po3;* non suffic, *imp. v., Ile. Po1.* — 69-70 cum suppetent, non *Po2, 3, EI,* cum suppetent 'reliqua' [caetera *pr.*], non sunt necessaria *Po1.* — 70 erunt *add. Po2.* — 71 idoneos qui *[supra* qui *est* ut *Po3]* admittantur, eos *[1 v. obl. Po3]* qui sine illis *Po2, 3;* qui admittantur *add. Po2,* ad admissionem *Ile.;* alioquin *Ile. Po1.* — 72 propter... praedictas *add. Po2,* quod aliis dotibus superius *[ms.* superiobus *Po2,* superioius *Po1]* dictis praediti sint *Ile.* — 74 *Marg.* H *Po1, 2, 3;* ad Dei Domini nostri gloriam *Po3, EI.* — 74-75 ad gloriam Dei Domini nostri, quo uero minus erit in eo quod excellat, eo minus... idoneus [Dei... idoneus *add. Po2,* ad Dei gloriam et contra *Ile.*] *Po2,* 'contra' *add. Po1,* uiceuersa *Ile.;* excellat *Po2, 3, EI.* — 75 * mensura *EI.* — 76-77 qui *et* 'susceperunt' *add. Po1,* qui... susceperunt *2Ie.,* quibus id curae datum est ad *Ile.* — 77 obsequium et *Po1, 2, 3.* — 78 *Marg.* H *Po1, 2, 3;* [K] *add. Fl;* undecunque *add. Po1,* qui omnibus numeris *Ile.* — 79 tamen *om. Po1, 2, 3;* quid de *Ile. Po1.* — 80 corporis *add. Po1,* corporeae *Ile. et Po2, 3;* professionem *Po1, 3, add. Po2,* probationem *Ile., marg. Po. Po1.* — 81 ea ex *add. Po2, om. Po3,* ei aliqua in *Ile.* — 81-83 iudicaretur *[seq.* quod in *obl.]*... donis 'quod ei' [quod *Ile.*] aliqua in parte deest, compensari [compensaretur, quodque *Ile.*] omnibus'que'... 'fore et ad' [et *Ile.*] Societati [Societatis *Ile.*] propositum *Po1.* — 83 Societatis *Po2, 3.* — 85 ab ipso *om. Po1, 2, 3, EI;* communicata 'facultas' se extendet [extendet *add. Po2, om. Po3,* extenderet *Ile., 3 vv. add. Po1,* autoritas pertingeret *Ile.,* late patet *marg.*] *Po1, 2, 3.*

1 his *Po1.* — 4 omnes hominum conditio, *imp. v., Ile. Po1.* — 5 complectitur *Ile. Po1;* ut eis in, *imp. v.* inseruiat, *Ile. Po1.* — 5-6 ad... iuvet *add. Po3,* iuuare in Domino ad beatitudinis consecutionem nitatur *Ile.,* 'nitatur' *add. Po1,* ac *[seq.* promo *imp. v. obl.]* iuuare [giunare *pr.*] in Domino nitatur *Ile.*

---

[1] Fere totum hoc caput italice missum est ad Claudium Jajum 15 Decembris 1551, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IV, 36.

admittat, amplecti non debet, ut dictum est, nisi quos iudicabit ad propositum Societati finem utiles fore [2].

2. [a] Ex impedimentis ad admissionem, nonnulla eos qui vellent ingredi [b] omnino excludunt, quia rationes efficaces nos ad id in Domino movent. Ea vero huiusmodi sunt.

3. Aliquando [c] a gremio sanctae Ecclesiae abscessisse, fidem abnegando inter infideles, vel incidendo in errores contra eam, in quibus † reprobatus fuerit per publicam sententiam' ; vel se † more schismaticorum ab Ecclesiae unitate seiunxisse'.

[a] *Inf.* G et *Exa.* c. 2 n. 6 et P. 2 c. 2, B.

[b] C. 7 d. 42.

[c] *Exa.* c. 2 n. 1 et B ; C. 27 d. 23. A B

Declaratio in Cap. III.

A. *Quamvis* [d] *per publicam sententiam quis condemnatus non fuerit; si tamen error eius publicus exstitisset, ac vehementer suspectus esset, et quod in iudicio conveniri posset timeretur, admitti non debet. Verum hoc iudicium Praeposito Generali relinquetur.*

[d] C. 27 d. 23.

B. *Quod ad schisma attinet, qui in terris Schismaticorum nasceretur, ita ut schisma* [e] *generale peccatum esset patriae et non solum particulare ipsius, non esset hic talem ob causam inter eos numerandus, qui a Societate excluduntur (et tantumdem dictum sit de iis, qui in terris haereticorum nascerentur); sed ille potius excludi intelligatur, qui esset infamis, excommunicatus, contempta auctoritate et providentia nostrae Sanctae Matris Ecclesiae, ita ut haeresis vel schisma* [f] *peccatum sit particulare personae, et non generale nationis aut patriae* [3].

[e] C. 1 d. 54. C. 27 d. 23.

[f] C. 1 d. 54.

---

7 nisi... iudicabit *add. Po3*, alios quam qui ad... fore existimabuntur *1le.*, 'existimabuntur' *add. Po1*, iudicabuntur *1le.* — 9-10 'nonnulla... ingredi' *add. Po1*, aliqua *1le.* — 10 rationes multae et graves nos *Po1, 2, 3, E1*, ratio'nes... graues' *add. Po1*, ratio multiplex et efficax *1le.* 11 Ea... sunt *add. Po2*, Huiusmodi sunt *1le.*, 'Huiusmodi sunt haec' *add. Po1*, Hujusmodi 'sunt hae' [est *1le.*] si quis *2le.* — 12 abscessisse *add. Po1*, se segiunxerit, *sic*, *1le.* — 13 inter infideles *add. Po3*, ut accidere solet inter infideles *1le.* — 14 *Marg.* K *Po1, 2, 3;* * per *E1.* — 14-15 uel qui se... seiunxit [segiunxit *pr.*] *1le. Po1;* * schismaticorum *E1.* — 16 Declaratio *obl. Po2, non obl. Po1, 3;* tertium 'De his [iis *Po2, om. Po3*, his *1le.*] quae impediunt ne quis in Societatem admittatur' *[add. Po1] Po2, 3, E1.* — 17 *Marg.* I *Po1, 2, 3;* condemnatus *add. Po1*, reprobatus *1le.* — 18 tamen *om. Po1, 2, 3;* suspectus 'haberetur' *[add. Po1*, esset *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 19 'timeretur' *add. Po1*, et timerctur quod *1le.* — 20 Verum... iudicium *add. Po2*, sed hoc iudicandum *1le.*, iudicandum *add. Po1*, iudicium *1le.* — 21 *Marg.* K *Po1, 2, 3.* — 22-23 generale potius peccatum esset 'patriae' [nationis *1le. et Po1*] quam particulare *E1, obl. et rest. Po2*, non esset solum ipsius particulare peccatum, sed simul aliorum generale *[3 vv. add.] 4le.*, non esset [esse *Congl*]... sed generale *3le.*, *Congl et Po3*, gencrale potius peccatum esset 'patriae' [nationis *pr. add. Po1*] quam particulare *1le.;* non esse peccatum personale *Congl.* — 23-24 hic... causam *add. Po2, om. Po3*, esset inter... numerandus talem ob causam *1le.* — 25 iis *add. Po2, om. Po3*, his *1le.;* nascerentur *add. Po2, om. Po3*, nascuntur *1le.* — 26 qui cum *[1 v. add. Po1]* infamia [infamis *1le. Po1*] esset *Po1, 2, 3, E1.* — 28 particulare personae *add. Congl*, personale *pr.* — 29 aut patriae *om. Po1, 2*, 'vel patriae' *add. Po3, om. E1 sed* aut patriae *add. in Erratis.*

---

[2] Ingressum hunc habent etiam *Constitutiones FF. Eremitarum S. Augustini*, cf. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 1.

[3] Hunc locum emendavit vel emendatum probavit congregatio I generalis, decr. 54, *Institutum* II, 169; v. t. II p. 284 textum *B* et not. 2.

C D

4. † Perpetrasse [g] homicidium', vel † esse [h] propter enormia peccata infamem'.

[g] *Exa.* c. 2 n. 2.

[h] *Ibidem* et **C.**

C. *Quod* [i] *ad homicidii impedimentum attinet, nulla (ut nec in aliis) declaratio adhibetur*[4]. *Num autem sit homicidium necne si dubitaretur, discernant Praepositi Generales; nec se faciles in huiusmodi dubiis exhibeant. Qui cum deliberatione homicidium perpetrari iussisset, si effectus est consecutus, quamvis manu sua non occiderit, inter homicidas erit existimandus.*

[i] *Exa.* c. 2 n. 2. C. 27 d. 24, 29.

[j] *Exa.* c. 2, **C.**

D. [j] *Infamia propter enormia peccata ibi impedimentum esse intelligitur, ubi, qui sic peccavit, infamiam contraxisset. Si procul esset ab eo loco, tamque serio resipuisset, ut de eo nihil timendum videretur; posset in Domino admitti. Qualia vero sint, vel non sint huiusmodi enormia peccata, iudicet Praepositus Generalis.*

E

5. † Assumpsisse [k] Religionis habitum', vel eremitam cum vestitu monachali fuisse[5].

[k] *Exa.* c. 2 n. 3. C. 27 d. 25.

E. *Non solum si professionem emisisset, sed si vel unum diem habitum* [l] *Religionis gestasset, admitti propter rationes in Examine dictas non potest. Intelligendum est autem, quod habitum eo animo ut sit Religiosus, non propter aliam causam quae posset accidere, induisset.*

[l] C. 1 d. 129. C. 13 d. 7.

F

6. † Matrimonii [m] vinculo, vel servitutis legitimae ligatum esse'.

[m] *Exa.* c. 2 n. 4 et c. 3, **C** et P. 2 c. 2 n. 5.

F. *Quando hoc vinculum solutum esset, quod a domino vel a coniuge facultas concederetur, observatis aliis circumstantiis, quae iuxta sanam doctrinam et usum Sanctae Ecclesiae solent observari, impedimentum esse desinet.*

G

7. † Capitis [n] infirmitatem pati, unde accidat obscurari et parum sanum esse iudicium; vel si notabilem habeat ad illud dispositionem', ut in Examine fusius tractatur.

[n] *Exa.* c. 2 n. 5.

---

30 *Marg.* L *et* M *Pol, 2, 3;* * homicidium *El.* — 31 * infamem *El.* — 32 *Marg.* L *Pol, 2, 3;* Quod homicidu, *[sic] imp. v., Ile. Pol.* — 35 cum deliberatione *add. Po2*, *marg. Pol*, deliberate *Ile.* — 36 manus *Ile. Pol.* — 38 *Marg.* M *Pol, 2, 3.* — 39 sic *om. Pol, 2, 3, El.* — 43 *Marg.* N *Pol, 2, 3;* * Religionis *El;* eremitam aliquando *Pol, 2, 3, El.* — 45 *Marg.* N *Pol, 2, 3.* — 46 gessisset *Pol, 2, 3, seq.* ut nouitius *obl. Pol.* — 47 posset *Pol, 2, 3, El*, possit *pr. Pol.* — 47-48 'eo... relligiosus' *add. Po2, om. Po3*, cum animo in religione manendi et *Ile.* — 50 *Marg.* O *Pol, 2, 3;* * vinculo *El.* — 51 *Marg.* O *Pol, 2, 3;* solutum *add. Po3*, sublatum *Ile.*, solutum *Pol, 2;* uel co, *imp. v.* coniuge, *Ile. Pol.* — 52 facultas *add. Pol*, licentia *Ile.* — 53-54 obseruari *[seq.* ac *obl. Pol]* praecipue si nulli ex eo offendiculum praebeatur, impedimentum *Pol, 3, et Ile. Po2.* — 56 si *om. Po2, 3;* notabilem... dispositionem *add. Po2*, sic affectum esse, ut quis *[1 v. add. Pol]* ualde sit ad hoc dispositus *Ile.* — 57 *Marg.* P *Pol, 2, 3;* * tractatur *El.*

---

[4] V. sup. not. 3, p. 8. Nadal, hunc locum explicans, ait, nullam dari declarationem, quae sit dispensatio huius aliorumve impedimentorum, in quibus ne ipsa quidem Societas dispensare potest, id quod dicitur infra, in declaratione G, *Scholia*, p. 284. Quae sententia confirmatur t. 1, monum. 35, p. 250 n. 2.

[5] V. sup. not. 4, p. 9.

G. [o] *In omnibus his impedimentis expedit, ut nec Generalis Praepositus nec Societas universa dispensare possit: quandoquidem in universum ita Societati convenit, ut in huiusmodi non dispensetur.* [p] *Sed, si cerneretur aliquod ex his impedimentis in homine, qui talibus Dei donis ornatus esset, ut pro certo haberetur Societatem ad Dei et Domini Nostri obsequium eius opera admodum iuvari posse; si ille Summo Pontifici, vel eius Nuntio, vel summo Paenitentiario supplicaret sibi concedi, ut in Societatem, non obstantibus Constitutionibus, admitti posset, Praeposito eius Generali non repugnante; posset idem Praepositus consensum ad eum admittendum praestare: dum tamen ostium non multis, immo nulli, qui raris (ut dictum est) dotibus non sit praeditus, aperiatur*[6].

[o] *Supra* n. 2 et *Exa* c. 2 n. 6 et P. 2 c. 2, **B** et P. 4 c. 3 n. 2.

[p] *Exa.* c. 2, **D.**

---

8. Caetera [q] impedimenta, quamvis singula † a Societate non excludant, reddunt tamen minus idoneum eum, qui admitti exoptat'; et posset tanti momenti esse defectus, ut e servitio Dei non esset futurum cum eo quemquam admitti. **H**

[q] *Inf.* n. 16.

H. *Quodvis ex his secundariis impedimentis ex se satis esse posset, ne quis admitteretur.* [r] *Sed quia accidere posset aliquem huiusmodi defectum aliis praeclaris Dei donis compensari, ac in Domino tolerandum esse iudicaretur;* [s] *id discernendum prudentiae eius, qui admittendi facultatem habet, relinquitur: et eiusdem erit*

[r] *Inf.* **I** et *sup.* c. 2, **C.**

[s] *Supra* c. 2, **C.**

---

58 *Marg.* P *Po1, 2, 3;* omnibus iis *Po1, 2, 3.* — 58-61 impedimentis recte atque ordine fit vt... quandoquidem in uniuersum ita [ita in vniuersum *Po3*] Societati... ut non dispensetur. Sed si *Po2, 3, E1,* recte... si *add. Po2,* conuenit ne [nec *pr.*] praepositum 'quidem' generalem posse dispensare, quia generatim loquendo in huiusmodi non est dispensandum. Sed *Po1 et 1le. Po2.* — 61-69 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 62 qui aliis Dei donis tam praeclaris ornatus *E1;* 'pro... haberetur' *add. Po2;* Societatem *add. Po2.* — 63 admodum *add. Po2.* — 64 iuuarj posse *add. Po2;* summo *post* vel *add. Po2.* — 67 idem *add. Po2, om. Po3.* — 68 hoc ostium *Po1, 3, et 1le. Po2.* — 69 ut dictum est *om. Po1, 2, 3, E1.* — 61-69 'homine' [eo *1le.*] qui aliis Dei donis tam praeclaris ornatus... ut omnino existimaretur quod Societas ad Dei... opera non mediocriter iuuaretur [iuuari posse *marg.*]; si... Societatem *[seq.* admitti possit *obl.]* non... possit, praeposito... repugnante [si praepositus eius generalis non repugnaret *1le.*] posset praepositus consensum 'ad eum admittendum'... tamen hoc *[1 v. add.]* ostium non *[1 v. add.]* multis *[seq.* non aperiatur *obl.]* immo nulli qui raris [singularibus *marg.*] dotibus... 'aperiatur' *Po1.* — 70 Alia *1le. Po1;* quamuis *[seq.* * *E1, marg.* H*]* sigillatim accepta a Societate non omnino, *Po1, 2, 3, E1; marg.* Q *Po1, 2, 3.* — 72 posset huius *1le. Po1;* esset effectus *1le. Po1.* — 72-73 e... eo *add. Po2,* minime Deo gratum existimetur cum *1le.* — 74 *Marg.* Q *Po1, 2, 3;* ex se *add. Po2, om. Po3,* sigillatim *1le.* — 75 posset, ut aliquis admittendus esse *[1 v. om. Po1]* non uideretur. Sed *Po1, 2, 3, E1.* — 77 iudicaretur *om. Po1, 2, 3, E1* *; discernendum *add. Po2, marg. Po1, om. Po3,* discernere *1le.* — 77-78 prudentiae superioris qui... 'facultatem' *[add. Po1,* autoritatem *1le.]* habet *Po1, 2, 3, E1.*

* Verbum *iudicaretur* additum in secunda editione perturbat constructionem, id quod attente legenti patet et notatum est a La Torre in *Matr.* pag. 60, nota 1; fuit nempe emendatio versionis imperfecta; perfecta fuisset hoc modo: « Sed quia... donis ita compensari ut in Domino tolerandum esse [aliquod huiusmodi impedimentum] iudicaretur » vel ut proponit La Torre loco indicato; cf. textum hispanum t. II, p. 291.

---

[6] In hanc sententiam scribebat Polancus Araozio, labente Octobri 1548, et Turriano 15 Maii 1549, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 247 et 414. Ut dispensatio per nuntium postuletur, scribitur ad P. Lanoy, 4 Februarii 1556, ib. X, 640.

in huiusmodi casibus dispensare, habita nihilominus ratione iudicii Superioris, ad quem referendum erit quidquid difficultatem ingereret, et, quod statuerit, faciendum est.

9. Impedimenta autem haec secundaria, de quibus modo est sermo, huiusmodi sunt. Quod ad interiora attinet, passiones vel affectus, qui domari non posse videantur; vel peccatorum habitus, de quibus non magna emendatio speretur.

10. Intentio minus recta, quam par esset, ad Religionis ingressum, ut quae cum humano aliquo fine sit admixta [7].

11. Inconstantia vel remissio animi notabilis, ex qua, qui de ingressu agit, parum utilis futurus credatur ad Societatis munera obeunda.

12. Indiscretae devotiones, quae in causa esse solent, ut aliquis in illusiones et non exigui momenti errores incidat.

[t] *Sup.* c. 2 n. 6 et 7 et P. 4 *Prooe.* A.

13. [t] Litterarum ignorantia, vel ingenii aut memoriae ad eas addiscendas vel linguae ad explicandum defectus in illis, qui prae se ferunt intentionem vel desiderium ulterius progrediendi, quam solent Coadiutores temporales [8].

[u] *Sup.* c. 2 n. 4 et P. 2 c. 2 n. 4.

14. [u] Iudicii defectus, vel notabilis in proprio sensu obduratio, quae omnibus Congregationibus multum solet facessere negotii.

[v] *Exa.* c. 3 n. 8.

15. [v] In exteriori homine, defectus in integritate corporis, morbus, debilitas vel † notabilis deformitas'.

I. *Animadvertendum est, eos qui deformitates vel defectus insignes habent, ut gibbos vel alia quaepiam monstruosa, sive sic nati fuerint, sive ex aliqua externa causa, ut percussione et simi-*

80 ingereret *add. Po2*, *om. Po3*, ingeret *Ile.* — 81 faciundum est *Po1.* — 82 'haec' ['huius' *pr.*] secundaria 'de... modo' *add. Po1*, de quibus *Ile.*; est *add. Po2*, sermo est *Ile.* — 83 interiora *add. Po2*, interiorem hominem *Ile.* — 84-85 habitus... non adeo magna *E1*, *add. Po2*, consuetudines quorum emendatio parum speretur *Ile.* — 85 emendatio *add. Po1*, de quorum emendatione *Ile.* — 86 par sit *Ile. Po1.* — 87 vt... admixta *add. Po2*, quod humanum aliquid admiscere uideatur *Ile.*; quod humanis cogitationibus et cum *Ile. imp. Po1.* — 88 notabilis *add. Po2*, magna *Ile.* — 89 agit, inutilis credatur *Po3*, *E1*, inutilis *[1 v. add. Po2*, parum strenuus *Ile.]* fore credatur *Po1*, *2.* — 89-90 'ad... obeunda' *add. Po1.* — 91 quae sepe *[1 v. add. Po3] Po3*, *E1.* — 91-92 aliqui [aliquis *Po3 pr.*] in illusiones daemonis et... decidant *Po1*, *2*, *3.* — 92 illusiones Daemonis *E1.* — 94 explicandas *Po1*, *2.* — 94-95 intentionem *add. Po2*, idque in illis qui praesciferunt propensionem animi uel *Ile.*; *ante* in *est* 'idque' *add. et obl. Po1*, et hoc *Ile.* — 95-1 'quam... temporales' *add. Po3*, quam soleant ii coadiutores qui ad res temporales tractandas assumuntur *Ile.*, 'ii' *et* 'qui ad' res... 'tractandas assumuntur' *add. Po1*, in rebus temporalibus *Ile.* — 2 defectus et *Po1*, *2*, *3*, *E1*; notabilis... obduratio *add. Po2*, in proprio sensu obstinatio *Ile.* — 3 omnibus *om. Po1*, *2*, *3*, *E1*; negotii *add. Po3*, multum negotii solet *Po1*, *2*, — 4 integritatis defectus *Ile. Po1.* — 5 *Marg.* R *Po1*, *2*, *3*; morbus *add. Po3*, morbi *Ile.*; notabilis *[seq. * E1] add. Po2*, deformitas magna *Ile.* — 6 *Marg.* R *Po1*, *2*, *3.* — 6-9 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 6 eos *et* uel defectus *add. Po2.* — 7 monstrosa *E1.* — 8 percussione *add. Po2.*

[7] Cf. t. I, monum. 38bis, n. 138, p. 294.
[8] Ib., n. 18 p. 277.

libus, id acciderit; ad Societatem nostram non esse idoneos; partim quod res huiusmodi ad Sacerdotium obstare solent, partim quod ad proximorum aedificationem, quibuscum ex Instituti nostri ratione versamur, minime iuvant; nisi, ut superius [x] *dictum est, aliis eximiis virtutibus ac donis* Dei *compensarentur, cum quibus huiusmodi defectus corporis, potius ad augmentum, quam ad diminutionem aedificationis facturi viderentur.*

[x] *Sup.* H et c. 2, C

† Aetas valde tenera, vel plus satis provecta'. K

K. [y] *Quod ad aetatem attinet 14 annis minorem ut quis ad probationem, aut 25 ut ad professionem admittatur, si in quibusdam peculiaribus de causis antevertendum esse id tempus, ad finem maioris divini servitii nobis praefixum, videretur;* [z] *penes Praepositum Generalem facultas erit prudenter ac circumspecte dispensandi: et idem, cum provectior aetas fuerit, considerabit, an expediat, necne, ad universale bonum huiusmodi defectum tolerari.*

[y] *Sup.* c. 2 n. 12.

[z] *Sup.* c. 2, C et P. 9 c. 3 n. 8. C. 27 d. 152.

† Aes [a] alienum, vel civiles obligationes'. L

L. *De aere alieno diligenter consideretur, ne inde offendiculi vel perturbationis occasio oriatur; praesertim in obligationibus civilibus, de quibus iura disponunt; praeter rationem, quae habenda est, aedificationis.*

[a] *Exa.* c. 3 n. 6 et P. 2 c. 2 n. 5.

16. Quo [b] huiusmodi defectibus quis magis est obnoxius, eo minus est idoneus, ut Deo Domino nostro in hac Societate ad animarum auxilium serviat: [c] et, qui facultatem habet admittendi, videat ne charitatis particularis affectus universali noceat, quae, ut magis ad gloriam et honorem Christi Domini nostri facit, ita semper praeferri debet.

[b] *Sup.* n. 8.

[c] *Sup.* c. 1 n. 4.

9 accideret *Po1, 2, 3, E1, sed in E1 notatur ut error typogr. paginae 11, est vero in pag. 12;* esse idoneos *add. Po2.* — 6-9 est, quod qui deformitates insignes... uel quepiam alia monstrosa [monstruosa *pr.*]... ut mutilatione et similibus id accideret... non sunt idonei [esse idoneos *marg.*] *Po1.* — 10 Sacerdotium minime conueniunt *Po1, 2, 3, E1,* aditum intercludunt *marg. Po1.* — 12-13 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 12 nisi *add. Po2.* — 12-13 si ut... eximiis *[1 v. add.,* raris *Ile.]*... Dei non compensarentur [nisi *marg.,* ornarentur *add. et obl.*] *Po1.* — 16 *et* 17 *Marg.* S *Po1, 2, 3;* minorem *add. Po2, om. Po3,* inferiorem *Ile.* — 18 probationem admittatur *Ile. Po1.* — 19 anteuertendum *add. Po2, marg. Po1,* praeuertendum *Ile.,* preuerterit *add. et obl. Po1.* — 21 mature *Po1,* prudenter *marg.* — 22 aetas indeb, *imp. v., Ile. Po1;* an *et* necne *add. Po1,* num *Ile.* — 23 incommodum *add. et obl. Po1.* — 24 alienum et *Po1.* — 24 *et* 25 *Marg.* T *Po1, 2, 3.* — 25 De... alieno *add. Po2, marg. Po1.* — 25-26 *Ile. Po2, ut Po1 infra.* — 26 'perturbationis' *add. Po2, marg. Po1.* — 25-26 Circa aes alienum *[2 vv. add.,* debita *Ile.]* diligenter... offendiculi [scandali *add. et obl.*] uel inquietudinis... ciuilibus *Po1.* — 27-28 'de' *[add. Po2, om. Po3,* in *Ile.]* quibus 'in iure agitur' *[add. Po2, om. Po3],* praeter... aedificationis *[seq.* etiam ius ciuile cauet ne id fiat *obl. Po2, non obl. Po1, 3] Po1, 2, 3, E1, in E1 omissa praep.* de, *sed in Erratis dicitur addenda.* — 29 defectibus quibusuis *[1 v. add.,* omnibus *Ile.] Po2;* quisquis *Ile. Po1.* — 30 idoneus ad Societatem hanc *et* ut inseruiat Deo *Ile. Po1;* Domino nostro *add. Po2.* — 31 'seruiat' ['inseruiat' *pr.*] *add. Po1.* — 32 uniuersali praeualeat *Po1, 2, 3, E1,* uniuersalem posthabeat *Ile. Po1;* quae quidem *Ile. Po1.* — 33 faciat *Ile. Po1;* ita *add. Po. Po1,* merito *Po1, 2.*

De modo admittendi. Cap. IIII.

1. Quia nobis in Domino valde persuademus, ad hoc ut, divina et summa maiestas ministerio huius minimae Societatis uti dignetur, multum referre, ut, qui ad eam admittuntur, non solum diu probentur, antequam in eius corpus cooptentur, verum etiam, [a] ut valde noti sint, antequam ad probationem eam admittantur, A quae fit in communi convictu cum domesticis; expedit † [b] habitationem aliquam nostrae communi coniunctam designari', ubi, qui ad probationem admittuntur, hospitum more duodecim dies, vel usque ad viginti et amplius, prout Superiori videbitur, diversentur; ut id temporis de iis quae pertinent ad Societatem [c] illi certiores reddantur, et Societas eosdem plenius in Domino nostro cognoscat.

[a] *Inf.* n. 3 et *sup.* c. 1 n. 3.

[b] *Exa.* c. 1 n. 13 et H.

[c] *Exa.* c. 1 n. 13.

Declaratio in Cap. IIII.

A. *Cum Domus primae Probationis distincta et coniuncta nostrae habitationi esse non posset; curandum est, ut in nostris Domibus aliqua habitatio separata ad id designetur; ut qui admittuntur minorem habeant occasionem conversandi cum aliis, qui non fuerint a Superiore deputati.*

2. In hanc Domum, quae primae Probationis dicitur, facilius admitti possunt qui id optant, si clare ad Dei et Domini nostri Iesu Christi obsequium idonei in hac Societate esse viderentur; et contra, qui clare non esse tales cernerentur, [d] consilio (et si quid

[d] *Exa.* c. 2 n. 7.

2-6 Domino persuademus multum referre ad... dignetur vt qui admittantur [admittuntur *Po1*]... corpus *[seq.* 'per solitam votorum emissionem' *add. Po1, obl. Po2]*... verum etiam *[1 v. add. Po3]* ut *Po1, 2, 3.*— 2 valde *om. Po1, 2, 3, E1;* 'ad hoc vt' *add. Po1,* 'ad id vt' *3le.*, 'quo' *2le.*, ut *1le.* — 6 eam *add. Po1.* — 7 *Marg.* V *Po1, 2, 3.* — 8 aliquam nostris domibus coniun *[imp. v.] et* communi habitationi *1le. Po1*; designari *add. Po1*, 'deputari' *1le.*, destinari, constitui *add. et obl.* — 9 hospit'um more' *add. Po1,* diuertant ut hospites *1le.* — 10 'diuersentur' *add. Po1,* diuertant *et aliud v. quod legi nequit add. et obl.;* 'vt id temporis' *add.*, ut illi hoc [ob *ms.*] tempore *1le.* — 11 'illi' *add. Po1.* — 12 vt Societas *1le. Po2;* nostro *add. Po2.* — 13 In caput IIII, De modo admittendi *Po2, E1,* Declaratio in quartum caput, De... admittendi *1le. et Po1, 3,* 'De... admittendi' *add. Po1.* — 14 *Marg.* V *Po1, 2, 3;* et tamen coniuncta *Po3*, tamen *add. et obl. Po2,* 'et con'iuncta *add. Po1,* sed adiuncta *1le.* — 16 habitatio, quantum fieri poterit 'ab aliis' *[add. Po1]* remota ad *Po1, 2, 3, E1.* — 17-18 cum aliis conuersandi *[1 v. add. Po2, om. Po3,* se immiscendi *1le.]* praeter illos qui a superiore sunt deputati *Po2, 3.* — 18 de'sign'ati *add. Po1,* deputati *1le.* — 19 facilius *add. Po3*, citius *1le.* — 20 clare *add. Po2,* omnino *1le.*, *add. Po. Po1,* certo *1le.* — 20-22 si... Dei Domini nostri obsequium idonei *[1 v. add.]* in... esse tales *[2 vv. add.,* esse idonei *1le.]* cernerentur *Po3*, si clare *[1 v. add.*, omnino *1le.]* ad Dei 'et' Domini nostri *[2 vv. add.]* obsequium in... esse idonei uiderentur... non esse idonei cernerentur *Po2,* si 'omnino' ['viderentur' *add. et obl.*, certo intelligeretur eos *1le.*] ad Dei obsequium in hac Societate 'esse' *[1 v. obl. et rest.]* idonei [idoneos *1le.*, 'forc' *add. et obl.*] 'viderentur', et contra *[1 v. add.*, viceuersa *1le.]*... esse idonei 'cernerentur' [nidcrentur *1le.*] *Po1.* — 22-23 adiuti *add. Po2*, aduti consilio (et si quo alio charitas suggeret) *1le.;* si quid alind *1le. Po1.*

aliud charitas suggerit) adiuti, ut alibi Deo ac Domino nostro servire curent, statim dimitti poterunt.

3. Quod si res non esset Societati tam clara quam oporteret, [e] postquam qui admitti cupit voluntatem suam proposuerit, [e] et de primis impedimentis decenter interrogatus fuerit, et summam nostri Instituti probationesque ac difficultates quae in eo sunt, intellexerit [1]; quamvis efficaciter desiderare videatur in Societatem admitti [f] ut in ea vivat et moriatur † (quod quidem si deesset, ut plurimum, nemo ad primam probationem admitti deberet)', † responsum tamen ac sententia ultima aliquamdiu differatur'; ut eo tempore res melius considerari et Deo commendari possit, ac † diligentia conveniens adhiberi, ut [g] magis cognoscatur', et ut de eius constantia periculum fiat. Quantum autem differri oporteat, et quae diligentia sit adhibenda, prudenti considerationi illius, qui admittendi facultatem habet, relinquendum est, qui semper maius Dei obsequium spectabit.

[e] *Sup.* c. 3 n. 3 usque ad 7 et *Exa.* c. 2 n. 1 usque ad 5.

[f] *Exa.* c. 3 n. 14 et P. 5 c. 1, **A**. **B** **C**

D

[g] *Sup.* n. 1 et c. 1 n. 3.

B. *Si aliquis ob causas rationi consonas in Domum reciperetur, qui nondum obsequio divino in hac Societate se dedicare omnino statuisset; perinde ut hospes, et non ad primam vel secundam probationem admittetur. Sed ea in re, ultra triduum, qui aliis praeest non facilem se exhibeat, nec sine facultate Praepositi Generalis, vel certe Provincialis, id faciet: et difficilius ubi Novitii fuerint, quam ubi non fuerint, ea facultas concedi poterit* [2].

---

23 suggerit *Po3*, suggeret *Po2;* Deo Domino *Po2, 3;* Domino nostro *add. Po2.* — 24 inseruire *1le. Po2.* — 25-26 Quando Societas eam claritatem non haberet, quae necessaria est, postquam *Po2, 3*, eam... est *add. Po2,* certitudinem quae exigi debet non haberet *1le.*, 'certitudinem [claritatem *pr.*] quae exigi debet' ['merito exigitur' *2le.*, que conueniret *1le.*] non haberet, postquam *Po1.* — 28 probationesque... difficultates *add. Po3*, et probationum difficultatem *1le.*, et probationum ac difficultatum *Po2*, ac rerum obseruatu difficilium *1le. Po1;* in ea *Po1, 2, 3, E1;* in eo *1le. Po1;* 'intellexerit' *add. Po1.* – 29-30 efficaciter... uideatur ad Societatem admitti [efficaciter... admitti *add. Po2,* ille ualde propensus ad ingressum Societatis uideatur *1le.*] ut in ea perpetuo uiuat (quod *Po2, 3.* — 30-31 quidem *[add. Po3]*... ut plurimum *[2 vv. add. Po2,* in genere loquendo *1le., add. Po. Po1,* 'in un', *imp. v., et* 'in communem legem' *add. et obl.]* nemo ad probationem admitti deberet *[seq.* communiter *obl. Po1] Po1, 2, 3, E1, 2, 2[b], 4[b],* deesset, nemo ad... probationem ut plurimum *E3.* — 30-33 *Marg.* X, Y, Z *Po1, 2, 3,* 'Z', 'Y' *1le. Po1.* — 31 ad * Probationem *E1;* tamen *add. Po3.* — 32 ac deliberatio *Po1, 2, 3, E1.;* * differatur *E1;* 'differatur' *add. Po1,* differatur aliquandiu *1le.* — 33 conueniens *add. Po2.* — 34 magis is *Po2,* 'is' *add. Po1;* ut... constantia *add. Po2*, eius constantiae *1le.* — 34-35 constantiae periculum fiat, *add. Po1,* constantia probetur *1le.* — 35 * sit *E1.* — 36 'prudenti' *add. Po3, legi nequit 1le.,* discretae *Po1, 2;* 'facultatem' *add. Po1,* auctoritatem *1le.* — 37 relinquendum est *add. Po2*, relinqui poterit *1le.;* semper quod Deo magis placere poterit, intuebitur *Po1, 2, 3, E1.* — 38 *Marg.* X *Po1, 2, 3;* honestas, legitimas, probabiles *marg. Po1;* in... reciperetur *add. Po2*, domum reciperetur *Po3*, domi exciperetur *[2 vv. add. Po1*, domum admitteretur *1le.] Po1, 1le. Po2.* — 39 dedicare *add. Po2,* consecrare *1le.;* omnino *add. Po1.* — 40 perinde erit, atque ut hospes admitteretur et *1le. Po1,* in domum reciperetur *marg.* — 42 'se exhibeat' *add. Po1*, quicquam statuet *1le.;* sine licentia *Po1*, iniussu *marg.*, facultate *add. Po2*, licentia *(?) 1le.* — 43 nouitii religiosi *1le. Po2*, nouitii *Po3*, 'religiosi' *add. Po1, seq.* uel *obl.*, tirones *add. et obl.* — 44 concedi poterit *add. Po2,* concedetur *1le.;* id permittetur *marg. Po1.*

---

[1] Cf. sup. p. 7 not. 12, et t. I, monum. 38[bis], nn. 19 et 138, pp. 277 et 294.

[2] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], VII, 444.

C. *Ut responsum et deliberatio ultima aliquandiu differatur et diligentia ad id, ut perspectior ille sit, adhibeatur, in universum quidem observari debet: aliquando tamen peculiares ob causas (ut si quis videretur raris dotibus ornatus, et in periculo versari, ne per dilationem a proposito suo dimoveri vel certe valde sollicitari posset) compendio maiori, qua convenit diligentia adhibita, in Domum primae Probationis esset admittendus, vel post examinationem ad alia Societatis loca transmittendus.*

D. *Diligentia ad eos, qui ingredi volunt, magis cognoscendos adhibenda haec est, ut compendio quodam Examinis, an aliquo* [h] *ex primis impedimentis vel etiam ex secundariis, quae tertio capite attinguntur (cuiusmodi est bonae valetudinis vel integritatis corporis defectus, obligationes civiles vel aes alienum), teneantur, intelligatur.*

h *Sup.* c. 1, **D** et *Exa.* c. 1, **A.**

[i] *Conferet etiam, ut, praeter examinatorem, aliqui ex iis, quos Superior designaverit, agant ac versentur cum eo, qui recipiendus sit: et, intellecto etiam eius nomine et eorum quibus cognitus est, extra Domum inquiri poterit, cuiusmodi homo ille sit, si Domi nulli fuerit satis notus.*

i *Sup.* c. 1 n. 3.

Iuvabit etiam ad hoc ipsum, si frequenter ad confessionis sacramentum in ecclesia nostra aliquamdiu accesserit, antequam Domum ingrediatur. Et, si adhuc de eo dubitaretur, non parum conferet, si in Spiritualibus Exercitiis constituatur; ut ea claritas de eo habeatur, quae ad gloriam Dei Domini Nostri requiritur.

---

4. Postquam in Domino statuetur quod ad probationem aliquem admitti conveniat; [j] solitis vestimentis indutus[3], aut pro

j *Exa.* c. 1 n. 13 et **F** et P. 3 c. 2, **C.**

45 *Marg.* Y *Po2, 3, add. Po1,* 'Z' *1le.* — 45-47 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 45 *Verba* Vt, delibcratio ultima, differatur *add. Po2.* — 46 diligentia *et* adhibeatur *add. Po2.* — 46-47 in uniuersum [ut plurimum *pr.*]... debet *add. Po2.* — 45-47 Responsum *[seq.* differre *obl.]* et dcliberationem ultimam aliquandiu 'differre' *[1 v. add.,* ut differatur *marg.]* et diligentiam ad id *[1 v. add.,* hoc *1le.]* ut... adhibere, fere obseruandum erit *Po1.* — 47-52 Aliquando... causas *[5 vv. add.,* In casibus tamen particularibus *1le.]*... 'videretur' raris [praeclaris, insignibus, singularibus *marg.*]... periculo constitutus esse [esset *pr.,* uersari *marg.*]... suo remoueri [dimoueri *marg.*]... ualde molestari [sollicitari *marg.*] posset *[seq.* uideretur *obl.]*... 'qua conuenit' diligentia *[seq.* quae conuenit *obl.]*... essent admittendi... transmittendi *Po1.* — 48 videretur *et* 'versari' *add. Po2,* periculo constitutus esset *1le.* — 49 'sollicitari' *add. Po2,* molestari *1le.* — 50 posset, videretur *1le. Po2;* possit *Po3.* — 51 esset admittendus *add. Po2,* essent admittendi *1le.* — 52 transmittendus *add. Po2,* transmittendi *1le.* — 53 *Marg.* Z *Po2, 3, add. Po1,* 'Y' *1le.;* Industria *add. et obl. Po1.* — 54 adhibenda ea *1le. Po1;* 'compendio... Examinis' *add. Po1,* per summarium Examinis *1le.* — 57 teneantur *add. Po2, om. Po3,* laborent *1le. et Po3,* laboret *Po1.* — 59 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 60-61 qui... sit *add. Po2.* — 61 notus *marg. Po1.* — 62 Domum, notitia *1le. Po1;* 'homo' *add. Po1.* — 65 aliquandiu *obl. et rest. Po2,* aliquando *add. et obl.,* aliquando *Po3,* aliquandiu *Po1,* ad tempus *add. et obl.* — 67-68 ca... requiritur *add. Po2,* quantum satis est ad Dei gloriam sit]'sit' *add. Po1]* perspectus *[seq.* sit *obl. Po1] 1le.* — 69 aliquem *add. Po1.*

---

[3] Cf. t. I, ib., n. 26, p. 278.

cuiusque devotione (nisi aliud superiori videbitur) ingredi poterit: et in praedicta Probationis Domo, seu in loco ad id destinato, ut hospes constituetur: ac postridie quomodo eo in loco se gerere debeat ei declarabitur; ac nominatim, [k] ne verbo aut scripto (nisi Superiori aliqua de causa non levis momenti aliud videretur) cum externis vel domesticis agat, praeterquam cum iis, qui ad id designati a Superiore fuerint. [l] Quod fit, ut liberius secum et cum Deo perpendat vocationem suam [4], ac propositum divinae ac summae maiestati in hac Societate serviendi.

[k] *Exa.* c. 4 n. 6 et P. 3 c. 1 n. 2.

[l] C. 27 d. 30 § 1.

5. Elapsis duobus aut tribus diebus post ingressum in Domum Probationis, examinari accuratius incipiat, prout in officio examinatoris declaratur: [m] et relinquatur ei scriptum Examen, ut solus id maturius consideret: [n] postea eidem † ostendantur diplomata apostolica, ac Constitutiones et Regulae' in Societate ac Domo, quam ingreditur, observandae: [o] et, qui litteris operam dederunt, [p] de singulis facultatibus in quibus versati sunt, singulas praelegant lectiones, et id coram eis, qui a Superiore ad eius talentum in doctrina et proponendi modo cognoscendum sunt constituti.

[m] *Sup.* c. 1, **D** et *Exa.* c. 1, **A**.

[n] *Exa.* c. 1 n. 13 **G** et c. 4 n. 41.

E

[o] *Exa.* c. 5 n. 6.

[p] C. 4 d. 67.

E. *Iis, qui litteras apostolicas latinas, non intelligerent, satis esset earum summam (ut etiam Constitutionum et Regularum) declarare: [q] ex quibus ea pars ostendenda unicuique intelligitur, quae ei est observanda; ex qua summarium haberi potest, quod simul cum Examine unicuique relinquatur, ut per otium illud magis consideret.*

[q] *Exa.* c. 1, **G**.

---

71 si aliud superiori non videretur *Po1, 2, 3.* — 72 in praedicta *[1 v. add.]* probationis domo seu loco ad id deputato *[5 vv. add.*, uel habitatione praedicta *1le.]* ut *Po3.* — 73 gerere *add. Po1,* habere *1le.* — 74 ac nominatim *add. Po2,* ac in specie *1le.* — 74-75 si superiori... non videretur *Po1, 2, 3.* — 76 'agat' *add. Po1,* colloquatur *1le.;* cum his *Po1, 3;* 'qui ad id designati' *add. Po1,* qui deputati *1le.* — 78 diuinae et *Po1, 2, 3.* — 79 'seruiendi' *add. Po1,* seruiendi in *1le.* — 81 accuratius *add. Po1,* lcntius, diligentius *add. et obl.*, exactius *1le.;* 'prout' *add. Po1,* pt *1le.* — 82 'ei' *add. Po1;* scriptum Examen *add. Po3,* in scriptis Examinis volumen *1le.* — 83 *Marg.* Aa *Po1, 2, 3;* postea uideb, *imp. v., et* ei'dem' ostendentur *Po1;* * diplomata *E1;* diplomata apostolica *add. Po3,* litterae apostolicae *1le.* — 84 *Primum* ac *om. Po1, 2, 3.* — 87 ad *add. Po1.* — 87-88 a superiore sunt constituti... cognoscendum *1le. Po2.* — 88 constituti *add. Po1,* deputati *1le.* — 89 *Marg.* Aa *Po1, 2, 3;* Iis *add. Po2, om. Po3,* His *1le.* — 91-93 'ex... confici potest' *[add. Po1,* quae quidem in compendium redigi potest *1le.]* quod... 'relinquatur', *[add. Po1,* relinqui unicuique potest *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 93-94 otium 'melius et accuratius' *[3 vv. add. Po2, marg. Po1,* exactius *Po1 et 1le. Po2]* quae in eis continentur, consideret *Po1, 2, 3, E1.*

---

[4] In cod. *Regulae antiquae*, f. 45v, sunt aliquae iis observandae qui in prima probatione versantur. Locus hic videtur translatus in *Constitutiones Scholarum Piarum*, parte 1, c. 2; aiunt enim: «quo tempore quomodo se gerere debeat, ei significabitur, et signanter ne verbo, aut scripto, nisi de licentia Superioris cum externis, aut domesticis agat, praeterquam cum iis, qui a Superiore designati fuerint, quo fiet, ut liberius secum, et cum Deo perpendat vocationem suam», in editione Matriti, 1833, pp. 10-11.

[r] *Exa.* c. 4 n. 36.

6. [r] Eodem hoc tempore primae probationis conscientiam suam Superiori, vel ei quem ipse delegaverit, aperiet (nisi id negotii cum [s] *Exa.* c. 4 n. 10 et 41. Superioris consensu in aliud tempus differretur) [s] et generaliter confitebitur (si nondum id fecisset) et illi quidem Confessario, qui a [t] *Exa.* c. 4 n. 4. Superiore fuerit ad id destinatus. [t] Et, cum in libro ad id designato
F scriptum fuerit et † manu eius subscriptum' quidquid Domum tulit, et quod contentus sit observare omnia ei proposita; postremo, post reconciliationem, accepto sanctissimo Eucharistiae sacramento, [u] *Exa.* c. 1, B. ingredietur in Domum communis habitationis, [u] ubi cum aliis versari et in secunda probatione diutius exerceri solent Novitii [5].

F. *Si scribere nesciunt, alius coram eis eorum nomine scribet.*

G 7. † Quod dictum est de iis, qui tunc primum ad Societatem [v] *Exa.* c. 7 n. 8. admittuntur, bona ex parte cum illis observabitur', [v] qui a studiis, aut aliis locis Societatis, ubi diligenter examinati non fuerint, veniunt; qui quidem non ut Professi vel Coadiutores formati in corpus Societatis admissi sunt; ut, quo maiori cum luce procedetur, eo quisque constantior in sua vocatione maneat; et ipsa etiam Societas melius discernat, an conveniat ad maiorem laudem et gloriam Dei et Domini nostri illum apud se retinere.

G. *Praeter dilationem admittendi ad primam Probationem (qua uti cum iis, qui aliis in locis Societatis fuerint, non esset aequum),*

---

1 cum superiore *Ile. Po1;* de'legauerit' *add. Po1,* deputauerit *Ile.;* delegauerint, aperient, *perperam emend. ex* delegauerit aperiet, *Po2,* delegauerit aperiet *Po3.* — 2 in aliud tempus *add. Po1;* differetur *Po1, 2, Ile. Po3.* — 2-3 et generaliter... id fecerit... quidem *add. Po2,* et confessionem generalem instituet [instituent *Ile. Po1*] (si nondum id fecit *[1 v add. Po1,* fecissent *Ile.]*) cum eo *Ile.* — 3 si non *E4[b];* fecisset *add. Po3,* fecerit *Ile.* — 4 'dcsignato' *add. Po1,* comparato *add. et obl.,* deputato *Ile.* — 5 * cius *E1; marg.* Bb *Po1, 2, 3.* — 6 et eius consensus [consensum *Ile. Po1.*] ad obseruanda omnia *Po1, 2, 3, E1.* — 7 post breuem *[1 v. subnotato calamo]* reconciliationem *add. Po3,* post breuiorem confessionem *Ile.,* postremo post breuiorem *add. Po2,* post breuem *Ile.,* 'breuem confessionem' *add. Po1,* reconciliationem *Ile.* — 8 ingredientur *Ile. Po1, 2;* uersab, *imp. v., Ile. Po1.* — 9 novitii *om. Po1, 2, 3.* — 10 *Marg.* Bb *Po1, 2, 3;* nomine *add. Po2, om. Po3;* nomina *Ile.,* nomine *Po1.* — 11 *Marg.* Cc *Po1, 2, 3;* * tunc *E1;* de his *Po1, 2, 3,* de his admittendis *Ile. Po1.* — 12 admitti *Ile. Po1.* — 12-13 a... Societatis *add. Po3,* a locis studiorum uel aliis *Ile.* — 13 fuerunt *Ile. Po2.* — 14 'vt professi' *add. Po1,* ad professionem *Ile.,* neque *[1 v. add.,* nec *Ile.]* ut profcssi uel *[1 v. add.,* nec *Ile.]* coadiutores *Po2.* — 14-15 'in... Societatis' *add. Po1.* — 15 sunt *add. Po3,* fuerint *Ile.,* fuerint *add. Po2,* sunt *Ile.;* maiori fuerit *Ile. Po1.* — 16 'constantior' *add. Po1,* firmior *Ile.;* 'ipsa etiam' *add. Po1,* ipsa *Ile.* — 17-18 conueniat *et* Domini... retinere *add. Po2,* an expediat eum apud se manere ad... Dei *Ile.,* 'apud se' manere *[seq.* in ipsa *obl.]* ad maiorem laudem et gloriam Dei *Po1,* Dei Domini *Po2, 3.* — 18 et *om. Po1, 2, 3.* — 19 *Marg.* Cc *Po1, 2, 3; Po2 notat* 'Hoc ponatur post bb' *; admittendi *add. Po1,* ut admittantur *Ile.* — 20 iis *et* fuerint *add. Po2, om. Po3,* his... fuerunt *Ile.*

---

* Declaratio "Iis qui litteras„ in exemplis *Po1, 2, 3* posita est post declarationem "Practer dilationem„; sed juxta hanc est in *Po2,* monitum Polanci notatum in apparatu critico. In exemplo *Po3* nullum est monitum; at litterae singulis recte praepositae indicant ordinem servandum, qui proinde est jam in prima editione.

---

[5] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], I, 603-606; II, 463; III, 172; IX, 87, 133, 141.

reliqua fere omnia in eisdem locum habent: licet, quo magis noti sunt et firmi, minus necesse sit eam diligentiam adhibere, quae adhiberi solet ad cognoscendos et stabiliendos eos, qui admittuntur ad probationem.

SECUNDA PARS

QUAE AD EOS DIMITTENDOS PERTINET, QUI, ADMISSI, PARUM APTI IN PROBATIONE AD SOCIETATEM INVENIRENTUR.

QUI DIMITTI POSSINT, ET PER QUOS. CAP. I.

1. Ut autem ad propositum huic Societati finem divini obsequii et auxilii animarum convenit conservari, et numero augeri operarios idoneos ac utiles ad hoc opus promovendum; [a] ita dimitti eos oportet, qui tales non fuerint inventi, et successu temporis deprehendatur, vel quod haec non sit eorum vocatio, vel quod ad commune bonum Societatis non conveniat, ut in ea maneant. Sed tamen, ut non faciles esse ad admittendum, ita neque ad dimittendum, immo minus oportet [1]; sed mature omnino et considerate

[a] P. 10 n. 7.

21 omnia cu, *imp. v.* cum, *Ile, Po1.* — 22 sunt 'et' digni quibus magis confidatur, minus *[5 vv. add. Po1,* maiori confiden *2Ie. imp.,* et a quibus sit minus timendum *1Ie.] Po1, 2, 3, E1.* — 22-24 minus... probationem *Cong4,* minus necesse [necessaria *pr. Po1*] erit [sit *E1, 2, 3, add. Po2, om. Po3*] diligentiam adhibere ad eos cognoscendos et conseruandos [stabiliendos *E2, 3;* defendendos *add. et obl. Po1*] qui ad probationem admittuntur *pr.*

1 Pars secunda *add. Po3,* Secunda pars *1Ie.,* pars constitutionum *Ci, sic in titulis reliquarum partium.* — 2-3 qui ad probationem admissi fuerant et parum *[1 v. add. Po1]* apti ad Societatem inveniuntur *Po1, 2, 3, E1.* — 4 *Tituli capitum secundae partis in Po3 erant prius ut in prima parte; sed emendati sunt ita ut res prius, nomen capitis in fine ponatur;* possint *add. Po3,* possunt *1Ie.,* possint *Po1.* — 5 autem *om. Po1, 2;* huius Societatis *1Ie. Po1.* — 7 ad Dei opus *Po3, E1,* ad hoc Dei opus *Po1, 2,* 'Dei' *add. Po1.* — 7-11 dimitti... oportet *[3 vv. add. Po2,* etiam si *1Ie.]...* fuerint et successu [subcessu *1Ie. Po1*] temporis intelligatur [intelligetur *1Ie. Po2*] uel quod haec... uocatio, uel quod ad commune bonum Societatis non conuenit ut in ea maneant. Sed tamen ut *[vv.* haec... ut *add. Po2] Po2,* haec non erat ['erat' *add. Po1,* fuerit *1Ie.*] eorum uocatio, uel utcunque id sit, quod ad commune bonum Societatis in ea manere non debent [debeant *Po1,* debent *1Ie.*] eos dimitti conuenit, vt tamen non *[1 v. add. Po1]* nimis *Po1, 1Ie. Po2.* — 8 inventi *om. Po1, 2, 3, E1;* deprehendatur *add. Po3,* intelligatur *1Ie.* — 9 haec *om. Po3, E1.* — 10 conuenit *Po1, 2, 3.* — 11 non nimis faciles *Po1, 2, 3, E1;* esse *add. Po3.* — 12 'imo minus' *add. Po1,* 'uel minus' *add. et obl.,* esse conuenit *1Ie.;* mature *add. Po3,* grauiter *1Ie.,* 'grauiter' *add. Po1,* prudenter *add. et obl.,* mature *1Ie.*

[1] Vides majorem in dimittendo e Societate, quam in admittendo difficultatem esse debere, id quod multi extra Societatem et nonnulli ex ipsa Societate secus perperam intelligunt (e. g. DUHR, in *Stimmen der Zeit* t. 103, p. 248, Julii 1922). Locus in Memoriali Consalvi de Camara, *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 318, «para esto [ad consulendum sanitati corporis Societatis] despidir con facilidad» ex ipso contextu ita explicari potest, ut Constitutionibus non contradicat. Cf. et *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 624-625; IV, 560-561; XII, 283, caet.

in Domino procedendum est. Et, quamvis causas ad dimissionem dignas eo graviores esse oportet, quo quis arctius Societatis corpori
A coniunctus est; † quamtumlibet [b] tamen quisque sit coniunctus, in
[b] P. 9 c. 4 n. 7. quibusdam casibus separari ab ea posset ac deberet', ut sequenti capite videbitur.

DECLARATIONES IN SECUNDAM PARTEM.

In Cap. I. Qui dimitti possint etc.

[c] P. 10 n. 7. **A.** [c] *Licet omnes (ut in Constitutionibus dicitur) dimitti possint;*
[d] *Inf.* **C** et c. 3, **A.** *alii tamen facilius quam alii dimittentur.* [d] *Qui in Domum primae Probationis admissi sunt, antequam cum aliis versentur, si eo tempore appareret non esse ad Societatem idoneos, facilius quam alii possent dimitti.*

[e] *Inf.* **C** et c. 3, **A.** [e] *In proximo gradu illi sunt, qui in secunda probatione in Domibus vel Collegiis, nullis adhuc votis ligati, versantur; si experimento comperiretur, quod ad maius Dei obsequium non foret, si in Societate manerent.*

[f] *Inf.* **C** et c. 3, **A.** [f] *In tertio gradu illi sunt, qui, votis quidem sponte sua se Deo obligaverunt, verum in Scholasticos approbatos vel Coadiutores Societatis formatos, exacto iam tempore probationis solitae, non sunt admissi.*

[g] *Inf.* **C** et c. 3, **A.** [g] *In quarto, et qui graviori consideratione et causa indigeant, sunt Scholastici approbati.*

[h] *Inf.* **C** et c. 3, **A** et P. 5 c. 4, **B.** [h] *In quinto gradu, ubi quidem maior erit difficultas, sunt Coadiutores formati, tam spirituales quam temporales, si post vota sua publica, licet non solemnia, necessario dimittendi viderentur.*

---

13 procedendum *ducto subter calamo Po3*, agendum *add. et obl.* — 13-14 'ad dimissionem idoneas' ['sufficientes' *pr.*] *Po1*, idoneas *marg. obl.* — 14 eo *add. Po1*, eas *1le.;* 'arctius' *add. Po1*, 'penitius' *add. et obl.*, interius *1le.* — 15 *Marg.* A *om. Po3; primum* 'coniunctus' *add. Po1*, coniunctus, annexus *marg. obl.*, unitus *1le.;* tamen *add. Po3;* 'sit coniunctus' *add. Po1*, unitus *marg. obl.*, intime unitus sit [fuerit *pr.*] *1le.* — 15-16 in quibusdam [aliquibus *pr.*] casibus *add. Po3*, aliquid posset [possit *1le. Po2*] accidere *[1 v. add. Po. Po1*, in aliquo casu *add. et obl.*, committere *1le.]* propter quod separari *1le.* — 16 possit ac debeat *1le. Po3*, 'ac debeat' *add. Po1.* — 17 uidebitur *add. Po2*, cognoscetur *1le.*, cognoscetur, *add. Po1*, intelligetur *marg. obl.*, uidebitur *1le.* — 18 Declar. [Declaratio *pr.*]... partem *[obl. et rest.]*, Declaratio *Po3*, Declar. *Po1;* partem *[seq.* ac primo *obl. Po1]* 'quae pertinet ad dimissionem' *[add. Po1] Po1, 2, 3, E1.* — 21 tamen *om. Po1, 2, 3;* quam alii *add. Po2, om. Po3*, aliis *1le.* — 23-24 fa'cilius... alii' *add. Po2, om. Po3*, omnium facillime *1le.* — 26 adhuc *add. Po2, om. Po3*, dum *1le.* — 26-28 uersantur 'qui quidem si' [siquidem *1le. Po1*]... non foret si [fore quod *marg. Po1*]... manerent, dimitt'endi erunt' [dimitti poterunt *1le. Po1*] *Po1, 3, 1le. Po2.* — 30 obligauerunt *add. Po2*, consecrarunt *1le.* — 31 iam *add. Po1;* 'solitae' *add. Po2, marg. Po1*, consuetae *1le.* — 33 'grauiori' *add. Po1*, maturiori *1le.;* et causa *om. Po1, 2, 3, E1;* indigeat *Po1, 2, 3, E1.* — 35 ubi [qui *pr.*]... maior [difficilius *pr.*]... difficultas *[aliud v.*, sunt *(?), obl., quod legi nequit] add. Po2, om. Po3*, et quod [qui *Po3*] maioris sit negotii *1le.* — 36 formati sunt *Po1, 3, 1le. Po2.* — 36-37 tam qui spirituales, quam qui temporales uocantur, si... uiderentur [uideantur *Po1*, uiderentur *1le.*] *Po1, 2, 3, E1.*

[i] *In quibusdam casibus etiam Professi, cuiuscumque gradus et dignitatis in Societate sint, dimitti possent, si retineri sine detrimento illius ac divini obsequii non posse iudicaretur.*

[i] *inf.* C et c. 3, A et P. 9 c. 4 n. 7.

[j] *Praeter ea quae dicta sunt, quo magis alicui Societas deberet, quod de ipsa bene meritus esset; vel quo pluribus* DEI *donis ad eamdem in divino obsequio iuvandam praeditus esset; eo maiori cum difficultate esset dimittendus: ut contra, cui minus deberet Societas, quique minus ad eamdem iuvandam in divino obsequio esset idoneus, facilius posset dimitti.*

[j] *inf.* C.

2. Dimittendi facultas in primis ad universam Societatem pertinet, quando in Congregationem generalem conveniret. [k] Eadem erit penes Praepositum Generalem in omnibus, praeterquam si quid ad ipsius personam pertineret. Penes reliquos ex Societate tantum erit huius facultatis, quantum eis a capite collatum fuerit. † Praepositis tamen [l] Provincialibus amplam satis conferri expediet', ac † debita [m] proportione etiam Praepositis localibus et Rectoribus', quibus videbitur esse conferenda; ut [n] eo melius in toto Societatis corpore subordinatio sanctae obedientiae servetur, [o] quo clarius intelligent inferiores se a suis immediate Superioribus pendere, et quod sibi conveniat plurimum, immo necesse sit, in omnibus eis subesse propter Christum Dominum nostrum [2].

[k] P. 9 c. 3 n. 1 et B.

[l] P. 9 c. 6 n. 2 et P. 10 n. 8. B C

[m] P. 4 c. 10 n. 4 et P. 10 n. 8.

[n] P. 8 c. 1 n. 4 et P. 9 c. 6 n. 2.

[o] P. 8 c. 1 n. 6.

B. *Quamvis Praepositus Generalis in patentibus litteris ad Praepositos particulares missis amplissimam eis facultatem impartiat, quo magis subditi eosdem venerentur et humiliores ac sub-*

---

39 dignitatis sint *Ile. Po1;* po'ssent' *add. Po2, om. Po3,* poterunt *Ile.* — 40 iudicaretur, presertim si correctionis [correptionis *pr.*] spes nulla foret *Po1, 3, Ile. Po2, CompCI,* *. — 41 deberet *add. Po2, marg. Po1,* teneretur *Ile.* — 42 quo *add. Po2, om. Po3,* quod *Ile.* — 43 eo *add. Po2, om. Po3;* eo difficilius erit *Ile. imp. Po1.* — 44 contra *add. Po2, marg. Po1,* uiceuersa *Ile.* — 45 ad eam *Po3.* — 47 'facultas' *add. Po1,* auctoritas *Ile.* — 47-48 vniuersam [vniuersalem *pr.*] Societatem pertinet *et* in *add. Po3,* vniuersali Societati quando ad... conueniret pertinet *Ile.* — 50 ex *add. Po3,* de *Ile.;* Reliqui de Societate *Ile. Po1.* — 51 'facultatis' *add. Po1,* auctoritatis *Ile.;* collatum *add. Po1,* tributum *add. et obl.,* communicatum *Ile.* — 52 'conferri' *add. Po1,* communicari *Ile.* — 52-53 *Marg.* B, C *om. Po3, E1.* — 53 ac... proportione *add. Po2,* et habita proportionis ratione *Ile.;* 'etiam' *add. Po1;* Rectoribus collegiorum *Po1, 2, 3, E1.* — 54 videbitur *add. Po3,* videatur *Ile.,* videatur esse *add. Po2,* quibus conferenda *[1 v. add. Po. Po1,* comunicanda *Ile.]* uidebitur *Ile.* — 55 subordinatio *add. Po1,* ordo *Ile.* — 56 intelligent *et* se *add. Po3,* intelligetur *Ile.* — 57 sibi *om. Po1, 2, 3, E1;* plurimum *add. Po2;* omnino in *Ile. Po1.* — 57-58 subesse *add. Po3,* esse eis subditos *Ile.;* eis *add. Po1,* subdituros *Ile.* — 60 particulares *obl. et rest. Po2, marg. Po1,* inferiores *add. et obl.,* inferiores *Po3,* particulares *Po1,* minores *marg.;* 'facultatem' *add. Po1,* autoritatem *Ile.* — 61 maioris eos faciant *add. et obl. Po1.*

* Deletum est in *Po2,* quod manu Madrid additum erat Autographo hispano, f. 105r, v. t. II, p. 311 in var. textus *B* l. 73.

[2] Ad rem faciunt *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 557-558, et *Monum. Xav.* I, 721-722; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VIII, 151-153, 264, caet.

missiores se exhibeant; nihilominus tamen per secretas litteras haec potestas contrahi (prout convenire videbitur) et limitari poterit.

[p] *Sup.* **A.** et *inf.* c. 3, **A.**

C. [p] *Quod ad eos attinet, qui in prima Probatione et secunda sunt, necdum votis emissis, facultatem ad eos dimittendos habebit quicumque ad eosdem admittendos eam habuerit: si tamen circumstantiae aliquae non id impedirent; cuiusmodi esset, si in Domum aut Collegium, ubi manent, a Generali vel Provinciali Praeposito, vel ab aliquo, cuius habenda sit ratio, destinati fuissent; vel si de Societate ipsi tam bene meriti fuissent, ut eorum esset particularis ratio habenda. In his enim et similibus casibus dimitti aliquis per quemvis Praepositum non deberet, nisi causae admodum urgentes et graves essent; ita ut minime dubitaretur Superiorum mentem huiusmodi futuram esse.*

[q] *Sup.* **A** et *inf.* c. 3, **A.**

[q] *Qui iam votis se obstrinxerunt in Domibus aut Collegiis, et Scholastici praeterea, biennio probationis exacto, approbati, si dimittendi essent, Praepositus localis, nisi re communicata cum Provinciali, id facere non deberet. Provincialis autem, pro modo facultatis a Generali acceptae, vel dimittere poterit, vel non poterit, quamvis Generalem non consuluerit.*

[r] *Sup.* **A** et *inf.* c. 3, **A** et P. 5 c. 4, **B.**

[r] *Coadiutores formati, sive spirituales, sive temporales, nisi consulto et approbante Generali, dimitti non debent; nisi in quibusdam remotissimis locis (ut in Indiis) huiusmodi facultatem Provinciali communicari oporteret, vel Generalis extra ordinem*

---

62 tamen *om. Po1, 2, 3.* — 63 contrahi *add. Po2, marg. Po1,* restringi *Ile.;* circumscribi */add. Po2, marg. Po1,* limitari *Ile.] Po2, E1; seq.* Et */obl. et rest. Po1]* certe [saltem *add. et obl. Po1*] quidem rectores et praepositi locales neminem dimittere debent ex his praesertim, qui uota emiserunt uel a superiore alio ad eos missi sunt, nisi re cum eisdem collata concessum eis fuerit */3 vv. add. Po1,* eorum ordinationem accipiant *Ile.];* excipiendi sunt tamen si qui casus ualde urgerent, in quibus sine graui incommodo */seq.* respons, *imp. v., obl. Po1]* expectari 'dum consulitur superior' */add. Po1,* consultio, *sic, Ile.]* non posset *non obl. Po1, 3, obl. Po2* *. — 65 'facultatem' *add. Po1,* autoritatem *Ile.* — 66 'eam' *add. Po1.* — 67 si *om. Fl.* — 68 praeposito missi fuissent *Ile. Po1.* — 69 eo destinati *Po1.* — 70 essent [fuissent *pr.*] 'vt' [quod *pr.*] eorum *Po1.* — 72-74 nisi 'causae... ita' */7 vv. add. Po2,* res adeo urgere videretur *Ile.]* ut dubitari minime posset */seq.* quod *obl.]* superioris mentem... futuram esse [futura esset *Ile.*] *Po2, E1;* nisi res... videretur, ut dubitari... posset, superioris mentem... esse *Po3,* nisi res 'adeo vrgere videretur' */3 vv. add. Po1,* ualde urgens 'ageret' *2Ie.,* ualde urgentes essent *Ile.]* ut dubitari minime posset, quod superiorum mens [mentem *marg.*] huiusmodi futura esset *Po1.* — 76 praeterea *add. Po2.* — 79 'facultatis' *add. Po1,* autoritatis *Ile.* — 79-80 non poterit, nisi 'postquam' */add. Po1]* generalem 'consuluerit' */add. Po1,* nisi consulto gencrali *Ile.] Po1, 2, 3, E1.* — 81-86 siue 'spiritualcs... temporales' */add. Po2, om. Po3]...* gcnerali, dimittendi 'non sunt, nisi' in */4 vv. add. Po2, om. Po3]...* Indiis 'oporteret' */add. Po2, om. Po3]* vel extra ordinem */2 vv. add. Po2, om. Po3]* generalis [Generalis extra ordinem *E1*] *Po2, E1, Ile. Po2 ut Po1, 1 v. excepto,* siue in spiritualibus siue in externis rebus nisi... generali 'non' dimittentur [dimitti non debent *Ile.*] 'exceptis' [nisi in *Ile.*] quibusdam... India, 'cum' huiusmodi 'facultas' [autoritas *Ile.*] prouinciali esset communicanda, uel si */seq.* eam *obl.]* peculiari quadam ratione generalis alicui... momenti */seq.* 'ad' *obl.]* 'eam' commisisset [communicasset *Po2, 3*] *Po1, 3.*

---

* Est locus additus a Polanco in Autographo hispano, f. 105v, et obl., cuius initium est «Y a lo menos» v. t. II p. 313 in var. textus *B* l. 26.

alicui, cui tamquam sibi ipsi fideret, et propter causas magni momenti eam communicasset.

[s] *Erga Professos minus etiam huiusmodi facultas inferioribus Praepositis est communicanda; nisi res ad Praepositum Generalem delata et gravi consideratione expensa foret, ita ut convenire ad divinum obsequium et commune Societatis bonum huiusmodi hominem dimitti videatur; ut si contumax* [t] *vel incorrigibilis esset.*

[s] *Sup.* **A** et *in*, c. 3, **A** et P. 9 c. 4 n. 7.

[t] *Inf.* c. 2 n. 2.

De causis, propter quas dimitti aliquem conveniat. Cap. II.

1. Causas eas, quae ad aliquem dimittendum sufficiant, ponderare coram Domino debebit prudens charitas Superioris, qui huiusmodi facultatem habuerit: sed, generatim loquendo, quatuor earum genera fore videntur [1].

2. Primum, si in Domino iudicaretur contra ipsius honorem et gloriam fore, quod is in hac Societate maneret, [a] qui videatur in quibusdam pravis affectibus aut vitiis, quae divinam offendunt maiestatem, [b] corrigi non posse: † quae, eo minus tolerari deberent, quo graviora essent' et plus culpae haberent; licet aliis nullum offendiculum (quod manifesta non essent) praeberent [2].

[a] P. 10 n. 7.

[b] *Sup.* c. 1, **C. A**

In Cap. II. De causis dimissionis.

A. *Quatenus defectus aliqui, qui contra divinum honorem et Societatis bonum esse dicuntur, debeant tolerari; cum id ex multis*

87 'facultas' *add. Po1,* autoritas *1le.* — 89 'graui consideratione' *add. Po1,* ualde matura, *sic, 1le.* — 91 'vt si contumax'... esset *add. Po2,* 'vt... incorrigibilis' *4le.,* 'vt si... esset etc.' *3le.,* 'vt si... esset, et de cuius correctione spes probabilis non haberetur' *2le. et Po3,* dimitti (ut... et incorrigibilis esset etc.) uideatur *Po1, 1le. Po2.*

1 conuenit *Po1.* — 3 'debebit' *add. Po1,* charitas debebit *1le.;* prudens *add. Po3,* discreta *1le.* — 4 'facultatem' *add. Po1,* auctoritatem *1le.;* habuerit, debebit *1le. Po1.* — 4-5 4ª earum genera *add. Po1,* quadruplices *1le.* — 5 eorum *Po2, male exscriptum ex* earum *Po1, hinc* eorum *Po3, E1, 2, 3,* earum *Cong4.* — 6 Prima *1le. Po1.* -- 7 is *et* qui *add. Po2,* quis *[praec.* ali *add. et obl. Po1] et* quod *1le.;* uideatur corrigi non posse *1le. Po1.* — 8 * pravis *E1.;* uitiis in offend, *imp. v., 1le. Po1.* — 9 *Marg.* 'A' *add. Po3,* D *1le.;* 'corrigi non posse' *add. Po1.* — 11 'praeberent' *add. Po1,* offendiculum praeberent quod *1le.* — 12 II *add. Po2, om. Po3,* In 2ᵐ caput *1le.* — 13 *Marg.* A *add. Po2,* B *1le.,* D *Po1, 3;* Quatenus *add. Po1,* Quousque *3le.,* Ad quem usque limitem *[1 v. add.,* terminum *1le.] 2le.*

[1] Huc spectant *Monum. Xaver.* I, 701-702; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 449-450.

[2] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, XII, 49 et 182. In *Statutis Fratrum Vitae Communis* notantur hi casus expulsionis: «Si quis caderet in haeresim, vel lapsum carnis, vel vitium proprietalis, vel furtum committeret etc.» Miraeus, *Codex Regularum*, p. 146. E nostris Constitutionibus, hoc loco et sequentibus quaedam pervenisse opinamur in Constitutiones Missionariorum Immaculati Cordis B. M. V. parte 1, c. 20 «De dimittendis»; legimus enim n. 87: «1º Si novitius videatur in quibusdam pravis affectibus aut vitiis, quae Deum offendunt, sese corrigere non posse. 2º Si in probationis decursu detegerentur in aliquo impedimenta seu defectus, quos in examine tacuisset», caet., v. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 4; cf. et *Cod. juris canonici,* can. 647.

circumstantiis particularibus personarum, temporum et locorum pendeat; discreto zelo eorum, quibus ea cura commissa est, relinqui est necessarium: [c] *qui eo impensius rem Domino commendabunt, et diligentius cum aliis, qui ad cognoscendam Dei voluntatem iuvare possint, communicabunt; quo eis difficilius negotium magisque dubium videbitur.*

[c] *Inf.* c. 3 n. 2 et 3 et **A.**

3. Alterum est, si existimaretur in Domino aliquem retinere contra Societatis bonum fore, quod, [d] cum universale sit, haud dubie bono particulari alicuius praeferri ab eo debet, qui sincere
B divinum obsequium quaerit. Tale quid esset, † si in probationum decursu aliqua impedimenta vel insignes defectus, quos antea in
C examine tacuisset, detegerentur'; vel si † experimento comperiretur [e] valde inutilem fore eum', et per quem praepedienda magis quam adiuvanda esset Societas, propter eius insignem ad quaevis eius munera ineptitudinem. Et multo magis dimitti oporteret, si damnum allaturus malo vitae exemplo iudicaretur; ac praecipue, si inquietum
D se ostenderet, et † verbis aut actibus offendiculum aliis praeberet': hoc enim tolerare [f] charitatis non esset, sed vitii contrarii, in eo quidem, qui tenetur conservare quietem et bonum statum Societatis sibi commissae.

[d] P. 1 c. 3 n. 16.

[e] P. 4 c. 6, **N.** C. 27 d. 31.

[f] *Inf.* n. 5.

B. *Si ille, qui ingreditur, ipso in initio morbum aliquem vel dispositionem ad illum detexit, et ea conditione, ut periculum fieret*

15 particularibus *Po1*, certis *marg.* — 16-17 'eorum... commissa est' *et* 'est necessarium' *add. Po2, om. Po3*, zelo superiorum *[seq.* id *obl.]* relinqui necesse est, qui eo *Ile. Po1.* — 19-20 quo eis *[seq.* magis *obl.]*... videbitur *add. Po1*, quo plus difficultatibus ac dubitationis habuerint *Ile.* — 21 Alterum *et* 'existimaretur' *add. Po1*, Secundum [Secunda *Ile*]... iudicaretur *2Ie.* — 21-22 'fore' *add. Po1*, quod aliquem... futurum esset *Ile.* — 23 dubie par, *imp. v.* particulari, *Ile.* — 24 *Marg. nulla litt. Po1, 2, 3.* — 25 discursu *Ile. Po3;* ing, *imp. v.* ingentes *(?), et* insignior *Ile. Po1.* — 25-26 defectus in examine suppressi detegerentur *Po1, 2, 3, E1.* — 26 *Nulla litt. marg. Po1, 2, 3.* — 27 nalde... fore *add. Po1*, quod ualde inutilis esset *Ile.;* eum *om. Po1, 2, 3.* — 27-29 per... insignem *add. Po2*, et potius ad occupandam quam adiuuandam Societatem, ut [quod *pr. Po1*] ualde ineptus ad... eius ['eius' *add. Po1*] munera *[seq.* uideretur *obl. Po1] Ile.* — 29 'dimitti oporteret' *add. Po1.* — 29-30 si Societati damnum... exemplo uideretur ac *Po1, 2, 3, E1*, damn'um allaturus' *add. Po1* damnosus *2Ie.*, pernitiosus *Ile.*; 'videretur' *add. Po1*, iudicaretur *Ile.* — 30 malo *om. E4b.* — 30-31 inquietus esset et *Po1, 2, 3, E1.* — 31 *Marg.* B *E1, add. Po. Po3;* * offendiculum *E1;* aliis *add. Po2*, aliis offendiculum *Ile.*, 'esset' *et* 'aliis offendiculum praeberet' *add. Po1*, si se inquietum et scandalosum *[1 v. add.*, seditiosum *Ile.]* uerbis aut actibus exhiberet *2Ie.* — 33 quietam *Ile. Po1.* — 35 *Marg.* C *E1, add. Po2, om. Po3*, G *et* F *(?) pr.*, F *Po3, add. Po1*, 'E' *Ile.*;* Si... ingreditur *add. Po1*, Si admissus *Ile.;* aegritudinem *add. et obl. Po1*, dispositionem *add.*, habitudinem *Ile.* — 36 ad probationem sanitatis *post* et *bis scrlpt. et obl.*

* Declaratio «Si ille» in exemplis *Po2, 3*, ff. 181r et 119v est post declarationem «Aliis offendiculum», ff. 180v et 119v; v. infra, ad versum 61, notam italicam Polanci. Idem ordo est in *E1;* in *Po1* est ut in editionibus 2, 3, et 4; origo tamen ordinis perturbati in *Po2, 3, E1*, est in ipso *Po1*, ubi quartae declarationi «Aliis offendiculum», praeposuit Polancus litteram E, unde reliqua exempla posuerunt hanc declarationem secundo loco, cum prima declaratio hujus capitis signetur ibidem littera D. Polancus ipse hanc rem emendare voluit addita notatione in exemplo *Po2* quam modo diximus; quoniam vero illam ipse aliusve delevit, prior ordo retentus est in *Po3* et *E1*. Facilius animadverti potuit collocatio praepostera in secunda editione, ubi Declarationes juxta Constitutiones Impressae sunt, quam in prima ubi libellum separatum efficiunt.

sanitatis eius, admissus est; cum cerneretur non convalescere, nec labores Societatis ferre posse in posterum, dimitti, ac extra Domum, prout vera charitas dictaverit, iuvari poterit.

Si ingressus est sine ulla conditione, manifestata quidem infirma corporis habitudine, sed spe concepta [g] *quod ad maiora aptus esset futurus, quam esse experimento comperiatur; quamvis etiam dimitti possit, animadvertendo quod sanitate ad nostrum Institutum necessaria careat, magis erit considerandum, num dimitti debeat, necne; et multo magis, si, cum sanus ingressus fuerit, in* [h] *obsequio Societatis in aegritudinem incidit. Tunc enim, si ipsemet contentus non esset, iustum non foret hac sola causa a Societate dimitti.*

[g] C. 1 d. 55.

[h] C. 5 d. 6, 50 n. 3. C. 27 d. 31.

Si in ingressu quis aegritudinem aliquam celasset; cum ea detegeretur, constat liberius et iustius eum dimitti posse. An autem revera sit dimittendus, necne, propterea quod aliis dotibus magni momenti ad divinum obsequium polleat, prudentiae Superioris relinquatur. [i] *Tantumdem sit dictum, si deprehenderetur, quod in aliqua re alia in examine veritatem suppressisset.* [j] *Quod si aliquod ex quinque impedimentis dissimulasset, tunc non est aequum ut in Societate maneat, iuxta id quod in prima parte dictum est.*

[i] *Inf.* n. 5.

[j] *Exa.* c. 2 n. 6 et P. 1 c. 3 n. 2 et **G.**

C. [k] *Si bonum testimonium non referret ex probationibus quae extra Domum fiunt vel etiam Domi, nec ea remedia, quae charitas ante dimissionem solet adhibere, sufficerent; conducibilius est eum dimittere, quam in corpus Societatis homines, qui ad eius Institutum non videntur convenire, admittere.*

[k] *Exa.* c. 4 n. 18 usque ad 24.

D. *Aliis offendiculum praebere ille intelligitur, qui suo exemplo peccandi occasionem eis praebet; et quidem amplius, si verba adii-*

---

38 dimitti poterit *1le. Po1.* — 41 'concepta' *add. Po1,* habita *1le.* — 42 experimento esse *1le. Po1.* — 44 careat *add. Po2, marg. Po1,* destituatur *1le.;* considerandum an *1le. Po1.* — 45 obsequio *Cong4,* ministerio *pr.* — 46 'incidit' *add. Po1,* inferit, *sic, 1le.* — 47 iustum *add. Po2,* aequum *1le.;* sola de causa *Po1, 2, 3, E1, 2, 3,* causa extra So, *1le. imp. Po1.* — 48 'celasset' *add. Po2, om. Po3,* dissimulasset *1le.* — 49 eum *et* posse *add. Po2,* eum *om Po3,* constat quod... posset *1le.* — 50 re uera sit *add. Po1;* dotibus *add. Po1,* Dei donis *1le.* — 50-51 'magni momenti' *add. Po2, om. Po3,* Dei *1le.* — 51 'polleat' *add. Po2, marg. Po1,* ornetur *1le.* — 52 Eadem sit ratio *add. et obl. Po1;* 'deprehenderetur' *add. Po2,* manifestum fieret *1le.,* deprehenderetur, comperiretur *marg. Po1;* 'aliqua' *add. Po2, om. Po3,* ulla *1le.* — 53-55 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 53 'Quod si' aliquo'd' *add. Po2, om. Po3.* — 54 'dissimulasset... aequum' *add. Po2, om. Po3.* — 55 'iuxta... est' *add. Po2, om. Po3.* — 53-55 Praecipue si in aliquo ex... impedimentis ea 'suppressio' [dissimulatio *1le.*] accidit; tunc enim aequum *[1 v. obl. Po2,* iustum *Po3, 2le. Po2]* non esset, ut... maneret (quemadmodum prima in parte dictum est) si in aliquo discretio'nis ratio' [discretio *1le.*] aliud non dictaret *[1 v. obl. Po2,* suaderet *Po3, 2le. add. Po. Po2,* nisi, suaderet, doceret *marg. Po1] Po1.* — 56 *Marg.* D *E1, add. Po2. om. Po3,* G *Po3, add. Po1,* 'F' *1le., 1le. Po2 obl. nequit legi.* — 59-60 institutum parum apti esse cernuntur, admittere *Po1, 2, 3, E1.* — 60 *Seq.* Aliis offendiculum *obl. Po2.* — 61 *Marg. est monitum Polanci* 'Quello che sta dentro di questi segni si metta al fine del capitulo' *obl.**; B *E1, add. Po2, om. Po3,* E *Po1, 3,* E *et* F *(?) pr. Po2;* scandalum *add. et obl.;* 'praebere' *add. Po1,* esse *1le.;* intelligitur ille *Po3.* — 62 praebeat *1le. Po1.*

* Declaratio «Aliis offendiculum» in cod. *Constit. latinae (Po2)* est secundo loco ff. 180v-181r; monet Polancus collocandam esse in fine post alias Declarationes capitis ejusdem, id quod factum est in 2ª editione et deinceps; v. not. ad l. 35.

ceret suasoria, ut ad aliquid mali alliceret, praecipue ad instabili-
[l] P. 8 c. 1 n. 5 et **F**. *tatem in sua vocatione,* [l] *vel ad discordiam, vel si quid* [m] *contra*
Superiores vel commune Societatis bonum moliretur. In quibus enim
[m] C. 5 d. 54. C. 6 d. 2. C. 9 d. 5, 25. *talia locum haberent, rationi consentaneum non esset, ut ii in Societate manerent.*

Quando, non tam propter rationem vel magnitudinem peccati, quam ob removendum offendiculum quod aliis praebuit, dimitti aliquem necesse esset; si alioqui aptus esset, expendet prudentia Superioris, an expediat facultatem ei dare, ut ad locum alium Societatis valde remotum, eamdem non egrediendo, proficiscatur.

---

4. Tertium, si iudicaretur id fore contra Societatis ac simul ipsius dimittendae personae bonum: quod ex parte corporis posset
[n] *Sup.* **B**. C. 27 d. 31. accidere, [n] si tempore probationis in aliquo morbus aut debilitas huiusmodi cerneretur, cum qua eum non posse progredi in laboribus, quos noster procedendi modus requirit ad Deo in eo ser-
[o] P. 1 c. 2 n. 4. et c. 3 n. 14. viendum, videretur; ex parte rerum animi, [o] quando, qui ad probationem admissus fuit, se componere ad vitam, sub obedientia et iuxta modum procedendi Societatis ducendam, non posset; quod nequeat vel nolit proprium suum sensum aut iudicium infringere, vel propter alia impedimenta, quae a natura vel a consuetudine promanarent.

---

64 ad *om. Po1, 2, 3, E1.* — 65-66 'In... enim' [in *1le.*] huiusmodi *[seq.* enim casibus *1le.*, qui *et* in quibus ii *obl.]* locum *Po1.* — 66 talia *add. Po2,* huiusmodi *1le.* — 66-67 vt ii *et* manerent *add. Po2,* manere *1le.,* ii *om. Po3,* ut *[1 v. add.,* quod *1le.]* in Societate manere *[sic,* manerent *1le.] Po1.* — 68-70 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 68 'propter' ratio'nem' *add. Po2, om. Po3.* — 68-69 magnitud'inem' *et* 'ob' *add. Po2, om. Po3.* — 69-70 'dimitti [*om.* aliquem] necesse esset' *E1, add. Po2, om. Po3.* — 68-70 tam ratio uel magnitudo *[3 vr. add.,* qualitas uel quantitas *1le.]* peccati quam necessitas remouendi offendiculum... praebuit ad missionem cogeret *Po1.* — 71 'superioris' *add. Po1;* expediat sic dimitti ut *Po1, 2, 3, E1.* — 71-72 Societatis *add. Po2, om. Po3,* remotum Societatis *1le.* — 72 eamdem *[add. Po2, om. Po3,* ab eadem *1le.]* non egrediendo mittatur *[1 v. add. Po2, om. Po3,* mittantur *1le. et Po3,* mitt'atur' *vel* mitt'antur' *add. Po1,* mitti *1le.] Po2, E1; seq.* Quanuis hoc ita se habeat, si aliqui bene de nobis meriti, possessionem aliquam uel redditum dare uellent, admitti possent, ut tanto maior numerus scholasticorum ac praeceptorum ad diuinum possent obsequium sustentari *obl. Po1* *. — 73 Tertia *1le. Po1;* ostenderetur [ostenseretur *ms.*] *add. et obl.* — 74 'ipsius dimittendae' *add. Po1,* particularis ipsius *1le.* — 75 *Marg.* 'C' *add. Po3,* F *1le.,* E *E1, 1le. Po1;* * morbus *E1;* probationis tempore *Po1, 2, 3.* — 75-76 morbus *add. Po2,* morbi... cernerentur *1le.* — 76-77 qua... laboribus instituto nostro ac procedendi modo conuenientibus ad Deo seruiendum [inseruiendum *1le. Po2*] *Po1, 2, 3, E1.* — 77-78 'ad... inseruiendum videretur' *add. Po1,* qua videretur in Domino eum... modo conuenientibus [solitis *pr.*] ad diuinum obsequium in eo *1le.* — 78 et ex parte animi *Po1,* rerum animi *[add. Po3,* uero animi *1le.] Po3-Av,* uero *[add. Po2]* animi *Po2, Ci sqq.* — 79 obedientia ducendam *1le. Po1.* — 80 *Marg.* D *E1, add. Po. Po3,* G *1le., add. Po. Po1,* 'F' *1le.;* * et *E1;* 'non posset' *add. Po1.* — 81 'nequeat' *add. Po1,* non possit *1le.;* 'infringere' *add. Po1,* intrinsere *(?) 2le.,* abnegare *1le.* — 83 promanent *Po2, add. Po. Po1,* existant *2le.,* procedant *1le.*

---

* Est locus additus manu Polanci in Autographo hispano, f. 107r, et obl. iterum additus nec oblitteratus in f. 113v, ad quem locum proprie pertinet, *Const.* IV, 2, 6; v. t. II p. 322 in var. textus *B* l. 29, et p. 400 ll. 78-83.

5. Quartum, si cerneretur id fore contra bonum aliorum, qui de Societate non sunt; [p] ut, si detegeretur vinculum matrimonii vel servitutis legitimae, vel [q] aes alienum magni momenti; quibus in rebus, dum [r] initio examinaretur, veritatem subticuisset.

Quaevis harum quatuor causarum satis esse videtur, ut Deo gratius fore iudicemus honeste dimitti eum in quo locum habuerint, [s] quam imprudentem in eo retinendo charitatem exercere [3].

[p] *Exa.* c. 2 n. 4. et P. 1 c. 3 n. 6.
[q] *Exa.* c. 3 n. 6 et P. 1 c. 3 n. 15 et L.
[r] *Sup.* B.
[s] *Sup.* n. 3.

De modo dimittendi. Cap. III.

1. Cum iis, qui dimittendi erunt, † observari eum modum conveniet', qui in conspectu Dei dimittenti, dimisso, et aliis domesticis et externis magis satisfaciat. Quod attinet ad dimittentem, ob causas superius dictas, tria observentur [1]. A

In Cap. III. De modo dimittendi.

A. *Animadvertendum est, quod Constitutiones de eo modo dimittendi loquuntur, cum palam id, ac propter causas manifestas efficitur. Sed praeter hos nonnulli occulte dimitti possunt, quando causae (quae plurimae, et quidem ex illis aliquae sine peccato esse possent) essent occultae, et, si non dicerentur, in aliis aliquid perturbationis timeretur. Tunc enim conducibilius est aliquo praetextu (ut probationum) extra Domum mitti, quam si eorum dimissio publicaretur.*

[a] *Ad hos hoc modo dimittendos satis erit, si Praepositus, qui ad id facultatem habuerit, re Domino commendata, et unius aut plurium audita sententia (si iudicaverit in Domino cum eis rem esse conferendam), statuat quod facto opus sit, et exsequatur.*

[a] *Sup.* c. 2, A.

---

84 Quarta *1le. Po1.* — 85 ut *add. Po2,* cuiusmodi essent *1le.* — 86-87 quibus in rebus *add. Po2,* in quo *1le.,* in quod *1le. Po1.* — 87 dum initio *add. Po3, 1le. legi nequit corrosa charta,* dum initio *Po1, 2;* subticuisset *add. Po1,* uelasset *2le,* texisset *1le.* — 90 imprudentem *add. Po3,* indiscretam *1le.,* indiscreta utend, *imp. v., 1le. Po1.*

2 *Marg.* 'A' *add. Po3,* H *1le.;* Cum his *Po1, 2, 3;* 'eum' *add. Po1,* modum talem *1le.* — 3 * qui *E1;* qui et *1le. Po1.* — 4 externis maxime *Po1, 2, 3, E1;* Quod propter dimittendum *1le. Po1.* — 4-5 'attinet', 'ob' *et* 'tria obseruentur' *add. Po1,* quod ad dimittentem, propter causas... dictas, attinet *[1 v. bis script.]* tria obseruentur *1le.* — 7 *Marg.* A *add. Po2, om. Po3,* H *1le.* — 8 'palam' *add. Po2,* manifeste *1le.,* palam, aperte *marg. Po1.* — 9 Sed praeterea *[1 v. add. Po2, om. Po3,* praeter hos *1le.]* nonnulli *Po2, E1;* occulte *obl. et rest. Po2,* dissimulanter *add. et. obl.,* occulte *Po1, 3,* clam *marg. Po1.* — 10 'ex... aliquae' *add. Po2, om. Po3,* quidem *1le.* — 11 et... dicerentur *obl. et rest. Po2,* illas scilicet non aperiendo si *2le. add. [sic Po3] et obl.* — 12 enim *add. Po2, om. Po3;* colore *add. et obl. Po1.* — 16 'facultatem' *add. Po2,* authoritatem *1le.* — 17-18 esse conferendam *add. Po2, 1le. ut Po1,* quod cum eis 'rem conferre' [communicare *1le.*] debeat [conferendam esse *marg.*] statuat *Po1.*

---

3 Dicta et facta S. Ignatii in hac re bene explicantur a P. Astrain, t. V, 517-550.

1 Cf. t. I, monum. 3, p. 13 n. [16], monum. 28bis et 28ter, p. 204 n. 28, p. 218 nn. 44 et 45 (est ibi error 4 pro 44); *Monum. Ignat.* ser. 1a, I, 588-589; II, 11 et 148, 145-146; XII, 199-200; ser. 4a, I, 185.

[b] *Sup.* c. 1, A et C.

[b] *Notandum est etiam ea, quae de modo dimittendi dicuntur, iis magis conuenire, qui in probationibus versantur; minus autem illis, qui in corpus Societatis cooptati sunt, ut Scholastici approbati et Coadiutores formati; ac multo minus Professis, in quibus charitas et discretionis donum a Spiritu Sancto datum docebit modum, qui in eis dimittendis tenendus sit; si* Deus *permitteret, ut hoc facere esset necessarium.*

[c] *Sup.* c. 2, A.

[2]. [c] Primum est, ut oret ipse Dominum et Domi orari ea intentione curet, (quamvis quis sit, pro quo oratur, non intelligatur) ut docere Dominus noster dignetur ea in re, de qua agitur, suam sanctissimam voluntatem.

[d] *Sup.* c. 2, A.

3. [d] Alterum, ut id conferat cum aliquibus seu aliquo ex domesticis, qui ad hoc negotium aptiores ei videantur, et audiat quid illi sentiant.

4. Tertium, ut, omnem exuendo affectum, et maiori Dei gloria prae oculis constituta, ac communis boni, tum etiam (quoad eius fieri poterit) particularis ratione habita, expendat hinc inde causas, et statuat, an dimittere debeat, necne.

5. Quod ad dimissum attinet, tria itidem observentur: primum exterius, ut recedat ex Domo, quantum fieri possit, [e] sine dedecore vel ignominia, ac † secum omnia sua ferat'.

[e] C. 9 d. 30.

B

[f] *Exa.* c. 4, B.

B. [f] *Ea, quae ipsius esse constet, difficile non est statuere ut secum ferat. Verum in iis, quae vel expendisset vel dedisset Societati, vel alioqui, si accidisset, ut ficto animo in Domo vel Collegio ipsius habitasset, prudentiae Superioris diuittentis relinquetur,*

19-20 conuenire *add. Po2, 1le. ut Po1,* etiam quod ea */2 vv. add./* quae [quod *pr.*]... 'dicuntur' [dicta sunt *pr.*] eis magis conueniunt [conuenire *marg.*] qui *Po1.* — 21 cooptati *add. Po2, om. Po3,* coaptati *1le.* — 23 *1le. Po2, ut Po1 infra.* — 23-24 docebit *et* tenendus sit *add. Po2, om. Po3.* — 24-25 permitteret 'vnde' */add. Po2, om. Po3/* necessario dimittendi essent */2 vv. add. Po2, om. Po3/ Po2, E1.* — 23-25 datum, modum... teneri debeat [tenendus sit *marg.*], si... permitteret aliquid 'a quoquam' [ab eis *pr.*] fieri, propter quod necessario 'esset' dimitt'endus'[dimitti deberet *pr.*] docebit *Po1.* — 26 *Est* 2 *E4[b]; '*Primum' *bis a Po. script.,* Primum *1le.;* est *om. Po1, 2, 3.* — 26-27 'ea intentione' *add. Po1,* curet ad hunc finem *1le.* — 27-28 (quamuis particularia non intelligantur) 'vt' */add. Po1/* significare */1 v. add. Po2,* docere *1le./* Dominus noster */1 v. add. Po2, 3,* omnes *1le./* dignetur *Po1, 2, 3, E1.* — 28 re qua de *Po1.* — 30-32 vt [id *om. Po3, E1*] conferat cum aliquibus seu aliquo [aliquo seu aliquibus *1le. Po3*] ex domesticis, et aptiores [ei *om. Po3, E1*] videantur *add. Po3,* ut conferat cum aliis domesticis uel certe cum aliquo qui... aptior uideatur *1le.* — 33 affectum aut part, *imp. v., 1le. Po1.* — 33-35 maiori... habita *add. Po2,* diuinam gloriam prae oculis */seq.* habendo *obl. Po1/* et communis */seq.* boni *obl. Po1/* et (quoad eius fieri poterit) particularis boni ['boni' *add. Po1*] rationem habendo *1le.* — 38 ex *add. Po3,* de *1le.;* possit *add. Po2,* potest *1le.* — 39 *Marg.* 'B' *add. Po3,* } *1le.;* vel *add. Po1;* affrenta *add. et obl.,* ignominia, probro *marg. obl.,* vittuperio *1le.;* * ac *E1.* — 40 *Marg.* B *add. Po2, om. Po3,* } *1le.;* Ea... constet *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1,* In his quae inuenientur 'ad ipsum spectantia', *4 vv. add.,* ad ipsum spectare inuenientur *3le.,* ipsius erunt *2le.,* ipsius esse intelligen *1le. imp. Po1;* non erit deliberare ut *Po1, 2, 3, E1,* deliberare *add. Po1,* statuere *1le.* — 41 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 42 'alioqui' *add. Po1.* — 43 'prudentiae' *add. Po1,* discretioni *1le.*

ut, habita ratione tum aequitatis tum aedificationis, statuat [g] *num illi aliquid amplius, quam quod invenitur de rebus ipsius, dari debeat, necne: et si amplius, quantum.*

[g] C. 5 d. 8.

6. Alterum interius, ut eum dimittere Superior curet, conservata, quantum fieri potest, charitate ac benevolentia erga Domum, et quanta cum consolatione in Domino fieri poterit.

7. Tertium, ut circa statum vitae studeat eum dirigere, ut aliquam convenientem viam serviendi Deo ineat, vel in Religione vel extra eam, prout divinae voluntati convenientius fore videbitur. Demum consilio et oratione, et si quid aliud charitas dederit iuvare curet.

8. Ut satisfiat aliis domesticis et externis, tria etiam observentur. Primum est, ut, quantum fieri poterit, curetur ne quid perturbationis in alicuius animo propter dimissionem maneat, † ratione reddita', quantum satis erit, quibus reddi opus sit; abstinendo, quantum fieri poterit, a defectibus, qui publici non fuerint, declarandis, quamvis in eo qui dimittitur nonnulli deprehensi fuissent. C

C. *Reddere rationem causarum propter quas aliquis dimittitur, vel non reddere, in communi vel in particulari, magis vel minus conveniet, prout is, qui dimittitur in maiori vel minori existimatione, et magis aut minus domi et foris charus fuerit.*

9. Alterum, ne male affecti maneant [h] erga dimissum, et, quantum fieri possit, ne de eo male sentiant; sed potius eius vicem doleant, et in Christo eum diligant, ac divinae Maiestati in suis orationibus, ut eum dirigere et ei misericordiam impendere dignetur, commendent.

[h] C. 1 d. 119.

10. Tertium, ut detur opera, ut eius exemplo iuventur, si qui minori cum aedificatione, quam par esset, Domi versantur; et

45 illi *add. Po2.* — 47 dimittendum curet *Po1, 2, 3,* eum dimittendum superior *E1.* — 48 beneuolentia mutua *Po1, 2, 3, E1.* — 49 potest *1le. Po1.* — 50 statum eius *1le. Po2;* 'studeat eum dirigere' *add. Po2,* curet eum consilio iuuare ut uiam aliquam conuenientem seruiendi Deo *1le.* — 51 Deo assumat *Po1, 2, 3,* assumere *1le. Po1.* — 52 *Verba* 'prout', conuenientius fore *et* 'videbitur' *add. Po1,* quod diuinae uoluntati conformius uidetur *1le.* — 53 'Demum' *add. Po1;* dederit *add. Po2,* exiget *1le.* — 54 curet *bis script., semel obl. Po1.* — 56 Primum ut sedulo curetur *Po1, 2, 3,* est vt sedulo curetur *E1.* — 57 *Marg.* 'C' *add. Po3,* K *1le.* — 57-58 ratione redd'ita' *add. Po1,* rationem reddendo *1le.* — 58 erit *add. Po1,* est *1le.;* opus erit *Po1, 2, 3;* 'reddi... erit' *add. Po1,* ea opus fuerit *1le.* — 61 *Marg.* C *add. Po2, om. Po3,* K *1le.* — 62 reddere et in *Po1, 2, 3, E1.* — 62-63 minus *[seq.* rem *obl. Po1, et* eas declarando *obl. Po2, non obl. Po1, 3]* fieri conueniet *Po1, 2, 3.* — 63 existimatione fuerit *1le. Po1.* — 64 'charus' *add. Po2,* dilectus *1le., add. Po. Po1,* amatus *1le.* — 65 Alterum ut studeat [studeatur *E1*] ne *Po1, 2, 3, E1.* — 66-67 eius... doleant *add. Po1,* ei compatiantur *1le.* — 67 eum *add. Po1.* — 68-69 'impendere... commendent' *add. Po1,* orationibus commendent, ut eum *[seq.* diligere *obl.]* dirigere dignetur et... impendere *1le.* — 68 dirigere dignetur *1le. Po3,* dirigere et *Po2.* — 70 Tertium est dare operam *Po1, 2, 3,* 'Tertium... operam' *add. Po1,* Tertium detur opera, *[2 vv. add.,* curare *1le.] 2le.* — 71 uersantur *add. Po2,* procedunt *1le.*

timeant, ne sibi tantumdem accidat, si nollent proficere: et externi 72
itidem, quibus id innotuerit, aedificationem accipiant, quod Domi non toleretur id, quod tolerari ad Dei gloriam non debet.

Quomodo se gerat societas cum iis, qui sua sponte recederent, vel quos ipsa dimitteret. Cap. IIII.

1. Qui dimittuntur, vel iniussi discedunt, si ad alium locum
A Societatis se conferant, † videntur nobis in Domino admittendi non esse'; nisi prius, qui dimisit, vel qui loco praeest unde discessit, 5
vel Praepositus Generalis, aut qui eius vices gerit, admonitus suum praestiterit assensum; ne defectus cognitionis rerum aut personarum alicuius erroris in Dei offensam causa sit.

In Caput IIII. Quomodo se habeat Societas cum iis, qui sponte recedunt, vel ab ea dimittuntur. 10

A. *Quamvis in genere dicatur, eum, qui sponte sua vel dimissus recessit, in aliam Domum admitti, nisi consulto prius Praeposito, in cuius Domo vel Collegio fuit, et eius exspectato responso, non debere; nihilominus tamen prudentiae Praepositi Domus, ad quam*
[a] P. I. c. 1, **A.** *rediit, relinquetur, ut consideret,* [a] *an tamquam hospes sit admit-* 15
tendus, vel non, donec responsum accipiat a Superiore, cuius voluntatem exsequi debet.

---

72 si non annitantur *[1 v. add. Po2,* proficere nitantur *Ile.]* proficere *Po1, 2, 3, E1.* — 73 'quibus id innotuerit' *add. Po1,* accipiant quibus [quid *pr.*] id innotuerit *Ile.* — 74 tolerentur quos [qui *Ile. Po2*] tolerari... non convenit *Po2, 3, E1,* tolerentur quae tolerari *Po1.*

1 his *Po1.* — 2 suapte redederent *Ile. Po1;* 'quos' *add. Po1.* — 3-4 discedunt * ab aliquo loco in alium eiusdem Societatis, videntur *E1; marg.* 'A' *add. Po3,* L *Ile.;* iniussi discedunt *[2 vv. add. Po2,* sua (suapte *pr. Po1*) sponte egrediuntur *Ile.]* ab aliquo loco in alium [in alio *Ile. Po3*] 'eiusdem Societatis' *[add. Po1]* videntur nobis admittendi [videtur... admittendos *Ile. Po3,* videtur... esse *add. Po2,* non videntur in Domino admittendi *Ile.*] *Po1, 2, 3.* — 5-6 qui... unde iniussus discessit uel alioqui [alioquin *Po2 et Ile. Po3*] generalis *Po2, 3, E1,* qui loco... discessit *add. Po2,* praepositus loci unde ipse sponte eggressus est *Ile.,* 'ipse sponte' *add. Po1.* — 6 uices gerit *add. Po1,* locum tenet *Ile.* — 7 'defectus' *et* 'rerum aut personarum' *add. Po1,* ne *[seq.* condi, *imp. v., obl.]* cognitionis defectus et 'ignorantia rei' [informationis *Ile.*] alicuius *2Ie.* — 8 in *add. Po3,* ad *Ile.* — 10 cum iis *add. Po2, om. Po3,* in his *Ile.* — 11 *Marg.* C *E1, add. Po2, om. Po3,* L *et* n *pr. Po2,* L *Po1, 3* *. — 11-14 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 11 eum *add. Po2* **. — 12 aliam domum *add. Po2;* prius consulto *Po1, 2, 3.* — 14 'debere' *et* tamen *add. Po2,* tamen *om. Po3.* — 11-17 dicatur quod *[1 v. add.]* qui... recessit *[seq.* denuo *obl.]* in alia domo... nisi prius consulto preposito... 'non debet' *[2 vv. add.,* non debere *marg.];* nihilominus 'prudentiae' [discretioni *Ile.*]... admittendus *[seq.* nec ne *obl.]*... 'accipiat' [ei sit *Ile.*]... 'voluntatem exequi' [prescriptum sequi *Ile.*] debet *Po1.*

---

* Ordo Declarationum huius capitis in *Po1, 2, E1:* "A. Quod ad"; "B. Cum dc", "C. Quamis", "D. Qui", (hic est ordo Autographi hispani); in *Po3:* "L. Quamis", "M. Quod ad", "N. Cum", "O. Qui"; v. t. II, *Proleg.* c 4, a. 3, § 2, p. XCVIII.

** Declaratio "Quamvis in" posita est tertio loco in *Po1, 2, E1;* notata tamen in *Po1* littera L, aliae vero duae litteris M et N; litterae ergo indicabant ordinem; sed transcriptis Declarationibus et litteris in *Po2* prout jacebant in *Po1,* deinde mutatae sunt litterae M, N, L in A, B, C, et hac via ordo hic transiit in primam editionem; v. t. II ib.

2. Communicationem autem facultatum aut gratiarum, quae iis, ut Societatis membris, concessae fuerant, simul atque membra esse desierint, constat cessare.

3. [b] Declaretur iis, qui dimittuntur, quod absoluti maneant a votis simplicibus, si ea iuxta formulam Societati consuetam (quae in quinta parte videbitur) emiserint; quodque nulla alia dispensatione indigeant [1]. [b] *Exa.* c. 6. n. 8 et **A.** et c. 7 n. 1 et 2. et P. 5 c. 4, **B.**

4. Ad eos reducendos, qui sine licentia recederent, si prius parum idonei ad Societatem habebantur, nulla diligentia opus erit; sed potius dirigantur ad aliud Institutum, ubi Deo servire possint, [c] relaxato illis voto [2], ut omnes scrupuli eis eximantur. [c] C. 1 d. 56.

5. Si huiusmodi essent, ut Deo gratum fore videretur eos non sic relinquere, praecipue si ex aliqua vehementi tentatione, aut ab aliis decepti egressi videantur, † diligentia adhiberi ad eos reducendos poterit'; et privilegiis ad negotium huiusmodi concessis a Sede Apostolica, quantum Superiori in Domino videbitur, uti licebit [3]. Et, cum aliquis horum sic reductus esset, † relinquetur prudentiae eiusdem Superioris, ut videat, num satisfactione aliqua opus sit', et quanta; an melius censeat omnino in spiritu mansuetudinis procedere. Qua in re, et eius qui reductus est bonum, et aedificatio domesticorum spectanda est. **B** **C**

B. [d] *Qui a Societate discedunt, quamvis ad eam idonei videantur, si aliam Religionem ingressi et eiusdem habitu induti fuissent, nec* [d] C. 1 d. 24.

---

18 communicatio *Ile. Po1;* iis *add. Po3,* his *Ile.* — 19 concessa *Po1;* 'membra' *add. Po1,* et que *Ile.* — 20 cessare *add. Po3,* suspendi *Ile.* — 21 iis *add. Po3,* his *Ile.* — 22 consuetam Societati *Po2,* Societati consuetam *Po1.* — 25-28 Cum his [iis *Po2*] qui sine *[4 vv. add. Po. Po1 a capite, Ile. eadem continua cum praec.]*... diligentia ad eos reducendos *[seq. in Po1* opus *obl.],* sed potius *[seq. in Po1* ad eos *obl.]* dirigendos ad... inservire [servire *Po2,* inservire *pr.*] possint, opus erit, relaxatis uotis, si ea emiserint, ut *Po1, 2;* Cum iis... reducendos opus erit, sed *[4 vv. add.,* dirigendos sed *Ile.]* potius dirigantur... possint *[seq.* opus erit *obl.]* relaxatis *Po3, caetera ut Po1, 2.* — 28 relaxato illis voto *add. Congl,* relaxando illis votum *pr.* — 31 decepti *add. Po1,* ac persuasi *add. et obl.,* seducti *Ile.; marg. nulla litt. Po1, 2, 3.* — 32 'negocium' *add. Po1.* — 34 *Marg.* B *E1, add. Po. Po3,* M *Ile., add. Po. Po1,* 'L' *Ile.;* esset, committetur *Po1, 2, 3, E1,* esset *om. E4*[b]. — 34-35 sic... committetur prudentiae 'eiusdem' *add. Po1,* resipiscens rediret, relinquetur discretioni superioris *Ile.* — 35-36 aliqua et quanta *[2 vv. om. Po3]* opus sit *[seq.* 'et' *add. et obl. Po1]* an... omnino censeat *Po1, 2, 3.* — 36 et quanta *om. E1;* omnino censeat *E1, correctum in Erratis, manet ut E4;* 'censeat' *add. Po1,* melius sit *Ile.* — 38 domesticorum *add. Po3;* et domesticorum aedificatio... est *add. Po2,* et domesticorum ratio erit habenda *Ile.* — 39 *Marg.* D *E1, add. Po2, om. Po3,* O *Ile.* — 39-41 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 39 'discedunt' *add. Po2.* — 40 habitum *Po3, Ile. Po2.* — 40-41 'nec... procurandum videretur ut ['vt' *pr.*]... reduceret' ['reducat' *Ile.*] *E1, add. Po2, om. Po3.*

---

[1] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], V, 124.

[2] Cf. *Proleg.* t. II, c. 3, a. 10, § 2, p. LXXVIII, unde concludes, recte proponi a La Torre et admitti in Elencho, numerum pluralem *vota* pro singulari *voto*, «relaxando illis vota» pro «relaxato illis voto».

[3] Paulus III in bulla «Licet debitum», 18 Octobris 1549, t. I, monum. 39, n. [6], p. 361. Cf. et *Scholia* Nadal, p. 42, qui intelligit agi hoc loco etiam de excommunicatione et carcere.

litigandum esse Societati nec procurandum videtur, ut eos reducat[4]. *Si habitum Religionis non induissent, poterit ea diligentia adhiberi, quam ordinata et prudens charitas dictaverit, ad eos reducendos ad illum locum, ubi in Domino iudicatur quod* Deo *servient.*

C. *Quod ad satisfactionem attinet eorum, qui sponte sua redeunt et admittuntur, vel qui reducti redeunt; cum eius satisfactionis scopus sit aliorum aedificatio, et eiusdem, qui rediit, profectus; ex circumstantiis personarum, temporis et locorum, num fieri debeat, necne, et, si fieri debet, quanta ea futura sit, iudicabitur: et haec omnia prudentiae Superioris, in cuius Domum vel Collegium ingreditur, committi oportet.*

---

6. Si qui sponte sua ad Collegium vel Domum, unde sine facultate recesserat, rediret, et alioqui idoneus ad Deo serviendum
D in ea iudicaretur; considerandum erit, † an veram perseverandi voluntatem afferat', et an sit paratus ad quamvis satisfactionem et probationem. Quod si secus esset, ut qui verae paenitentiae signa non ostendit, admitti non merebitur.

D. *Cum de illorum, qui sponte sua redeunt, constantia dubitaretur, in aliquo xenodochio vel aliis probationibus possent constitui, ubi, pauperibus Christi ex ipsius amore aliquandiu inserviendo, suae stabilitatis et constantiae specimen praebeant; quod et ad expurgandam praeteritae levitatis culpam pars quaedam satisfactionis esset.*

42-44 poterit [ea poterii *Ile., seq.* diligentia adhiberi *obl.*] ad illos *[1 v. add.,* eos *Ile.]* reducendos ad id *[1 v. add.]* institutum in quo iudicatur *[seq.* in Domino, quod *obl.]* gratius Domino obsequium praestituros [praestabunt, quam *Ile.*], ea diligentia adhiberi quam *[4 vv. add.]* ordinata et prudens charitas dictauerit *Po2, E1,* ea poterit diligentia adhiberi ad eos reducendos ad institutum in quo iudicatur gratius Domino obsequium praestituros, quam ordinata et prudens charitas dictauerit *Po3.* — 39-41 Qui egrediuntur a Societate sua sponte, quamvis iudicentur ad eam idonei; si aliam religionem essent ingressi et habitum eius assumpsissent, non videretur eos Societas recipere debere, nec minus curare ut eos ad se reduceret. *Congl.* — 39-44 Qui *[seq.* sponte *add. et obl.]* egrediuntur a Societate [a Societate discedunt *marg.*], qúanuis... ingressi *[seq.* fuissent *obl.]*... habitum induissent [habitu induti fuissent *Ile.*] admittendi esse non uidentur, sed nec ut reducantur, Societas curabit. Si... ea poterit diligentia adhiberi ad eos reducendos ad institutum, in quo iudicatur in Domino, quod gratius ei obsequium praestabunt [praestituros *marg.*], quam ordinata [moderata *marg.*] et 'prudens' [discreta *Ile.*] charitas dictauerit [suadebit *marg.*] *Po1.* — 45 *Marg.* A *E1, add. Po2, om. Po3,* M *Ile., add. Po1,* 'L' *Ile.* — 46 satisfactionis *add. Po2, om. Po3.* — 49 necne, iudicabitur *Ile. Po1;* futura *add. Po2, om. Po3.* — 53 facultate *add. Po3,* venia *Ile., add. Po. Po1,* licentia *Ile.;* 'ad' *et* seruiend'um' *add. Po1,* Deo seruicndo *Ile.* — 54 'considerandum erit' *add. Po1,* animaduertatur *Ile.; marg.* C *E1, add. Po3,* N *Ile., add. Po. Po1,* 'M' *Ile.* — 54-55 an... paratus *add. Po3,* et ad... probationem an [an *add. Po2*] sit paratus *Ile.* — 55 ferat et satisfaciendi *Ile. Po1;* ad *add. Po1.* — 55-56 et sui probationem *Ile. Po1.* — 56 'secus' *add. Po1,* aliter *Ile.* — 58 *Marg.* B *E1, add. Po2, om. Po3,* N *et* M *pr.,* N *Po3, add. Po1,* 'M' *Ile.;* de illorum *add. Po2, om. Po3,* in illis... de constantia *Ile.* — 61-62 culpam satisfactionis loco erit *Po1, 2, 3, E1,* quod... culpam satisfactionis loco erit *add. Po1,* esset etiam satisfactionis loco dc leuitate [pro leuitate *add. et obl.*] praeterita *Ile.*

---

[4] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 417, ubi est unum responsum Ignatii, aliud Polanci. Emendatio quaedam huius loci proposita in congregatione prima, remissa est in Scholia, decr. 24, *Institutum* II, 163; de re agit Nadal in *Scholiis* suis, p. 297.

7. Si, qui fuit merito dimissus, ad eamdem Domum, unde dimissus est, rediret ad quamvis satisfactionem paratus; si adhuc eaedem rationes, propter quas fuit dimissus, manerent, perspicuum est non esse admittendum: si non manerent, et qui dimisit iudicaret Deo gratum fore, ut denuo reciperetur in eamdem vel aliam Domum, admoneat Generalem vel Provincialem Praepositum, et quod ab eo praescriptum fuerit, exsequatur [5].

8. Sive recesserit sponte sua, sive dimissus, qui redit, si admittitur, denuo examinari debet [e] et generalem confessionem facere ipso in ingressu, ab ultima quam fecit inchoando; et aliis probationibus et experimentis exercebitur, prout Superiori, habita semper ratione aedificationis universalis et particularis, ad gloriam Dei videbitur.

[e] *Exa.* c. 4 n. 41.

TERTIA PARS.

DE IIS CONSERVANDIS ET PROMOVENDIS, QUI IN PROBATIONE MANENT.

De conservatione in iis, quae ad animam et profectum in virtutibus pertinent. Cap. I.

1. Ut in iis admittendis, quos ad nostrum Institutum vocat Deus, talentum ad id conveniens concedendo, et in dimittendis illis, qui, cum eo careant, se a divina sapientia non esse vocatos ostendunt, consideranda sunt quae superius attigimus; ita in eis conservandis in sua vocatione, qui retinentur et probantur in Domibus et Collegiis, et in eisdem iuvandis, ut sic proficiant in via Dei spiritu et virtutibus, ut sanitatis et virium corporis, quae ad laborandum in vinea Domini necessariae sunt, ratio habeatur; consideratione ac providentia debita opus est. Et ita agetur, primo loco

63-64 merito dimissus *add. Po3,* dimissus *Ile.*, unde iuste *Po2,* iuste *et* est *add. Po1,* merito... fuit *Ile.* — 66 non... admittendum *add. Po1,* quod non debeat admitti *Ile.;* qui dimisit *add. Po3,* qui dimisit *Ile., sic.* — 70 *Marg.* D *E1, add. Po. Po3,* O *Ile.* — 71 confessionem ipso... quam domi fecit, inchoando instituere *Po1, 2, 3, E1.* — 73 semper *om. Po1, 2, 3, E1.*

1 Constitutionum pars III *Po3,* Tertia pars *Ile.* — 2, 4, 6 *et* 15 iis *add. Po3,* his *Ile.* — 8 se... uocatos *add. Po1,* quod uocati a diuina sapientia non fuerint *Ile.* — 9 in his *Ile. Po1.* — 10 retinentur in *Ile. Po1.* — 11 eis *Ile. Po1;* 'proficiant' *add. Po1,* progrediantur *Ile.* — 12 uirtutibus *add. Po2,* uirtute *Ile.;* 'et' *add. Po1.* — 13 ratio habeatur *add. Po2,* rationem habeant *Ile.*

[5] Cf. t. I, monum. 28bis, n. 17, p. 202, et monum. 38bis, nn. 93, 94, 126, pp. 288 et 292, quibus locis est praeparatio hujus constitutionis.

quidem, de iis quae ad animam; secundo, de iis quae ad corpus pertinent.

2. Quod ad animam attinet, cum tanti referat eos, qui in probationibus versantur, ab omnibus imperfectionibus et quibusvis impedimentis maioris spiritualis profectus removere[1]; multum ad id [a] confert † omnem communicationem per verba et scripta ut abiiciant cum iis', qui in proposito sibi Instituto intepescendi causa esse possent; et ut, in via spirituali incedendo, † cum iis dumtaxat personis et iis de rebus agant', quae iuvent in divino obsequio ad id consequendum, quod in ingressu Societatis sibi, ut scopum, praefigebant.

[a] *Exa.* c. 4 n. 6 et P. 1 c. 4 n. 4.

A

B

DECLARATIONES IN TERTIAM PARTEM.

In caput I, De conservatione in iis quae ad animam pertinent.

A. *Si in aliquo loco sollicitatur vel perturbatur aliquis ab hominibus, qui in via spiritus non bene procedunt, videat Superior, num eumdem in alium locum transmitti expediat, ubi divino obsequio commodius insistat; et tunc Superior, ad quem mittitur, certior fieri debet de rebus ipsius, quantum sit satis ad eum magis iuvandum, et alios, quibus praeest.*

B. *Si aliquando permittendum videretur, ut consanguineos vel amicos, quos, cum esset in saeculo, habebat, alloqueretur; coram aliquo a Superiore designato id fiat*[2]*, et breviter; nisi, particulares*

15 quidem de his *1le. Po1.* — 17 tanti *add. Po2,* magni *1le.* — 18 imperfectionibus remoue, *imp. v., 1le. Po1.* — 19 majoris *add. Po1.* — 20 ut abiiciant *add. Po2,* prohibere *1le.* — 21 his *Po1, 2, 3.* — 22 essen, *imp. v., 1le. Po1;* his *Po1, 2, 3.* — 23 et illis *Po1, 2, 3.* — 23-24 ad id 'in diuino obsequio consequendum', *add. Po1,* 'consequendum' *2le.,* ad id quod *1le.* — 24-25 'ingressu' *et* 'sibi... praefigebant' *add. Po1,* in 'ingressu' Societatis 'quaerebant' *3le.,* in 'ingressu' Societatis in diuino obsequio 'quaerebant' *2le.,* in Societate procurabant *[1 v. dubium]* in diuino obsequio consequendum *1le.* — 26 Declarationes *add. Po2, om. Po3,* Declaratio *1le.,* Declar. *Po1.* — 27 In primum caput... his *Po1, 3, 1le. Po2.* — 28 'sollicitatur' *add. Po2, marg. Po1,* molestatur *1le.* — 29 non *add. Po2,* bene non *1le.* — 30-31 expediat *et* commodius *add. Po2, om. Po3,* ubi commodius diuino obsequio 'insistat' *[add. Po1,* se dedat *1le.]* expediat *1le.* — 31 superior 'illius' *[add. Po1]* domus ad quam *Po1, 2, 3, E1.* — 32 magis *add. Po2.* — 35 'quos... habebat' *add. Po2, om. Po3,* seculares *1le.* — 36 'designato' *[add. Po1,* deputato *1le.]* id fiat *[2 vv. add. Po2]* et breuiter *[seq.* id fiat et quidem *obl. Po2,* simul *add. et obl.,* et breuiter quidem simul *Po3] Po1; seq. in Po1* praemonendo eos qui cum illo locuturi sunt et cum eisdem ita *[1 v. add.]* conueniendo quod [ut *marg.*] eum alloquturi, *sic,* non sunt [sint *marg.*] de rebus quae impediant vel intepescere [languescere *marg.*] faciant propositum Deo inseruiendi, si particulares; *in Po2* praemonendo... sunt et ita *[1 v. add.]* cum eisdem conueniendo 'vt' [quod *pr.*] eum... sint [sunt *pr.*] de... intepescere *[1 v. obl. et rest.,* 'languescere' *add. et obl.]*... inseruiendi [praemonendo... inseruiendi *obl.*] nisi *[1 v. add.,* si *1le.]* particulares; *in Po3* praemonendo... sunt et ita cum eisdem... ut eum... sint... languescere faciant... inseruiendi, nisi particulares. — 36-37 particulares [certas *marg. obl.,* nisi *non obl. Po1*]... is *[add. Po2, om. Po3]* qui... aliud *[seq.* non *obl. Po2]* statucret *Po1, 2, 3.*

[1] S. Basilius, *Regulae fusius,* 32, PG. 31, 995; *Regula Tarnatensis* c. 2, PL. 66, 979.

[2] Regula frequens tum in antiquis, tum in recentioribus ordinibus et congregationibus; cf. e. c. *Regulam S. Aureliani* n. 16, PL. 68, 390; Somascham l. 3,

ob causas, is qui supremam curam habet aliud statueret. Sic etiam, si aliquis ex iis, qui Domi sunt, cuiquam scriberet; non nisi obtenta facultate, et litteris ei ostensis, quem Superior destinaverit, id faciet. Si ad eumdem litterae mitterentur, ei primo reddentur, qui a Superiore fuerit constitutus; qui eas lectas reddet, aut non reddet, illi, ad quem sunt destinatae, prout in Domino expedire ad maius ipsius bonum et DEI *gloriam existimabit.*

---

[b] *Exa.* c. 4 n. 25.

C

D

[c] P. 4 c. 4, Γ. C. 22 d. 44 n. 3.

3. [b] Eadem de causa egredi Domo non debent, nisi † quando, et [c] cum quo socio Superiori visum fuerit' [3]. Nec Domi hi cum illis pro suo arbitratu colloquantur, † sed cum iis tantum, qui a Superiore praescripti fuerint': quorum exemplo et spiritualibus colloquiis aedificationem accipiant, non autem offensionem, et proficiant in Domino [4].

C. *Considerabit Superior, num aliqui, quibus confidendum videatur, soli mitti possint; et si qua etiam quibusdam facultas* [d] *generalis dari debeat, vel non, sed sigillatim eam peti, quandocumque Domo egrediuntur, oporteat.*

[d] C. 1 d. 55.

D. *Ut plurimum Novitios inter se conversari non convenit, sed silentium invicem observare, nisi in rebus in quibus loqui necesse sit. Agent vero potius cum maturis ac prudentibus, qui scilicet a*

---

38 ex domesticis cuiquam *Po1, 2, 3, E1;* nisi *add. Po1,* sine *1le.;* accepta *add. et obl. Po1.* — 39 et *om. E1, 3;* id faciet *add. Po2, om. P3,* fiet *1le.* — 41 'constitutus' a*dd. Po1,* deputatus *1le.;* eas lectas *add. Pó2, om. Po3,* eis lectis *1le.,* nisi *add. et obl. Po1.* — 42 illi *add. Po2, om. Po3,* ei *1le.;* ad melius *E5 sqq.* — 45 * cum *E1.* — 45-46 illis libere pro *Po1, 2, 3, E1;* hi... pro... colloquantur *add. Po2,* cum his aut illis promiscue pro suo arbitratu uersentur *1le.;* cum his *Po1, 2, 3.* — 47 * praescripti *E1;* 'praescripti' *add. Po1,* 'electi' *add. et obl.,* deputati *1le.* — 48 accipiant, et proficiant in Domino, non autem ofensionem, *3 vv. add. Po3,* neque contrarium accidat *1le., 3 vv. add. Po2,* et non uice uersa *1le.,* 'vice versa' *add. Po1,* e contrario *1le.* — 50 Videat *add. et obl. Po1.* — 51 'et' *add. Po1.* — 52 debe'at' *add. Po1,* debebit *1le.;* singillatim *Pra2 sqq.* — 53 Domum *Po1, 2, 3, E1, 2, 3.* — 54-57 Vt... designati *add. Po2, 1le. ut Po1 infra.* — 55-56 necessum sit *3le. Po2 et Po3,* necesse sit *2le.,* necesse est *1le.* — 56 maturioribus ac prudentioribus *Po2, 3, E1.* — 54-57 'Generatim' [In vniuersum *1le.*] hos [quos *pr.*] nouitios cum illis uersari non conuenit, sed potius a mutuis colloquiis abstineant, nisi in rebus, in quibus... necesse est [necessum est *1le.*] et cum maturioribus [cordatis *marġ.*] ac [et *Po2*] in Christo prudentibus a superiore cuiquam de'sign'atis [deputatis *1le.*] agent *[1 v. add.,* uersabuntur *1le.] Po1.*

---

c. 7, n. 8. Ibidem quoque invenies id quod paulo post de dandis accipiendisve epistolis praecipitur, in Somaschae n. 7, in S. Aureliani n. 6, col. 389. Litteras prius legendas quam adolescentibus tradendas, scriptum est ad P. Broet 20 Octobris 1550, *Monum. Ignat.* ser. 1a, III, 268.

[3] Cf. *Regula S. Pachomii* 56, PL. 23, 71; BOON, *Pachomiana latina*, p. 30; S. Antonii 12, PL. 103, 425-428; incerti auctoris 3, PL. 66, 997; *Regula Orientalis* 20, PL. 103, 477-484, caet. V. et t. I, monum. 24, p. 176 n. 1; monum. 38bis, p. 276 n. 5. S. Ignatii usum in ea re habes in *Monum. Ignat.* ser. 1a, V, 79, 431; VI, 351; VII, 588-589; IX, 64, 502; X, 548.

[4] Cf. t. I, monum. 28bis p. 206 nn. 31, 32. In cod. *Instit. 38a*, f. 44r, sunt regulae quatuor silentii observandi a novitiis, a S. Ignatio ordinatae in domo romana a. 1549; tum f. 44v, una de silentio in mensa.

Superiore cuique fuerint designati. Sic etiam, si duo in eodem cubiculo lectulos suos habeant, alter eorum huiusmodi sit, ut minime dubitetur, quod alter eius societate proficiat; et eamdem ob causam inter cubicula, quae seorsum unicuique iuniorum assignantur, par est aliquos ex antiquioribus intermisceri.

Sine facultate autem a Superiore accepta, ordinarie unus cubiculum alterius non ingredietur[5]*; et, si cum ea facultate ingressus fuerit, ostium semper apertum maneat, quamdiu cum alio ibidem fuerit; ut et Superior et Officiales ad id destinati, quandocumque eis visum fuerit convenire, ingredi possint.*

---

4. Omnes diligentissime curent portas sensuum suorum[6] (oculorum praecipue, aurium et linguae) ab omni inordinatione custodire; ac se in pace et vera humilitate interna conservare, et eam in silentio, cum id observandum est, cum autem loquendum[7], in circumspectione et aedificatione verborum, et modestia vultus, ac maturitate incessus motuumque omnium, sine ullo impatientiae aut superbiae signo, exhibere: in omnibus procurando atque optando potiores partes aliis deferre, omnes in animo suo tamquam sibi Superiores ducendo, et exterius honorem ac reverentiam, quam exigit cuiusque status, cum simplicitate et moderatione religiosa exhibendo[8]: atque ita fiat, ut, se mutuo considerantes, in devo-

58 habeant *add. Po2, om. Po3,* habent *Ile., Pol, E3,* hahent vt *pr. Po2.* — 59 alter 'eius opera et societate' *[4 vv. add. Po2,* cum eo *Ile.]* proficiat *Po2, 3, E1.* — 60 seorsum *add. Po2, om. Po3,* seorsim *Ile.,* seorsum *Po1.* — 58-60 ut *[seq.* ex eius comp. *(imp. v.* compañia *(?))* connictn *obl.]*... 'quod alter ['alteri' *pr.*] eius opera et societate' [quod alter cum eo, *2 vv. add., pr.*] proficiat [alterum eius opera et societate profecturum *marg. obl.*] et eandem ...seorsum unicuique iuniorum *[3 vv. add.,* sigillatim junioribus *Ile.]* assignantur *Po1.* — 62 autem *add. Po1;* ordinarie *add. Po2, om. Po3,* generaliter *Ile.;* 'generatim' *Pol,* ordinarie *add. et obl.* — 63 ingrediatur *Po1;* facultate *add. Po2, om. Po3.* — 66 conuenire *add. Po2, om. Po3.* — 67 diligenter *Ile. Po1.* — 68 omni intemperantia vel [et *Ile. Po3*] vitio custodire *Po1, 2, 3, E1,* intemperantia *et* 'vel vicio' *add. Po1,* inordinatione *Ile.* — 69 ac eam *Ile. Po1.* — 70 est, ostendere *Ile. Po1; secundum* in *add. Po1.* — 71-72 ac decore siue grauitate incessus... omnium *[seq.* exhibere *obl. Po3] Po3, E1.* — 71-74 ac decore in grauitate incessus... omnium *[4 v. add.,* incessu ac motibus uniuersis *Ile.]* siue... signo exhibere *[1 v. add.,* prae se ferre *2Ie.,* ostendere *Ile.]* in omnibus ac procurando... deferre *[vv.* ac... deferre *add.,* optando ac curando alios sibi praeferre *Ile.]* omnes *Po2,* ac 'decore' [maturitate *Ile.*] in incessu ac motibus uniuersis *[seq.* ostendere *obl.]* sine vllo *[2 vv. add.,* nullum *Ile.]*... signo ostendere, in omnibus *[seq.* curando ac *obl.]* optando 'ac curando' alios sibi praeferre, omnes *Po1.* — 75-76 quam patitur *Po1, 2, 3.* — 76 'el moderatione' *add. Po1,* llaneça *add. et obl.* — 77 fiet *Pra2 sqq.;* atque... ut *add. Po2,* ita ut *Ile.*

---

[5] Idem praecipit *Regula S. Pachomii* 112, PL. 23, 76; Boon, *Pachomiana latina,* 43; item *Constitutiones Capuccinorum* jam anno 1529, n. 23, *Le prime Costituzioni dei Frati Minori Cappuccini di S. Francesco,* Roma, 1913, seu *Costituzioni di Albacina.*

[6] Cf. t. I, monum. 38bis, p. 276, n. 9. Hanc paragraphum quartam plurimum illustrant multa quae habet Aicardo, II, l. 7, cc. 1-3, 5.

[7] Cf. t. I, monum. 38bis, p. 276, n. 9.

[8] Locus hic assumptus videtur in *Constitutiones Eremitarum S. Augustini.* Aiunt enim in parte prima, c. 3, n. 4: «Non multum ridere, in omnibus potiores

tione crescant, Deumque Dominum nostrum laudent, quem quisque in alio, ut in illius imagine, agnoscere studeat.

5. In refectione corporis curandum est, ut temperantia, modestia et decentia interius et exterius in omnibus observetur. Praemittatur [e] benedictio, et sequatur actio gratiarum, quas omnes agere debent cum ea, qua par est, devotione et reverentia. Et, dum corpus edendo reficitur, sua etiam animae refectio praebeatur [9], libro aliquo pio, potius quam difficili, quem capere et a quo omnes iuvari possint, legendo, vel id temporis [f] aliquis, cui a Superiore id iniungetur, concionabitur, vel † aliquid simile ad Dei gloriam fiet.

[e] C. 1 d. 99. C. 4 d. 60.

[f] *Inf.* n. 21 et S. **E**

E. *Simile quid erit litteras, quae ad aedificationem faciunt, legere; et si qua alia exercitatio aliquando convenire videretur.*

---

6. Omnes, quamdiu corpore bene valent, in spiritualibus vel exterioribus rebus habeant in quo occupentur. Et, qui officium vel ministerium aliquod certum habent, ut de auxilio providendum est eis, si sit necessarium, ita, [g] cum vacant, aliis rebus occupari deberent, ne [h] otium, malorum omnium origo, quoad eius fieri possit, Domi nostrae locum habeat [10].

[g] P. 4 c. 10 n. 6.

[h] C. 18 d. 22 n. 3.

7. Ut [i] experiri incipiant sanctae paupertatis virtutem, doceantur omnes, quod nulla re [j] tamquam propria uti debeant; [k] quamvis necesse non sit probationis tempore † possessione bonorum suorum se abdicare', nisi id Superior, post elapsum primum annum, iuberet, iudicans in huiusmodi bonis tentationum occasionem et minus proficiendi in spiritu habere aliquem, ut qui illis adhaereat aliquo im-

[i] *Exa.* c. 4 n. 4 et P. 6 c. 2 n. 11 et **H**.

[j] C. 5 d. 50 n. 4, d. 59. **F**

[k] *Inf.* n. 25. et *Exa.* c. 4 n. 2, 3 et 5 et P. 4 c. 4, **E** et P. 6 c. 2, **H**. C. 27 d. 176 § 1.

78-79 Deumque... studeat *add. Po2,* et laudandi [laudent *Ile. Po1*] Deum occasionem habeant, quem quisque in alio ut in sua imagine uenerari studeat *[1 v. add. Po1,* satagat *Ile.] Ile.* — 80 modestia *add. Po1,* honestas *Ile.* — 81 obseruentur *Po1, 2.* — 83 cum qua *Po2,* qua par est *add. Po1,* cum qua *2Ie.,* cum ea *Ile.;* et *obl. et rest. Po1,* ac *add. et obl.* — 83-84 'corpus... reficitur' *add. Po1,* comeditur *Ile.* — 84 animis *Po1, 2, 3, E1,* animo *Ile. Po1.* — 85 quem omnes *Ile. Po1;* a *add. Po1;* adiuuari *Ile.* — 87 fiat *Ile. Po1.* — 88 Simile quid erit *add. Po1, 2,* Similia intell, *imp. v.,* erunt *Ile. Po1,* poterunt *et aliud v. quod legi nequit, Ile. Po2.* — 89 si quae *Po1,* qua *add. Po2, om. Po3,* quae *Ile.;* exercitium *add. et obl. Po1.* — 90 Omnes nemine excepto *Po1, 2, Ile. Po3;* 'corpore bene' *add. Po1.* — 91 Et is qui *Po1, 2, 3.* — 92-93 est si sit eis *Po1, 2, 3.* — 93 aliis in rebus *Po1, 2.* — 95 'nostrae' *add. Po1;* non habeat *Ile. Po2.* — 3-4 'abdicare' *add. Po1,* a possessione... se exuere *Ile.* — 4-5 iudicans [indicans *ms.*] *add. Po2,* propterea iuberet quod *Ile.,* 'propterea' iuberet quod *Po1.* — 6 habere... adhaereat *add. Po2,* cum quis adhaereret eis *Ile.,* 'cum quis adhaeret' *add. Po1,* adhaerendo *et aliud v. quod legi nequit, Ile.;* immoderato *add. Po1,* inordinato *Ile.*

---

partes aliis deferre, omnes in animo suo tanquam superiores ducendo, et singulis honorem et reverentiam quam exigit cuiuscunque status, cum simplicitate et religiosa moderatione exhibendo», apud Holsten t. IV, 243. Doctrina est apostoli Pauli Rom. 12, 10 et Phil. 2, 3.

[9] Cf. *Regula Tarnatensis* c. 8, PL. 66, 980; S. Isidori c. 10, PL. 103, 564; S. Caesarii c. 9, PL. 67, 1099; S. Basilius, *Regulae brevius,* PG, 31, 1263.

[10] Cf. t. I, monum. 38bis, p. 278, nn. 28 et 28bis, huius loci commentarius.

G moderato amore vel confidentia; et † tunc, qui se exuit bonis suis,
[1] *Exa.* c. 4 n. 5. sequatur Christi consilia': [1] pro sua tamen devotione, ad hoc potius quam illud opus dispensare bona sua vel eorum partem poterit, prout in Domino intellexerit ad divinum beneplacitum magis convenire, ut in Examine dictum est.

[m] C. 27 d. 176 § 1 et d. 178 § 1. **F.** *Possessione bonorum suorum* [m] *se abdicare, tam de propriis bonis intelligendum est, quae habet penes se vel alios, quam de iure vel actione, quae ei competit ad bona quae sperat, sive saecularia illa sive ecclesiastica sint. Quando hoc fieri debeat, Praepositi Generalis, vel eius, cui ille facultatem communicaverit, arbitrio relinquetur.*

G. *Ante ingressum quivis de bonis suis temporalibus pro suo*
[n] C. 1 d. 140. C. 5 d. 19. C. 7 d. 17 n. 4. *arbitratu statuere potest. Sed postquam ingressus est,* [n] *tam de ecclesiasticis quam de saecularibus disponat oportet ita, ut decet virum spiritualis vitae sectatorem.*

[o] *Exa.* c. 4 n. 3 et 5 et **A**. [p] C. 2 d. 76. [o] *Ideoque cum existimaret in consanguineos ea esse dispensanda, committere id debet iudicio* [p] *unius, vel duorum, vel trium virorum, qui et doctrina et pietate commendentur, et eisdem acquiescere; et quod illi sentient, perfectius et* Deo *ac Domino nostro gratius esse, habita omnium circumstantiarum ratione (ut in Examine, pag. 15-16, fusius dicitur) exsequi debet.*

---

8. Intelligant etiam, quod mutuo dare, vel accipere, vel dispensare quidquam de iis, quae Domi sunt, minime possunt, nisi Superior conscius consensum praestiterit [11].

9. Qui in ingressu ipso, vel post ingressum ad obedientiam, motus sua devotione, vellet bona sua vel eorum partem in Socie-
H tatis subsidium dispensare; † haud dubie opus faceret maioris perfectionis', alienationis et abnegationis universi amoris proprii, non

---

7 confidentia iudicaret *1le. Po2;* * se *E1;* sese *1le. Po1.* — 8-9 quam ad *Po2, 3, E3,* ad... opus *add. Po2,* in hoc uel in illo opere pio *1le.* — 10 in Domino *om. Po1, 2, 3, E1.* — 13 'habeat... alios' *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1,* quae ad manum habet uel de aliis quae possidet in praesentiarum *Po1.* — 19 potest statuere, *1 v. add. Po2, marg. Po1,* disponere *1le.* — 20 ita *om. Po1, 2, 3.* — 22 essent *1le. Po1.* — 23 id *om. Po1, 2, 3;* unius duorum *1le. Po1.* — 24 doctrina et probitate *Po1;* eidem *Po1, 2, 3, E1, 2, 3.* — 25 sentient *add. Po1,* sentirent *1le.* — 26-27 Examine fusius *Po1, 2, 3;* 'pagina 15' * *marg. Po2.* — 27 'exequi' *add. Po1,* facere *1le.;* debet *add. Po2, 3,* debeant *1le.* — 29 'nisi' *add. Po1.* — 29-30 si superior... non prestiterit *1le.* — 31 ipso... obedientiam *add. Po2,* uel posteaquam obedientiae se submisit *1le.* — 32-36 sua dispensare uel... subsidium, haud dubie maioris est perfectionis... non descendere... applicare *Po1, 2, 3.* — 34 vniuersi *add. Po1,* totius *2le.,* omnis *1le.*

---

* Est pagina 1.ae editionis; EE. omnes praeter *Ci, Fl, Ro,* notant hoc loco suam quaeque paginam; *Ci, Fl, Ro,* notant cap. 4.um; nos paginas huius editionis.

---

[11] « Ne quis praesumat aliquid dare aut accipere sine iussione abbatis, neque aliquid habere proprium », S. Benedictus, *Regula* c. 33.

descendendo tenero quodam affectu ad particularia loca, nec iuxta illum sua bona, huic potius quam illi, applicando. Quin potius, exoptando maius et universalius bonum Societatis (quae tota ad maiorem Dei gloriam ac universale bonum et utilitatem animarum instituta est), hoc iudicium ei relinquat, qui eius universae curam habet, num applicari huic loco, potius quam illi, [q] in eadem provincia debeant: quandoquidem ille, melius quam quisquam alius, intelligere potest, quid conveniat et quid maxime urgeat in omnibus eius locis, [r] ratione habita Regum, Principum ac aliorum Potentatuum, ne eis causa ulla offensionis detur; sed ad maiorem aedificationem omnium, et spiritualem utilitatem animarum, et gloriam Dei omnia cedant [12].

[q] C. 2 d. 23. C. 3 d. 16, 39. C. 27 d. 181.

[r] P. 10 n. 11 et B.

H. *Rectores, vel Praepositi locales, vel Provinciales, vel quicumque alii, cum quibus aget qui sic habet in animo sua bona dispensare, ut in caeteris rebus, ita et in hac, quod perfectius est, quodque maioris meriti in divino conspectu, ei repraesentare debent. Nihilominus, si in eo propensio animi ad locum unum, potius quam ad alium (quamvis imperfectum id sit) cerneretur; etiam si iudicio Superioris suum submittere vellet; certiorem tamen reddere Praepositum Generalem poterunt, vel eum, qui eius gerit vices, an sit aliquid huiusmodi imperfectionis tolerandum, sperando quod ea cessabit aliquando, supplebitque divina bonitas quod ad suam maiorem gloriam et maiorem ipsius perfectionem deesse cernitur.*

---

10. Doceantur quomodo ab illusionibus daemonis in suis spiritualibus exercitationibus caveant, et quomodo se contra omnes tentationes tueantur: simul rationes sciant, quae adhiberi possint

---

37-38 'tota' *et* 'gloriam' *add. Po1,* vniuersa ad maius Dei obsequium ac *1le.* — 39 'instituta' *add. Po1,* ordinata *1le.;* relinquere *1le. Po1.* — 40 applicari debeat *1le. Po1.* — 41 debeant *Cong4,* debeat *pr., add. Po. Po1.* — 42 quid maxime conueniat *Po1, 2, 3, E1.* — 43 rationem habendo *1le. Po1;* 'aliorum potentatuum' *add. Po1,* dominiorum *2le.,* rerum publicarum *1le.* — 44 ad *add. Po1,* sed cedat *1le.;* maiorem *add. Po3.* — 45 *Dubium maneatne* spiritualem utilitatem *an* spirituales utilitates *Po1.* — 46 'omnia cedant' *add. Po1.* — 48 'cum quibus' *add. Po1,* alii agent cum eo *1le.* — 49 in hoc *Po3.* — 50 repraesentare *add. Po1,* proponere *1le.,* exponere *marg. obl.* — 51 Nichilominus *Po1.* — 52-53 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 52 sit *et* cerneretur *add. Po2, om. Po3.* — 53 tamen *add. Po2, om. Po3.* — 52-53 id est *[seq.* cerneretur *obl.]* etiam... 'suum submittere' *[2 vv. add.,* stare *1le.]* uelit [uellet *1le.*] uideretur, certiorem reddere *Po1.* — 55 'huiusmodi' *add. Po1;* tolerandum esse *1le. Po1;* ea *om. Po1, 2, 3.* — 57 'deesse cernitur' *add. Po1,* deest, uideretur *1le.* — 58 Doceantur *add. Po1,* Instruantur *1le.* — 58-59 'spiritualibus exercitationibus' *add. Po1,* deuotionibus *1le.* — 59-60 'et... tentationes arment' *add. Po1,* et se ab omnibus tentationibus defendant et *1le.* — 60-62 tueantur... sciant quam fieri possit [potest *E1*] diligentissime conquisitas, quibus et ad superandas tentationes utantur, et ad... adsint visitationes *[1 v. add. Po3,* uel maiores consolationes *1le.]* spirituales, siue 'pauciores' *[1 v. add. Po3,* contra fiat *1le.] Po2, 3, E1.*

---

[12] Optimam praeparationem huius constitutionis vide, sis, in t. I, monum. 34. V. quoque *Proleg.* tomi eiusdem, c. 2, a. 12, p. CLXI. Exempla donationis huiusmodi habes in *Epist. Mixtae* II, 344, et 789-790; III, 104-105.

[s] P. 10 n. 2.

[t] P. 4 c. 4 n. 3 et 4.

[u] *Inf.* **Q** et *Exa.* c. 4 n. 25 et P. 4 c. 4 n. 3 et **B** et P. 6 c. 3 n. 2. **I**

[v] *Inf.* **Q** et P. 6 c. 3 n. 2.

[x] *Inf* n. 12 et **Q**.

[y] C. 2 d. 60. C. 5 d. 51, 57. C. 7 d. 45. C. 9 d. 43. C. 16 d. 17. C. 20 d. 6, 24.

[z] P. 4 c. 10 n. 5.

ut eas superent; [s] et ad veras solidasque virtutes consequendas insistant, sive plures adsint visitationes spirituales, sive pauciores. Curent vero semper in via divini servitii progressum facere [13].

11. [t] Utantur quotidie conscientiae suae examinatione consueta, [u] et, octavo quoque die saltem, ad confessionis et communionis sacramenta accedant, nisi aliqua de causa aliud Superiori videretur; et unus omnium sit Confessarius [v] ab eodem Superiore constitutus [14]. † Quod si fieri non poterit', quisque certe suum stabilem habeat Confessarium, [x] cui ipsius conscientia prorsus aperta sit: qui quidem Confessarius non ignoret, quos casus sibi Superior reservat. Illi autem reservabuntur, [y] quos ab eo cognosci necessarium videbitur aut valde conveniens, [z] quo melius, et remedium adhibere possit, et suae curae commissos praeservare ab omnibus, quae nocitura sunt.

I. *Convenienter non posset fieri propter multitudinem, vel quod aliquis ab alio Confessario magis quam ab ordinario iuvari posse*

---

63 gressum *Fl.* — 60-63 tueantur... facere *add. Po2,* arment, quibus [quibusque *Po1,* et quibus *1le.*] rationibus *[1 v. add. Po1,* mediis *1le.]* illae uincendae sint *[seq.* in *Po1* quantum fieri potest, intelligant *obl.]* quibus etiam sit *[1 v. add. Po1]* ueris ac solidis uirtutibus [uerae ac solidae virtutes sint, *imp. phrasi 1le. Po1]* consequendis *[seq.* sit *obl. Po1]* insistendum, quantum fieri potest, intelligant ['quantum... intelligant' *add. Po1, ubi seq.* 'siue magis siue minus spirituales consolationes affluant' *add. et obl.,* siue cum *(1 v. add.)* spiritualibus uisitationibus maioribus *(1 v. add.,* vberioribus *pr.)* siue minoribus *1le.*] curando semper in uia Dei progressum facere, siue magis siue minus spirituales consolationes affluant ['siue... affluant' *add. Po1*] *1le.* — 64 'consueta' *add. Po1.* — 65 ad confessionis *add. Po1,* confiteantur *1le.* — 66 sacramentum *Po1;* si aliqua... superiori non *Po1, 2, 3;* 'superiori' *add. Po1,* non uideretur superiori *1le.* — 67 'ab eodem' superiore 'constitutus' *add. Po1,* constitutus *marg. obl.,* a superiore *3le.,* ab eo qui 'eorum' [omnium *1le.*] curam habet deputatus *2le.* — 68 'stabilem' *add. Po1,* firmum *1le.,* quasi perpetuum *marg. obl.* — 69 cui suam conscientiam prorsus aperiat, qui *Po1, 2, 3, E1.* — 70 qui casus superiori reseruentur *Po1, 2, 3, E1.* — 71 'autem' *add. Po1,* Et illi *1le.;* fere reseruabuntur *Po2.* — 71-74 'quos... cognosci' *[4 vv. add.,* in quibus *1le.],* necessarium *[seq.* videbitur *obl.]* aut conueniens *[seq.* ut ille, *1 v. add.,* intelligat *obl.]* quo... 'possit et'... omnibus 'quae... sunt' *[3 vv. add.,* 'quae nocere possint' *2le.,* quae nocumentis possit *1le.]* 'videbitur' *['videbuntur' pr.] Po1;* uidebitur *add. Po2.* — 74 sunt, uidebuntur *1le. Po2.* — 75 propter eorum *Po1, 3, 1le. Po2* *. — 76 ordinario *add. Po2, om. Po3,* hoc *1le.*

---

* Declaratio "Conuenienter" et sequens "Hic erit" positae sunt in *Po1* post declarationem "Feminas" seu "Ut feminae"; haec tamen praenotata est littera L; illae litteris J et K, quo ordine transcriptae sunt in *Po2* ac deinde impressae in *E1.*

---

[13] Ex hoc n. 10 et ex sequentibus 12, 13, 20 et 26 complura inveniuntur in *Constitutionibus Eremitarum S. Augustini;* vide *Proleg.,* c. 7, a. 2, § 1.

[14] *Constitutiones narbonenses* Ordinis S. Francisci, quae S. Bonaventurae debentur, aiunt, in rubrica quarta: «Singuli determinatos de licentia Guardiani habeant confessores». *Regula B. Augustini una cum expositione Hugonis de S. Victore:* «Statuimus etiam ut quilibet frater ordinis nostri, tam nouitius quam professus, de mortali peccato, si lapsus fuerit... illud proprio priori nel de licentia eius debeat confiteri». (In c. 8, f. 19v; sunt errores typographici *28* et *29* pro *18* et *19*). Et paulo post de peccatis quibusdam et de furto «de re etiam modica» (quod mortale tamen esse intelligit) ait: «Prior prouincialis et etiam localis nulli fratri sacerdoti committant, sed ipsi personaliter confessiones suorum subditorum audiant». Mutata certe disciplina nunc est; sed statuta Constitutionum Ignatii Patris nemo jure miretur.

videretur, propter causas quae possent accidere; quas considerabit Superior, et, quod in Domino iudicaverit convenire, providebit.

12. [a] Perutile erit, esse Domi aliquem † virum fidelem et in K rebus spiritualibus sufficienter versatum' [15], qui instruat eos ac doceat, quomodo et interius et exterius sese habere debeant, et ad id eos hortetur, et in memoriam redigat, et amanter admoneat; quem omnes, qui in probatione sunt, diligant, ad quem in suis tentationibus confugiant, cui confidenter sua omnia detegant, et a quo consolationem et auxilium in omnibus sperent in Domino. Et admoneantur, quod nullam debeant celare tentationem, quam huic, vel [b] Confessario, vel [c] Superiori non aperiant; immo vero totam animam suam illis integre manifestam esse pergratum habeant. Nec solum defectus aperiant, sed etiam [d] paenitentias vel mortificationes, et devotiones ac virtutes omnes, voluntate pura optantes ab illis dirigi, sicubi a rectitudine deflecterent; nolentes suo proprio sensu duci, nisi conveniat cum iudicio illorum, quos Christi Domini nostri loco habent [16].

[a] P. 4 c. 10 n. 7.

[b] *Sup.* n. 11 et *inf.* Q.

[c] *Exa.* c. 4 n. 34 etc. et P. 4 c. 10 n. 5 et P. 6 c. 1 n. 2.

[d] *Inf.* c. 2 n. 5 et *Exa.* c. 1 n. 6 et P. 6 c. 3 n. 1.

K. *Hic erit Magister Novitiorum, vel quem Superior ad hoc munus, ut aptiorem, constituet.*

13. Antevertere oportet tentationes, adhibitis earum contrariis: ut, cum quis animadvertitur ad superbiam esse propensus, exerceri

---

77 uideretur ad quo *(?), 1le. imp. Po1.* — 79 'Domi' *add. Po1,* aliquem domi *1le.;* * et *E1.* — 80 sufficienter *add. Po2.* — 81 et interius... debeant iuxta Societatis institutum ac religionem et ad *Po2, 3, E1,* et interius... religionem *add. Po2,* in interiori et exteriori homine se habere debeant *1le.* — 83 propationes, *sic, 1le. Po1;* diligant et *1le. Po1.* — 84 refugiant *Po1, 2, 3;* 'cui' *add. Po1,* et *1le.* — 84-85 'omnia' *et* 'et a quo' *add. Po1,* ab eo *1le.* — 85 in Domino *add. Po2.* — 87 aperiant, et gratum eis esse deberet [debet *pr.*] *1le. Po1;* imo vero *add. Po3;* et quidem *1le.;* quidem *add. Po2,* certe *1le,* 'certe' *add. Po1.* — 87-88 totam... habebunt *add. Po2,* totum suum animum illis integre manifestum esse *1le.* — 88 habebunt *Po3,* habeant vel habere *marg.* — 89 aperiant *add. Po3.* — 90 cum voluntate *1le. Po1.* — 90-91 optantes... dirigi *add. Po2,* ac syncere dirigi optando *1le.* — 91 nolentes *add. Po2,* nolendo *1le.* — 92 iudicio illius quem *1le. Po1.* — 92-93 Domini nostri *add. Po3; seq.* 'pergratum eis esse debebit' *add. Po1, obl. Po2.* — 94-95 superior *[seq.* stat, *imp. v., et* constituerit *obl.]* vt *[1 v. add.]* ad hoc munus aptiorem 'constituerit' *Po1, 2, 3.* — 1 Praeuenire oportet tentationes *[2 vv. add.]* sunt, *sic Po3, imperfecta emendatione,* Cauende, Antevertende *add. et obl.,* Praeuertendae tentationes sunt *1le.,* Praeuertendae... sunt *add. Po?,* Occurrendum est tentationibus *1le.,* 'Occurrendum est tentationibus, adhibitis' *add. Po1,* Praeoccupandae sunt tentationes cum *1le.;* eorum *1le. Po2.* — 2-3 vt... debet *add. Po2,* cuiusmodi esset *[2 vv. add. Po. Po1,* huiusmodi est *1le.]* cum quis animadnertit se ad superbiam propensum, exercere se *1le.*

---

[15] De magistro et simul de loco novitiorum est n. 20, monum. 38bis, t. I, p. 277.

[16] Cf. Monita generalia complutensibus ab Ignatio data (haec Orlandinus notat ad annum 1547, l. 7, n. 11, non dicit facta eo anno), n. 9, *Monum. Ignat.* ser. 1a, XII, 675.

is debet in rebus abiectioribus, quae ad humiliandum ipsum utiles futurae videantur: et sic de aliis pravis animae propensionibus [17].

L 14. Praeterea, honestatis et decentiae ratione, convenit † feminas non ingredi Domos nostras nec Collegia', sed tantum ecclesias [18]: et arma nulla, nec † [e] instrumenta rerum vanarum' Domi haberi; sed tantum ea, quae faciunt ad finem illum divini servitii et laudis, quem sibi praefixit Societas.

M

[e] C. 27 d. 69.

L. *Ut feminae non ingrediantur Domos nec Collegia Societatis, fere semper debet observari. Sed, si illae eximia charitate, vel auctoritate simul cum charitate essent conspicuae; prudentia Superioris, iustas ob causas, ut illae, si id optarent, videndi gratia ingrederentur, posset dispensare.*

[f] C. 27 d. 69.

M. *Cuiusmodi essent* [f] *instrumenta ad ludendum vel ad rem musicam, libri etiam profani et alia id genus* [19].

N 15. † In [g] correctionibus et paenitentiis iniungendis, qui modus teneri debeat', [h] prudenti charitati Superioris et eorum quos sibi substituerit relinquetur [20]: qui in eis rationem habebunt dispositionis personarum, et aedificationis universalis et particularis earum ad gloriam Dei. [i] Paenitentias vero huiusmodi prompta voluntate quisque admittere deberet, cum vero emendationis et spiritualis

[g] P. 9 c. 2 n. 4 et c. 3 n. 11.

[h] C. 20 d. 16. C. 21 d. 27.

[i] *Exa.* c. 1 n. 6 et c. 4 n. 33 et 41.

---

3 ad... ipsum *add. Po3,* ad humilitatem *Ile.* — 4 'videantur' *add. Po1,* iudicentur *Ile.;* prauis animae propens'ionibus', *3 vv. add. Po1,* animi *[1 v. add.]* propensionibus sinistris *2Ie.* — 5 Et praeter haec *add. et obl. Po1;* * et *E1.* — 6 'nostras' *add. Po1.* — 7 'Domi' *add. Po1.* — 8 haberi *add. Po2,* teneri *Ile.* — 8-9 diuini... laudis *add. Po3,* quem... Societas diuini seruitii et laudis *Ile.* — 10-11 'Feminas' [Mulieres *Ile.*] non ingredi... fere 'semper' *[2 vv. add.,* vt plurimum, secundum communem legem *add. et obl.,* communiter *Ile.]* debet *Po1.* — 11-12 Sed... conspicuae *add. Po1,* Sed si illae insignis charitatis uel auctoritatis simul cum charitate essent *Ile.* — 14 possit *Po3;* dispensare *add. Po2,* permittere *Ile.,* permittere *add. Po1,* dispensare *Ile.* — 15-16 instrumenta... genus *add. Po2,* 'libri profani et' quae ad ludos 'aliquos' uel musicam *[seq.* uel profanos libros *obl.]* uel res huiusmodi seruiunt *[1 v. add.,* facient *2Ie.,* facerent *Ile.] Po1, Ile. Po2.* — 17 correptionibus *Ile. Po1;* * et *E1;* iniungendis *add. Po2.* — 18 prudenti *add. Po3,* discretae *Ile.* — 19 substituerint *Ile. Po1;* in eis [ea *(?) pr.*] *add. Po1.* — 21 Paenitentias uero *add. Po2,* Et eas *Ile.;* huiusmodi... voluntate *add. Po3.* — 21-22 Dei. Et eas *[1 v. add.,* hunc *Ile.]* quisque libenter 'admittere' [amplecti *Ile.*] deberet *Po1.*

---

[17] Cf. S. Basilius, PL. (in translatione Rufini) 103, 509.

[18] Ita regulae vix non omnes, v. g. S. Aureliani n. 15, PL. 68, 390; cf. et t. I, monum. 38[bis], p. 285, n. 68.

[19] Quos ludos S. Ignatius nostris permitteret, habes in *Monum. Ignat.* ser. 1[a], VIII, 31, et ser. 4[a], I, 239, 502; morbi molestias interdum levabat ope instrumenti musici (quod clavicordium seu *clave* vocant), pulsante Frusio, ib. ser. 4[a], I, 242.

[20] Etiam S. Basilius judicio moderatoris committit paenas delinquentibus imponendas, interr. 194, PL. (translatio Rufini) 103, 550. V. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], V, 455-456; IX, 30-31 et 71-72. Usus tamen Romae erat certas quasdam paenas certis quibusdam peccatis imponendi, *Monum. Ignat.* ser. 1[a], V, 253; VIII, 96; IX, 372.

profectus desiderio, etiam si propter defectum non culpabilem iniungerentur.

N. *In correctionibus (licet prudentia rebus particularibus adhibita hunc ordinem mutare possit) est advertendum,* [j] *quod, primo, in charitate ac dulcedine qui peccant sunt admonendi; secundo, in charitate quidem, sed eo tamen modo, ut eis confusio et rubor iniiciatur; tertio, amori ea quae timorem incutiant adiicientur. De publicis autem defectibus publica debet esse paenitentia, iis tantum, quae ad omnium aedificationem faciunt, declaratis* [21].

[j] P. 8 c. 1, G.

16. [k] Syndicus Domi constituatur, cuius erit officium observare in omnibus quod ad honestatem et decentiam externam pertinet, ecclesiam et Domum perlustrando; et, si quid non conveniat, adnotando et Superiori referendo, vel eumdem qui errat commonefaciendo, si id facultatis ei, ut utilius in Domino suo fungatur officio, tribuetur [22].

[k] P. 4 c. 10 n. 7 et c. 17 n. 7.

17. Curent [l] omnes ex morbis corporis fructum capere, non solum sibi, sed etiam ad aliorum aedificationem; non impatientes aut morosos se exhibendo, sed potius patientiam magnam habendo et prae se ferendo, ac obedientiam medico et infirmario praestando,

[l] *Inf.* c. 2, G et *Exa.* c. 4 n. 32.

23 'profectus' *add. Po1.* — 23-24 propter nullum defectum in quo culpa sit iniungerentur *Po1, 2, 1le. Po3,* propter defectum culpa vacantem *add. et obl. Po3,* defectum culpa vacantem *E1.* — 25 correctionibus *add. Po1, 2, om. Po3,* correptionibus *1le.;* prudentia *add. Po2, et Po. Po1,* discretio *1le.* — 26 'hunc' *add. Po1,* cum quo *1le.* — 27 in... admonendi *add. Po2,* primo cum charitatis significatione ac blande qui errant */3 vv. add. Po1,* suauitate, defectus sui admonendi erunt qui deficiunt *1le.]* sunt admonendi *1le.* — 27-29 secundo in charitate */2 vv. add. Po2]*... sed id etiam adhibendo quod 'eis ruborem iniiciat' */add. Po2]* tertio *Po2, 3, 1le. Po2 ut Po1;* 2° cum amoris quidem significatione, sed id etiam adhibendo, quod eos faciat erubescere */3 vv. add.,* rubore eos perfundat *1le.,* eis ruborem injiciat *marg.];* 3° amori */seq.* timor est adi, *imp. sensu, obl.]* quae timorem *Po1.* — 29 ea *add. Po2, om. Po3.* — 30 esse debet *Po1.* — 32 Sindicus uel censor *Po1, 2, 3, E1.* — 34 in ecclesia et domo si quid *1le. imp. Po1;* perlustrando *add. Po3,* circumeundo *1le.;* non conueniat *add. Po2,* oculos [oculus *1le. Po1*] offendit *1le.* — 36 'facultatis' *add. Po1,* auctoritatis *1le.* — 36-37 'ut' *et* 'tribuetur' *add. Po1,* ei tribuetur, quo *1le.* — 37-44 Curent omnes *add. Po3,* Ex... corporis */1 v. add. Po. Po1.]* cum acciderint */2 vv. add. Po1]* curent omnes fructum */seq.* ex eis *obl. Po1]* aliquem capere non solum ad suam sed etiam aliorum... patientiam ueram */1 v. add. Po. Po1,* non mediocrem *1le.]* habendo interius et exterius eam [interius... 'eam' *add. Po1,* et *1le.]* prae... et infirmorum praefecto praestando */om. 1 v. Po3, seq.* tum *obl.]*... et ad */om.* ad *Po3]*... aegritudinem ut... (quandoquidem non inferius */1 v. add. Po1,* minus *1le.]* est quam sanitas) admitti *Po1, 2, 3.* – 38-39 corporis, cum acciderint, fructum aliquem capere... solum ad suam... etiam aliorum *E1.* — 40-41 patientiam veram habendo interius et exterius eam prae se ferendo *E1.* — 41 infirmario *Cong4,* infirmorum praefecto *pr.; verba* ac *et* 'praestando' *add. Po1,* patientiam ac */2 vv. add.]* obedientiam *2le.* — 41-42 prae se ferendo patientiam [patientia *pr.*] ac */2 vv. add.,* tum *1le.]* obedientiam [obedientia *pr.*] medico... 'praestando', tum */1 v. add.]* uerbis */seq.* utendo *obl.]* piis et ad... facientibus 'utendo' *2le. Po1.*

[21] Idem est in Regulis Tarnatensi, c. 8, PL. 66, 980; S. Isidori c. 15, PL. 103, 568. Aliquot exempla in *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 258-259, 270-271.

[22] Officium syndici jam constituerat Ignatius scholasticis nostris patavinis ad annum 1545, cf. t. I, monum. 24, p. 177 n. [6]; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, V, 253. Officium circulatoris in O. P. est huic nostro simile *Liber de instructione officialium O. F. P. Rev. P. Fratris Umberti* [Roma, 1566?], cap. 16, p. 80.

verbis piis et ad aedificationem facientibus utendo, quae ostendant
[m] P. 4 c. 5 n. 4 et c. 14 n. 1 et P. 8 c. 1 n. 8 et K et P. 10 n. 9. O
aegritudinem acceptari, ut donum, de manu Creatoris ac Domini nostri; quandoquidem non minus donum est quam sanitas [23].

18. Idem [m] sapiamus, idem, quoad eius fieri possit, dicamus omnes, iuxta Apostolum [24]. † Doctrinae igitur differentes non admittantur', nec verbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec
[n] P. 4 c. 6, O et P. 7 c. 4 n. 11.
[o] C. 5 d. 9.
[p] C. 10 d. 11. C. 15 d. 9. C. 16 d. 15. C. 22 d. 20.
scriptis libris ([n] qui quidem edi non poterunt in lucem [o] sine approbatione atque consensu Praepositi Generalis [25], qui [p] eorum examinationem saltem tribus committat sana doctrina et claro iudicio in ea facultate praeditis). Immo et iudiciorum de rebus agendis diversitas, quae mater esse solet discordiae et inimica unionis voluntatum, quantum fieri potest, evitari debet.
[q] P. 8 c. 6 n. 8. P
[q] Unio vero et conformitas mutua diligentissime curanda est [26], † nec quae ei adversantur permittenda': quo, iuncti invicem fraternae charitatis vinculo, melius et efficacius possint se divino obsequio et auxilio proximorum impendere.

O. *Novae opiniones admittendae non sunt: et, si quis aliquid sentiret, quod discreparet ab eo quod Ecclesia et eius Doctores*
[r] C. 5 d. 6, 50 n. 2.
[s] *Exa.* c. 3 n. 11.
[t] C. 20 d. 10 C. 21 d. 14.
communiter sentiunt, suum sensum definitioni ipsius Societatis [r] *debet subiicere,* [s] *ut in Examine declaratum est. In opinionibus etiam, in quibus catholici Doctores variant inter se vel contrarii sunt,* [t] *ut conformitas etiam in Societate sit, curandum est* [27].

---

42 ad *om. E1, 2, 2b, 3.* — 43-44 aegritudinem vt donum... non inferius est sanitate, admittti *E1,* sanitate accipere *1le. Po1.* — 45-46 Idem... omnes *add. Po3,* Quoad eius fieri possit, idem sapiamus idem dicamus omnes *[seq.* cum apl, *imp. v.* apostolo *obl. Po1] 1le.* — 46 apostolum *add. Po3,* apostoli consilium *1le.;* Doctrinae igitur *[1 v. add. Po3]* dissonantes *[1 v. add. Po2,* sibi inuicem repugnantes *1le.]* non *Po1, 2, 3, E1.* — 47 concionibus el *Po1, 2, 3;* vel lectionibus *om. E1.* — 47-51 nec etiam *[1 v. add. Po. Po1]* scriptis... quidem sine approbatione atque consensu *[2 vv. add. Po1,* ac licentia *1le,* uoluntate, facultate *add. et obl.]* praepositi generalis (qui quidem censurae *[seq.* duorum aut *Po1, 2, 3, om. E1]* trium ut minimum *[2 vv. add. Po3]* doctrina et claro iudicio in ea facultate praeditorum eos subiiciat) 'in lucem emitti non poterunt' *[add. Po1].* Imo *Po1, 2, 3, E1.* — 51 'iudiciorum' *add. Po1,* in indiciis *1le.* — 51-53 diuersitas, quantum fieri potest, euitari debet *1le. Po1.;* * et inimica *E1;* 'inimica' *[add. Po1]...* voluntatis *Po1,* unionis uoluntatis inimica *1le.;* 'quantum... debet' *add. Po1.;* debet: et contra vnio *E1.* — 53-55 debet, vt vice uersa ['vt' *(seq.* 'contrario' *obl.)* 'vice versa' *add. Po1,* que quidem *1le.]* vnio et... diligentisime [diligenter *1le. Po1]* curanda *[seq.* est *obl. Po1]* nec quae ei adversantur ['quae... adversantur' *add. Po1,* contrarium *1le.,* contraria *2le.]* permittenda sunt, quo iuncti ['sunt... iuncti' *add. Po1,* permittendum quo uniti *1le.] Po1, 2, 3.* — 54 est *om. E1.* — 55 permittenda sunt *E1.* — 58 quis aliquam *1le. Po1.* — 59 'discreparet' *add. Po2, marg. Po1,* dissonaret *1le.* — 60 fere *add. et obl. Po1.* — 62 vel... sunt *om. Po, 2, 3, E1, add. et obl. Po1 ante v.* variant. — 62-63 se conformitas *[1 v. add. Po. Po2,* concordia *2le.,* conformitas *1le.]...* Societate se[ru]anda est *[corrosa charta] Po2, E1,* se, concordia etiam in Societate seruanda est *Po3,* se, conformitas eliam in Societate curanda est *Po1.*

---

[23] V. p. 25, not. 22.

[24] Cf. PHIL. 2, 2; *Proleg.* t. II, c. 10, a. 1, § 1, p. CCVI, ubi est nexus constitutionis huius cum antiquis regulis; *Monum. Ignat.* ser. 1a, III, 502-503; X, 508.

[25] Cf. t. I, monum. 38bis, nn. 2, 88, pp. 275 et 287.

[26] Ib., pp. 276 n. 7, 279 n. 29 R, 288 n. 91.

[27] Notabis agi solum de opinionibus, v. p. 13, not. 3.

P. *Ferenda non est inter ullos domesticorum perturbatio vel ira mutua; et si aliquid huiusmodi accideret, curetur, ut statim cum satisfactione debita in gratiam invicem redeant*[28].

19. Quia ad progressum in virtutibus faciendum multum confert antiquiorum exemplum, quo reliqui ad eorum imitationem animentur; qui praeest aliis, (si aliter peculiares ob causas non iudicaretur convenire) et omnes alii Sacerdotes, qui ei videbuntur, aliquando intra annum officium vel officia eorum, qui inserviunt Domi, ad tempus aliquod obibunt[29]: quo aliis gratius reddatur huiusmodi ministerium, in quo ad maius Dei servitium et gloriam sunt constituti.

20. [u] Explicetur aliquot diebus in singulis hebdomadibus doctrina christiana ac † modus [v] bene et cum fructu confitendi', communicandi, Missam audiendi et in eadem ministrandi, orandi itidem, meditandi et legendi pro captu uniuscuiusque tradatur[30]: cureturque, non solum ut addiscant quae conveniunt, sed etiam ut memoria teneant et exerceant quae didicerint: omnesque suum tempus rebus spiritualibus impendant, et devotioni quaerendae, pro mensura gratiae Dei ipsis communicatae, insistant[31]: ad quod † conferet [x] aliqua Exercitia Spiritualia illis, qui nondum se exercuerunt in eis', vel omnia tradere, prout unicuique convenire in Domino iudicabitur.

[u] *Exa.* c. 4 n. 25. **Q** [v] P. 4 c. 1, B et C. **R** [x] *Exa.* c. 4 n. 10.

Q. *Praeter modum bene confitendi,* [y] *tempus etiam eis designetur, intra quod, si ad confessionem non accederent, subtrahatur*

[y] *Sup.* n. 11.

65-66 ut primo quoque tempore cum *Po1, 2, 3, E1.* — 66 reconcilientur *add. et obl. Po1.* — 68 antiquorum *(?) Ile. Po2 abrasa charta.* — 70 iudicaret *Po1,* iudicaretur *Ile.;* uidebuntur obibunt *Ile. Po1.* — 71 aliquando singulis annis *Po1, 2, 3, E1.;* 'officium vel' *obl. et rest. Po1.* — 72 aliquod *add. Po2;* 'ad tempus obibunt' *add. Po1,* aliquandiu *Ile.;* 'reddatur' *add. Po1,* sit *Ile.* — 75 'Explicetur' *add. Po1,* Doceatur *Ile.;* hegdomadis *Ile. Po1.* — 76 *Marg.* Q *add. Po1, 2,* Q *et* R *pr. Po1, 2;* * cum *E1.* — 77 et communicandi ac missam *Ile. Po1.* — 78 'tradatur' *bis add. semel obl.,* 'doceatur' *add. et obl.,* ac meditandi... pro mensura captus uniuscuiusque *Ile.* — 79-80 ut... teneant *add. Po1,* ne obliuioni tradant *Ile.* — 80-81 suum tempus *et* impendant *add. Po2,* uacent aliquando rebus spiritualibus *Ile.* — 81 deuotionis *Ile. Po1.* — 81-82 pro... 'Dei... communicatae' *add. Po1,* prout eis *[2 vv. add.,* quantam *et* quantum eis *pr.]* diuina gratia se *[1 v. add.]* comunicauerit *2le.* — 83 *Marg.* R *add. Po2,* S *Ile.,* 'R' *add. Po1,* 'S' *Ile.;* conferent *Ile. Po1;* * Exercitia *E1;* eis qui *Ile. Po1.* — 84-85 omnia prout... iudicabitur proponi *[1 v. add. Po. Po1] Po1, 2, 3; marg.* S *Po2.* — 86 *Marg.* 'Q' *obl. Po1**; 'confitendi' *add. Po2, om. Po3,* instituendi confessionem *Ile.*

* Pro littera Q positum est in *Po1* signum quod est etiam in fine declarationis] seu I (sup. p. 82), quasi ex duabus una declaratio facienda esset, quod tamen factum non est.

[28] Cf. *Regula S. Basilii* 73 et 74, in translatione Rufini, PL. 103, 519-520, in *Regulae brevius*, nn. 41-42, PG. 31, 1110; S. Aureliani, n. 12, PL. 68, 389. In t. I, monum. 36, p. 260 n. [8]; *Epist. Mixtae* I, 580.

[29] In *Regula S. Ferreoli*, c. 38, jubetur abbas ter in anno coquum agere, PL. 66, 959-976. Cf. t. I, monum. 9, n. 43, p. 47; monum. 28ter, p. 213 n. 40; monum. 38bis, p. 293, n. 130. Item *Epist. Mixtae*, IV, 280; *Po. Compl.* II, 576 et 581 ad fin., 600 in 4° et 7.

[30] Cf. t. I, monum. 28, p. 188 nn. 7-8, praeparatio huius constitutionis.

[31] In t. I, monum. 38bis, p. 282, n. 40.

[z] *Sup.* n. 11 et P. 6 c. 3 n. 2.

eis cibus corporis, donec cibum spiritus sumant. Qui [z] *autem alii, quam suo Confessario designato, confiteretur, debet postmodum (quantum recordari poterit) eidem suo Confessario totam suam conscientiam aperire, ut, nihil ignorando, quod ad eam pertineat, melius in Domino possit eumdem iuvare.*

R. *Cum iis, qui ex se Exercitiorum Spiritualium intelligentiam habent, et in ipsis facile progrediuntur, ac methodum in eisdem bene procedendi habent, vel qui aliis occupationibus distinentur, poterunt omnino, vel certe ex parte, Superiores in communibus huiusmodi regulis dispensare.*

[a] P. 4 c. 4, **B.**

Quosdam qui, quamvis ad Spiritualia Exercitia apti sint, [a] *nondum tamen ea sunt experti, operae pretium erit aliquando iuvare, ad particulares considerationes descendendo, quae ad timorem et amorem* DEI *ac virtutum et ad exsecutionem earum, prout ratio convenire docuerit, incitent.*

[b] C. 7 d. 80 n. 19. C. 8 d. 38 n. 4. C. 18 d. 22 n. 7. C. 22 d. 44 n. 6.

Eis, qui ad huiusmodi exercitationes apti non esse viderentur, qualis [b] *ex Coadiutoribus temporalibus aliquis esse posset, proponi debent ea, quae ipsorum captui conveniant, et quibus ad servitium* DEI *ac Domini nostri illi iuventur.*

---

[c] *Sup.* n. 5 et *Exa.* c. 4 n. 25 et P. 4 c. 8 n. 3 et P. 10 n. 3.

21. [c] Convenit omnes exerceri (si aliquem Superior non exi-
S meret) † in concionibus domesticis'; ut, praeterquam quod utiliter in hoc expendetur aliqua hora a prandio, animentur et aliquem usum comparent (quod ad vocem et modum attinet et ad reliqua) et ut specimen etiam eius talenti, quod in hoc genere Dominus

---

91 ut ille *[1 v. add.]* nihil *Po1.* — 93 *Marg.* R *Po3, add. Po2,* Q *1le., add. Po. Po1,* 'R' *1le.;* iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 93-94 ex se *et* intelligentiam... progrediuntur *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1.* — 93-95 his qui 'versati sunt in exercitiis spiritualibus et sponte sua currunt in eis' ['versati... eis' *add. Po1,* sponte sua et nolun, *sic., 1le. imp.,* norunt et currunt in exercitiis spiritualibus *2le.*] ac methodum... 'bene procedendi' *[add. Po1]* habent *Po1.* — 3 *Marg.* S *Po3,* S *et* R *obl. Po2* *, 'R' *add. Po1,* S *1le.;* sunt *Po1, 2, 3,* sint *1le. Po2.* — 4 se exercuerunt *add. et obl. Po1;* aliquando eosdem *Po1, 3, 1le. Po2.* — 6 executionem *add. Po1,* autem *add. et obl.,* praxim *1le.;* ratio *add. Po2,* discretio *1le.;* prudentia *marg. Po1.* — 8 *Marg.* T *obl. Po3.* — 9 possit *Po1, 3, 1le. Po2,* posset *Po2.* — 10 ca *add. Po2, om. Po3,* illa *1le.;* et *add. Po2, om. Po3,* quibusque *1le.* — 11 illi *add. Po2, om. Po3.* — 7-11 Eis *[add.]* qui... apti [aptus *1le.*]... uiderentur [uidcretur *1le.*]... possit *[seq.* ei *obl.]* proponi debent illa, quae ipsorum [ipsius *1le.*]... conueniant, quibusque ad... nostri juuentur *Po1.* — 12 'Superior' *add. Po1,* qui praeest *1le.;* eximeret ex eo numero *1le. Po2.* — 13 *Marg.* 'S' *add. Po1,* 'T' *1le.,* S *add. et obl. Po2,* T *1le.;* concionibus *add. Po1,* adhortationibus *add. et obl.,* praedicationibus *1le.;* * domesticis *E1.* — 14 in hoc *om. E1.* — 13-14 praeterquam... vtiliter expendetur aliqua [vna *pr.*] hora *[seq.* post mer, *imp. v.* meridiem, *obl.]* a prandio *add. Po3,* ut in eo bene occupentur aliqua hora pomeridiana et animentur *1le.,* 'in... occupentur' *et* 'et' *add. Po1,* practerquam quod occupationem bonam aliqua... pomeridiana in eo habebunt *1le.* — 14-16 et assuescant aliqua ratione *[1 v. add. Po. Po1,* aliquo modo *1le.]* (quod... attinet et reliqua ad id *[1 v. om. Po3, E1]* munus exercendum ['ad... exercendum' *add. Po1*] et ut [et *obl.,* 'vt' *add. Po1*] *Po1, 2, 3, E1.* — 16 specimen praebeant *1le. Po1.*

---

* Ita delctae sunt hae duae litterae S et R in *Po2,* ut neutra legi possit; conjicimus ergo ex praecedentibus et scquentibus; praeterea S clare exstat in *Po3* in quo exemplo multa habemus quae in *Po2* deleta vel emendata sunt; R in *Po1,* ex quo *Po2* suas litteras sumere consuevit.

eis communicat, praebeant, et ut suos bonos conceptus ad suam et proximorum aedificationem exprimant, de iis crebro tractantes, quae ad sui abnegationem et in virtutibus profectum et omnimodam perfectionem attinent; ad ea se invicem exhortando, et praecipue ad unionem et charitatem fraternam.

S. *Qui domi concionantur, reprehensionem alicuius ex Fratribus domesticis vel ipsius Societatis non attingant. Idem caveant, qui in ecclesiis concionantur, nisi prius Superiorem ea de re consuluerint: quamvis possit unusquisque et se, et Fratres suos simul ad progressum in maiori obsequio* Dei *(quod potius in domesticis quam in publicis in ecclesia concionibus convenit) excitare.*

---

22. Magnopere [d] conferet devote, quoad fieri poterit, ea munera obire, in quibus magis exercetur humilitas et charitas. Et, in universum loquendo, quanto aliquis se † arctius Deo adstrinxerit, et liberaliorem erga summam maiestatem se praestiterit'; tanto eum in se liberaliorem etiam experietur, et ipse in dies magis idoneus erit ad gratias et dona spiritualia uberiora recipienda.

[d] *Exa.* c. 4 n. 28.

T

T. *Coniungi magis cum* Deo *ac liberalem se in eum exhibere,* [e] *est se totum immobiliter divino servitio mancipare: quod illorum est, qui, votis emissis,* Deo *se dedicant. Quamvis autem id multum iuvet ad uberiorem gratiam accipiendam, nemini tamen praecipiendum est, ut id agat; nec primo biennio quisquam ullo modo ad id compellatur.*

[e] *Exa.* c. 4 n. 1, et c. 7 n. 1.

[f] *Quod si sponte, ex sua devotione, ad vota sua ante biennium exactum emittenda moverentur, nec in manibus cuiusquam ea admitti, nec solemnitas adhiberi debet; sed quisque in secreto animi sui id offerat* Deo *ac Domino Nostro. At, cum id sint facturi, convenit, ut formulam, quae consuevit in votis simplicibus observari,*

[f] *Exa.* c. 1, **E** et P. 5 c. 4 n. 6.

---

17 'praebeant' *add. Po1.* — 17-18 utque suos *[seq.* etiam exprimant *obl.]*... 'exprimant' *Po1.* — 18 his *Po1, 2, 3;* tractantes *add. Po3,* tractando *Ile.* — 19 *Primum* et *om. Po1, 2, 3;* in *add. Po1,* uirtutis profectum *Ile.* — 20 cohortando *Po1, 2, 3.* — 22 *Marg.* S *add. Po1, 2,* T *Ile., obl. Po3;* concionantur, ne reprehendant *Ile. Po1.* — 23 caueant predicatores *Ile. Po1, 2,* concionatores *add. et obl. Po1.* — 25 possit *add. Po2,* potest *(?) Ile.,* potest *Po1, 3;* 'vnusquisque' *add. Po1.* — 27 conuenit) possint *Ile. Po1.* — 28 'quoad' *add. Po1,* quantum *Ile.* — 29 quibus prae caeteris *[2 vv. add. Po. Po1,* magis *Ile.]* exercetur *Po1, 2, 3, E1.* — 30 *Marg.* 'T' *add. Po1,* 'V' *Ile.;* quanto *add. Po1,* quo *Ile.;* se magis *Ile. Po1;* arctius cum Deo conjunxerit *[1 v. add. Po1,* ligauerit *Ile.] Po1, 2, 3, E1.* — 32 se largiorem experietur *Po1, 2, 3, E1,* 'largiorem' *add. Po1,* liberaliorem *Ile.* — 34 *Marg.* T *add. Po1, 2, 3,* V *Ile.;* 'Coniungi' *add. Po1,* Ligari *Ile.,* Vt *marg. obl.* — 35 immobiliter *obl. et rest. Po2,* 'in perpetuum' *add. et obl.;* in perpetuum *add. Po1,* immobiliter *Ile.;* manciparet *Ile. Po1.* — 35-36 illorum est *add. Po2,* illis accidit *Ile.* — 37 tamen *add. Po2, om. Po3.* — 39 'compellatur' *add. Po2, marg. Po1,* astringatur *Ile.* — 42 solemnitas aliqua *[2 vv. add. Po2]* adhiberi debet *[1 v. add. Po2,* solemnitatem aliquam... conuenit *Ile.] Po2, 3;* quisque Deo *Ile. Po1.* — 43-46 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 43-44 sint... ut *et* quae consueuit *add. Po2.*

petant, et scriptum habeant quod Deo *promiserunt, ad suam memoriam confirmandam.*

23. Expedit in primis ad profectum, et valde necessarium est, [g] ut omnes perfectae obedientiae se dedant, Superiorem (quicumque ille sit) [h] loco Christi Domini nostri agnoscentes [32], et interna reverentia et amore eum prosequentes. [i] Nec solum in exsecutione externa eorum, quae iniungit, integre, prompte, fortiter et cum humilitate debita, sine excusationibus et obmurmurationibus obediant, licet † difficilia et secundum sensualitatem repugnantia iubeat' [33]; verum etiam conentur interius resignationem et [j] veram abnegationem propriae voluntatis et iudicii habere, [k] voluntatem ac iudicium suum, cum eo quod Superior vult et sentit, in omnibus rebus ([l] ubi peccatum non cerneretur [34]) omnino conformantes, proposita sibi voluntate ac iudicio Superioris pro regula suae voluntatis et iudicii, quo exactius conformentur primae ac summae regulae omnis bonae voluntatis et iudicii, quae est aeterna bonitas et sapientia.

[g] C. 21 d. 27.
[h] P. 4 c. 10 n. 5 et P. 6 c. 1 n. 1 et 2 et P. 7 c. 2 n. 1, et **A** et **I** et P. 8 c. 1, **D** et P. 9 c. 3 n. 20.
[i] P. 6 c. 1 n. 1 et **C.**
[j] *Inf.* n. 27 et *Exa.* c. 4 n. 46 et P. 5 c. 2 n. 1.
[k] P. 4 c. 10 n. 5 et P. 6 c. 1 n. 1.
[l] P. 6 c. 1 n. 1 et **B.**

V. *Conferet, ut Superiores aliquando occasionem praebeant iis, qui probantur, exercendi obedientiae et paupertatis virtutem, eosdem*

45 ad voti *Po3.* — 45-46 promiserunt ad eius *[2 vv. add.,* ad uoti *2le.]* memoriam confirmandam *[2 vv. add.] Po2.* — 43-46 id fecerint formulam consuetam [quae consueuit *marg. non obl.,* solitam *obl.*] in uotis simplicibus seruari [obseruari *1le.*] petant *[1 v. add.,* conuenit *pr.].* Et scriptum [in scripto *pr.*] 'habeant' quod... promiserunt *[seq.* habeant *obl.]* ne *[seq.* e *obl.]* memoria excidat *Po1.* — 47 profectum, imo necessarium *Po1, 2, 3, E1,* — 48 omnes integ, *imp. v., 1le. Po1;* perfectioni *1le. Po1;* se dedant *add. Po2,* studio incumbant *1le.* — 48-49 Superiorem... sit) tanquam Christum Dominum intuentes et *Po1, 2, 3, E1,* 'superiorem' *add. Po1,* superiorem *marg. obl.,* agnoscendo superiorem *1le.,* tanquam... intuentes *add.,* Christi Domini loco *1le.* — 50 prosequentes *add. Po1,* prosequendo *1le.* — 51 fortiter et humiliter obediant *1le. Po1.* — 52 excusationibus *add. Po2,* excusatione *1le.* — 53 *Marg. nulla litt. Po1, 2, 3;* sensualitati *marg. Po3, imp. emendatione,* iuxta sensualitatem *add. Po2,* sensui *1le.* — 54-56 etiam interius *[1 v. om. Po3, E1]* nitantur resignationem... habere *[seq.* omnino *obl. Po1]* velle ac sentire suum *Po1, 2, 3, E1.* — 57 'omnino' *add. Po1;* conformantes *add. Po3,* conformando *1le., seq.* exigendo *obl. Po1.* — 57-59 proposita... primae ac *add. Po2,* uelut ad regulam uoluntatis et iudicii sui superioris propriam suam exigendo *[2 vv. add. Po. Po1]* quo conformior [conformis *1le. Po1*] sit et magis adaequetur *1le.* — 60 omnis *add. Po1,* totius *1le.* — 62 *Marg.* V *add. Po1, 2, 3,* X *1le.;* iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 63 'et' *add. Po1.*

[32] Cf. Luc. 10, 16. Item Ignatii Monita generalia complutensibus data, n. 8, *Monum. Ignat.* ser. 1[a], XII, 675. Ex paragraphis 23, 24 quaedam venerunt ex nostro textu latino in *Constitutiones Scholarum Piarum*, parte 2, c. 1, §§ 2, 3, 5, 10; v. g. § 2 habent: «Quocirca Superiorem, quicumque ille sit, ut Patrem revereantur, eique integre, prompte, fortiter et cum humilitate debita, sine legitima excusatione, aut obmurmurationibus, obediant»; cf. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 3.

[33] Conferenda *Regula S. Benedicti*, c. 68 «Si fratri imposibilia injungantur» et *Proleg.* t. II, c. 10, a. 1, § 4 p. CCXIII; *Epist. Mixtae* III, 203-205 et *Monum. Ignat.* ser. 1[a], VI, 92-93.

[34] Hunc locum ignorare videntur qui Ignatio et Societati Jesu calumniam inurunt, quasi obedientiam imperantibus in rebus omnibus, etiam peccato obnoxiis. Cf. et t. I, monum. 28[ter], p. 216 n. 21.

tentando, ad maiorem ipsorum utilitatem spiritualem, eo modo quo Dominus Abraham tentavit[35]*; ut specimen virtutis suae praebeant, et in eadem crescant. In eo tamen, quoad eius fieri possit, mensura et proportio, iuxta uniuscuiusque vires, ut discretio dictabit, observetur.*

---

24. [m] Et, ut magis in obedientiae virtute se exerceant, convenit, atque etiam valde necessarium est, ut, non solum Superiori Societatis vel Domus, sed etiam subordinatis officialibus, qui ex illo auctoritatem acceperunt, in iis omnibus, in quibus super ipsos potestatem habent, obediant; et assuescant non intueri, quis ille sit, cui obediunt; sed potius quis ille, propter quem, et cui in omnibus obediunt, qui est Christus Dominus[36].

[m] *Exa.* c. 4 n. 29, 30 et 31 et E et P. 4 c. 10 n. 8.

25. Diligant [n] omnes paupertatem, ut matrem, et, iuxta mensuram sanctae discretionis, suis temporibus eius effectus aliquos experiantur[37]; et, ut in Examine dictum est, [o] parati sint, post primum annum exactum, ad temporalia bona distribuenda, quandocumque a Superiore iniunctum id fuerit, et ea ratione servata, quae ipsis in [p] Examine proposita fuit.

[n] P. 6 c. 2 n. 1 et P. 10 n. 5. C. 18 d. 22 n. 2. C. 20 d. 7. C. 22 d. 25, 26.

[o] *Sup.* n. 7 et *Exa.* c. 4 n. 2, 3 et 5. C. 27 d. 176 § 1.

26. Omnes rectam habere intentionem studeant, non solum circa vitae suae statum, verum etiam circa res omnes particulares, id semper in eis sincere spectantes, ut serviant et placeant divinae bonitati propter seipsam, et propter charitatem et eximia beneficia,

[p] *Exa.* c. 4 n. 2.

---

64 ipsorum *add. Po2, om. Po3,* suam *1le.* — 65 vt et specimen *Po1, 2, 3, E1, 2, 3.* — 69 *Marg.* V *Po1, 2, 3,* 'X' *1le. Po1,* T *E1.* — 69-73 conuenit, imo etiam necessarium... superiori totius Societatis... subordinatis ministris... acceperunt [subordinatis... acceperunt *add. Po2,* substitutis *(seq.* ad eam minis, *imp. v., obl. Po1)* ab eo cum authoritate ministris *(seq.* obediant *obl. Po1) 1le.*] in his... quibus potestatem *[1 v. add. Po. Po1,* auctoritatem *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 73 habent in ipsos *1le. Po2,* ipsis *1le. Po1;* 'obediant' *add. Po1.* — 74-75 et... omnibus *om. Po3 vitio transcribentis;* et cui... omnibus *om. E1.* — 75 *Marg.* 'T' *(?) obl. Po1;* Dominus noster *1le.* — 77 suis temporibus *add. Po2,* suo loco et tempore *1le.;* aliquos effectus *Po1, 2.* — 78-79 est post... exactum parati sint *Po1, 2, 3, E1.* — 79 temporalia... distribuenda *add. Po2,* se bonis temporalibus spoliandos *[1 v. add. Po. Po1,* exuendos *1le.] 1le.* — 80-81 et... fuit *add. Po2,* prout in dicto Examine fuit propositum *1le.* — 81 ipsis *om. Po1, 2, 3, E1; seq.* fol. decimo nono *E2, 3,* fol. *E2b.* — 82 Curent omnes *1le. Po1.* — 82-88 rectissimam habere *[1 v. add. Po3,* habeant *1le. perperam,* habere *Po1, 2]* intentionem, non solum in statu vitae verum etiam in rebus omnibus particularibus enitantur *[seq.* ad *obl. Po3]* id... spectantes *[1 v. add. Po3,* spectando *1le.]* ut seruire et placere diuinae... quam timorem ...vel spem [timore... spe *Po3*]... debeant) sint solliciti et crebro eos hortari conuenit [sint... conuenit *om. E1, mutilata sententia*] ut in *Po3, E1,* enitantur... vt *add. Po2,* 'curent' *[add. Po1]* id solum semperque 'sincere' *[4 vv. add. Po1,* id semper et *2le.,* id *(seq.* a, *imp. v.* agendo *(?), obl.)* semper agendo in eis *(seq.* ut p, *imp. v.* pure *(?), obl.)* et pure *1le.]* quaerendo in eis ut inseruire... se ipsam *[seq.* querant *obl. Po1]* et... charitatem et *[seq.* su, *imp. v.* summa, *Po1]* eximia... timore... vel spe... iuuari debeant *[2 vv. add. Po2,* iuuentur *1le.,* iuu'entur' *add. Po1,* iuuari debeant *1le.]* sint solliciti *[2 vv. add. Po. Po1],* et crebro eos 'coh'ortari [exortari *1le.*] conuenit ut in *Po1, 2.*

---

35 Cf. GEN. 22.

36 Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 615-616; et *Const.* VI, 1, 1.

37 *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IV, 564-565.

quibus praevenit nos, potius quam ob timorem paenarum vel spem praemiorum (quamvis hinc etiam iuvari debeant) et crebro admoneantur, ut in omnibus quaerant DEUM exuentes se, quantum fieri potest, amore omnium creaturarum, ut affectum universum in ipsarum Creatorem conferant, eum in omnibus creaturis amando, et omnes in eo, iuxta sanctissimam ac divinam ipsius voluntatem [38].

[q] *Sup.* n. 23 et *Exa.* c. 4 n. 46.

27. [q] Studium in quod incumbent qui in Domibus Societatis probantur, id esse debet, quod eos magis ad superius dictam abnegationem sui, et in virtutibus ac devotione profectum iuvabit.

X † Studia [r]vero litterarum, in universum loquendo, in Domibus non erunt', nisi cum quibusdam, peculiaribus de causis, dispensatione opus esse videretur [39]. [s] Collegia enim ad litteras addiscendas sunt, Domus vero ad eas, quas didicerint, exercendas, vel ad praeparandum earum fundamentum, humilitatis scilicet ac omnis virtutis, in iis qui operam eis sunt daturi.

[r] *Exa.* c. 7 n. 1.

[s] *P.* 4 *Prooe.* et c. 3 n. 1 et c. 11 n. 1 et P. 10 n. 4.

X. *Quamvis, in genere loquendo, studia litterarum in Domibus Societatis non teneantur; quicumque tamen praedicationi et confessionibus audiendis vacant, studium adhibere possunt ad ea, quae ipsis usui futura sunt. Et, si alicui particulariter conveniret aliis etiam rebus studere, prudentiae Superioris relinquitur, ut id consideret et in eo dispenset.*

28. Sit qui singulis hebdomadibus, vel saltem decimo quinto quoque die, haec et similia omnibus in memoriam redigat, vel illi haec legere teneantur; ne, pro nostrae fragilis naturae conditione,

---

88-89 exuentes *[add. Po3,* segregato a *Ile.*, a se *add. Po2,* segregando *Ile. Po1]* quantum... potest *[seq.* a se *add. et obl. Po1]* amore [suo amore *Ile. Po2,* suum amorem *Ile. Po1]* omnium creaturarum *[2 vv. add. Po2,* ab omnibus creaturis *Ile.]* ut *Po1, 2, 3.* — 89 'affectum ['eum' *pr.*] vniuersum' *add. Po1.* — 90 creaturis *om. Po1, 2, 3, E1.* — 92 Studium illud *Ile. Po2.* — 93 illud esse *Ile. Po1;* debebit *Po1, 2;* magis iuuabit *Ile. Po1.* — 94 et pro, *imp. v.* profectum, *Ile. Po1;* 'iuuabit' *add. Po1.* — 95 *Marg.* 'X' *add. Po1,* 'Z' *et* 'Y' *pr.;* in uniuersum *add. Po2,* generatim *Ile.* — 1 nisi in *Po1, 2, 3, E1;* quibusdam eorum qui probantur *[3 vv. add. Po. Po1] Po1, 2, Ile. Po3.* — 1-2 dispensatione opus 'esse' *add. Po1,* dispensandum *Ile.* — 2 'enim' *add. Po1.* — 2-5 addiscendas, Domus... in his [iis *E1*] qui operam... daturi *[4 vv. add. Po. Po1,* debent eas addiscere *Ile.]* comparatae sunt *[1 v. add. Po. Po1,* sunt comparatae *Ile.*, destinate *add. et obl.] Po1, 2, 3, E1.* — 6 *Marg.* X *add. Po1, 2, 3,* Y *Ile.*, 'Z' *2le. Po1;* in genere *add. Po1,* in uniuersum *Ile.* — 7 tamen *add. Po2, om. Po3.* — 8 'ad ea' *add. Po1,* in his *Ile.* — 9 'alicui particulariter' *add. Po2, om. Po3,* Et si in aliquo peculiares ob causas conueniret *Ile.* — 11 in... dispenset *add. Po2, om. Po3,* et si opus fuerit, ad id dispenset *Ile.* — 12 Sit aliquis domi qui singulis... uel certe *[1 v. add. Po1] Po1, 2, 3, E1.* — 13 omnibus *add. Po2.* — 14 teneantur *obl. et rest. Po1,* debeant *add. et obl.;* pro conditione nostrae fragilis [fragilitatis *Ile. Po3,* fragilis *Po2,* fragilis nostrae *Po1]* naturae *Po1, 2, 3.*

---

[38] V. not. 13, p. 82.

[39] Statuta res iam anno 1541 (v. t. I, monum. 9, n. 42 p. 47); cf. et monum. 28ter, p. 213 n. 10; monum. 38bis, p. 287, n. 87. Quid de studiis novitiorum sentiret Ignatius, scripsit Polancus Natali 4 Octobris 1550, *Monum. Ignat.* ser. 1a, III, 195.

obliti, ab eorum exsecutione cessent [40]. Et aliquoties singulis annis omnes a Superiore sibi paenitentias iniungi propter defectum observationis Regularum petant, ut haec cura indicium sit illius, quam de suo profectu spirituali in via Dei quisque habet.

De conservatione corporis. Cap. II.

1. Ut nimia sollicitudo in iis, quae ad corpus pertinent, reprehensibilis est; ita [a] cura moderata tuendae ad divinum obsequium valetudinis ac virium corporis laude digna, et ab omnibus adhibenda est; et, ea de causa, cum animadverterint aliquid sibi nocere, vel quid aliud necessarium esse circa victum, vestitum, habitationem, officium aut exercitationem, et sic de aliis rebus, admoneant omnes ea de re Superiorem, vel quem ad id Superior constituerit, duo interim observantes: primum, ut, antequam ad eum quid referant, se ad orandum recipiant, et, [b] post orationem, si senserint rem deferendam ad Superiorem, id faciant; alterum, ut, cum verbo aut scripto brevi (ne excidat memoria) Superiori rem exposuerint, ei totam curam rei expositae relinquant, et quidquid ille statuerit optimum ducant; † nec contendere aut urgere per se vel alium (sive concedatur quod petitur, sive non) pergant': quandoquidem sibi persuadere debent, id magis expedire ad divinum obsequium ac suum maius bonum, quod Superiori, re intellecta, in Domino visum fuerit [1].

[a] *Sup.* c. 1 n. 1 et P. 4 c. 4 n. 1 et P. 6 c. 3 n. 1 et P. 10 n. 13 et **C.**

[b] *Exa.* c. 8, **A.**

A

15 obliuiscantur et *Ile. Po1;* aliquotiens *Ile. Po1.* — 16-17 a superiore *[2 vv. add. Po1,* superiorem *Ile.]* omnes *[seq.* petant ut *obl. Po1]* sibi... iniungi *[seq.* iubeat *obl. rest. obl. Po1]* propter... obseruationis [obseruantiae *add. et obl. Po1*]... 'petant' *[1 v. add. Po1] Po1, 2, 3.* — 18 'quisque' *[add. Po1]* habere debet [debent *Ile. Po1*] *Po1, 2, 3, E1.*

2 *Om.* 1 *E3;* iis *add. Po3,* his *Ile.* — 2-4 reprehensibilis est *et* adhibenda *add. Po2,* Vt nimia... reprehensione, ita... tenenda est *Ile.,* reprehensione digna est *Ile. Po1.* — 5 'et' *add. Po1,* ita *(?) Ile.;* animaduerterint *bis add. semel obl. Po3,* quis animaduerteret *Ile.,* quis [quisque *pr., add. Po1*] animaduerterit [animaduerterent *Ile.*] *Po1;* nocere *add. Po1,* nocumento esse *Ile.* — 6 uel etiam *Ile. Po1.* — 6-7 circa *[1 v. add. Po3]* victum... officiorum exercitationem *Po3, E1,* in victu, vestitu, habitatione, officio, exercitatione *Ile. Po3.* — 7-8 admoneant omnes *add. Po3,* debebit quicumque ille sit *[4 vv. add. Po1,* tenebitur *2le.,* teneantur omnes *Ile.]* admonere *Ile.* — 8-9 vel *[seq.* eum *obl. Po1]*... 'superior constituerit' *[2 vv. add. Po1,* deputauerit *Ile.,* constituerit *marg. obl.]*... obseruantes *[1 v. bis add., semel obl. Po3,* obseruando *Ile.] Po1, 2, 3.* — 9 'ad... referant' *add. Po1,* superiorem admoneant *Ile.* — 10 ad oratio, *imp. v., Ile. Po1.* — 11 'id faciant' *add. Po1,* deferant *Ile.;* ut *add. Po3,* quod *Ile.* — 12 breui, superiori *Ile. Po1;* excidat a *Ile. Po1;* * rem *E1.* — 13 rei re, *imp. v.* relinquant, *Ile. Po1.* — 14 *Marg.* A *add. Po2, 3,* Y *Ile., add. Po. Po1,* 'Y' *et* 'Z' *pr.;* contendere *add. Po1,* disputare *Ile.* — 15 'pergant' *add. Po1,* 'pergat' *2le.;* uelit *Ile.* — 16 id sibi... debent [debet *Po1*] magis *Po1, 2, 3.* — 16-17 ad diuinum beneplacitum *Po1, 2, 3, E1, 2, 3,* ad... bonum *add. Po1.* — 17-18 intellecta [intelleta *ms.*] uisum fuerit *Ile. Po1.*

[40] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 485-486; *Litt. Quadrim.* V, 314, 583, 625, 800; VII, 1, 8, 13, 18, 29, 38, 53, 116, caet.; *Scholia* Natalis, 61-62.

[1] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 504-507 et 108; II, 83-86.

In Cap. II.

A. *Licet, qui exponit quod necessarium sibi existimat, non debeat ex se idem denuo petere nec urgere; si Superior tamen nondum satis intellexisset, et declarationem vellet maiorem, ea quidem danda erit. Et, si forte ex oblivione non provideret, cum tamen significasset se velle id facere; non erit ab re, debita cum modestia, ei in memoriam reducere vel repraesentare.*

---

[c] P. 4 c. 10 n. 9.

2. Statuatur [c] tempus, quoad eius fieri poterit, edendi, cubandi,
B surgendi, † quod communiter omnes observent'.

B. *Quamvis ordinem temporis in refectione et somno, ut plurimum, omnes observare debeant; si tamen peculiares ob causas alicui aliud conveniret, videat Superior, num dispensatione cum eo sit utendum, necne.*

C 3. [d] In iis, quae ad victum, † vestitum' et habitationem, et

[d] *Exa.* c. 4 n. 26 et P. 6 c. 2 n. 15 et 16 et M.

alia corpori necessaria pertinent, curetur cum divino auxilio, ut, quamvis sit in quo probetur virtus et sui ipsius abnegatio, non desit tamen quo sustentetur natura et ad divinum obsequium lau-

---

19 II. De conseruatione corporis *E1, add. Po2, om. Po3,* secundum *1le.;* 2.[m] 'De his quae pertinent ad conseruationem corporis' *Pol.* — 20 *Marg.* Z, B *et* A *obl. Po2,* Z, yy *nulla obl. Po3,* 'Y' *add. Po1,* 'Z' *1le.,* 'A' *add. et obl. (?)* *. — 20-24 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 21 ex se *add. Po2.* — 21-22 tamen *et* intellexisset *add. Po2.* — 22-23 ea... erit *add. Po2.* — 24 ab re *add. Po2, om. Po3,* reprehendendum erit *1le.,* abs re *Ant sqq , etiam Matr.* — 20-25 'exponit' [proponit *1le.*] quod... debeat sponte sua idem denuo petere *[2 vv. add.,* replicare *2le.,* reiterare *1le.]*... superior nondum... intellexit, et si declarationem... maiorem, declarare oportebit. Et... facere, non reprehendendum erit, debita... representare [exponere *marg.*] *Po1.* — 26-27 *Marg.* B *add. Po2, 3,* Z *1le.,* 'Y' *et* 'Aa' *pr. Po1;* Statuatur *[seq. * E1]* tempus edendi, cubandi, surgendi, quod communiter *[7 vv. bis add., semel obl. Po3]*... obseruent *E1, add. Po3,* Ordinata sint, quantum fieri poterit, tempora refectionis [refectionis 'tempora' *Po1*] quando cubitum sit eundem, quando ['quando... quando' *add. Po1,* refectionis et somni tempora et quando sit *1le.*] exurgendum, quem ordinem [que'm ordinem' *add. Po1,* quae *1le.*] omnes obseruent communiter *1le. Po3,* omnes *et* communiter *add. Po2,* generatim obseruent *1le.,* 'communiter' *add. et obl. Po2.* — 28 *Marg.* B *add. Po2, om. Po3,* Aa *1le., obl. Po3, 1le. Po1,* 'Y' *2le.,* 'Z' *add.;* ut plurimum *add. Po1,* communiter *1le.* — 29 tamen *add. Po2, om. Po3.* — 32 *Marg.* C *add. Po2, 3,* Aa *1le., add. Po. Po1,* 'Bb' *1le.;* iis *[seq. * E1] add. Po3,* his *1le.* — 33 corpori *add. Pol.* — 34 probetur *obl. et rest. Po1,* ostendatur, perspiciatur *marg. obl.* — 35 tamen *add. Po2;* 'quo' *add. Po1,* quod *1le.;* sustentetur et conseruetur *1le. Po1;* 'et' *add. Po1;* diuinum *add. Po2,* eius *1le.*

---

* Prima declaratio «Licet» est in cod., idque in utroque exemplo *Po2, 3,* in fine Declarationum capitis primi; at signum stellulae duobus locis appositum in exemplo *Po2* (non in *Po3*) indicat ponendam esse ut primam capitis secundi. Ibidem tamen est monitum Polanci «Este § se ponga en el 2° capítulo después *[1 v. obl.]* del 1° §». Re vera; § 1[a] est ibi declaratio «Quamvis» et post hanc declarationem est verbum «Licet»; qui quidem est ordo Declarationum, non litterarum correctarum, in Autographo hispano (f. 110v): prima «Aunque la orden», «Quamvis ordinem»; secunda «Aunque quien representa», «Licet qui exponit». Polancus ergo indicavit in cod. *Constit. Latinae,* f. 187v, ordinem Autographi. Aliquis tamen delevit illud *después,* ejusque loco scripsit *antes antes?,* notavitque stellula et calamo locum quem supra diximus, seu primum capitis secundi, ubi posita est iam in prima editione. Hinc etiam intelliguntur litterae tres marginis in *Po2:* prima fuit Z post Y, quae littera fuit in praecedente declaratione; secunda fuit B, cum Polancus locum secundum designavit in capite secundo; ultima est A quando primus locus illi assignatus est. Caeterum hunc ordinem ordo Constitutionum postulat.

demque conservetur, habita convenienti ratione personarum in Domino.

C. *In vestitu habenda est ratio eius finis, qui est ab iniuria frigoris et ab indecoro defendi. Caeterum convenit, ut,* [e] *qui probantur, vestitus ratione ad mortificationem et abnegationem sui, et ad mundum eiusque vanitatem sub pedibus conculcandam, iuventur. Et id quidem, quantum, considerata natura, consuetudo, officium et aliae personarum circumstantiae patientur.*

[e] *Exa.* c. 1 n. 13 et **F** et P. 1 c. 4 n. 4.

Cum Scholasticis approbatis et iis qui studiis vacant, videtur in iis quae ad vestitum attinent, magis quam cum iis qui probantur, ratio haberi posse decentiae exterioris et commoditatis, propter studiorum laborem, et quia Collegia reditus habent: quamvis superflua semper evitari oporteat. In particularibus vero, prout unicuique convenit, procedetur.

---

4. [f] Ut † non expedit tanto labore corporali quemquam onerari', ut spiritus obruatur et corpus detrimentum patiatur; ita aliqua corporalis exercitatio, quae utrumque iuvet, omnibus communiter convenit, etiam illis, qui mentalibus exercitiis debent insistere. Quae quidem externis interrumpi deberent, et non continuari nec sine mensura discretionis assumi. **D**

[f] P. 10 n. 10.

D. [g] *A prandio, praesertim in aestate, per unius vel duarum horarum spatium permitti non debent, quoad eius fieri poterit, corporis aut mentis graviora exercitia. Si quid vero necessitas postulabit, id, quanta poterit charitate, erit et metiendum et moderandum. Id autem temporis in aliis levioribus exercitiis occupari poterit.*

[g] P. 4 c. 4 n. 1.

---

36 que *add. Po3,* et laudem *1le.;* 'conseruetur' *add. Po1;* conuenienti *add. Po1,* quae conueniet *2le.,* ut par est *1le.* — 38 *Marg.* C *add. Po2, om. Po3,* Aa *add. Po1, 3,* Bb *1le. et Po2 (?).* — 38-40 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 38 habenda... finis *add. Po2, om. Po3.* — 39 indecoro *add. Po2, marg. Po1,* indecentia *1le.;* Caeterum *add. Po2, om. Po3,* In reliquis *1le.* — 38-40 vestitu, habita finis illius ratione, qui nimirum est... et ab indecentia [indecoro *marg.*] defendi; in reliquis conuenit... uestibus ratione [in uestibus *add. et obl.*] ad *Po1.* — 41 mundum sub pedibus cum suis vanis affectibus conculcandum *Po1, 2, 3, E1,* conculcandum *F1, Ro.* — 44 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 45 in his *Po1, 2, 3;* cum iis *add. Po2,* in his *1le.,* cum his *Po3.* — 46 haberi posse *add. Po2, om. Po3,* habenda *1le.* — 45-46 attinent, ratio magis 'quam in his qui probantur' *[6 vv. add.]* habenda *[seq.* est *obl.]* decentiae [decoris *marg.*] *Po1.* — 47 'et quia redditus habent' collegia *add. Po2, om. Po3.* — 48 Cum iis [iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.*] 'vero' *[1 v. add. Po1,* Et cum *1le.]* in quibus peculiaris erit ratio, prout *Po1, 2, 3, E1.* — 49 procedendum esse *1le. Po1.* — 50 *Marg.* D *add. Po2, 3,* Bb *1le., add. Po. Po1,* 'Cc' *1le.;* * tanto *E1;* quemquam *add. Po3.* — 51 corpus *add. Po2.* — 52 utrumque iuvet *add. Po3,* utrique conferat *1le.;* communiter *add. Po2, obl. Po1.* — 53 etiam illis *add. Po3,* et illis *1le.,* etiam illis *Po2;* exercitiis *add. Po1.* — 54 'quidem' *et* 'deberent' *add. Po1,* quae externis *[seq.* exer *imp. v.]* deberent interrumpi exercitiis *1le.* — 56 *Marg.* D *add. Po2, om. Po3,* Cc *1le.,* 'bb' *Po1 add.,* 'Cc' *1le.* — 58-59 Si [Et *1le.*] quid uero *[1 v. add.]*... postulabit *[seq.* id *obl.]* quanta id *[1 v. add.]* poterit... moderandum *add. Po2, 1le. ut Po1,* Et si quid necessitas... moderandum. In aliis vero leuioribus exercitiis id temporis occupari poterit. Sed *Po3.* — 57-62 poterit *[seq.* (habita ratione omnium necessitatum) *obl.]* (ad mensuram charitatis quae necessaria 'se offerunt' *[add. Po1,* occurrunt *1le.]* exigendo) corporis... grauiora *[1 v. add.,* uiolentiora *1le.]* exercitia, quamuis in aliis leuioribus id temporis possint occupari. Sed... recreatione oportebit *Po1.*

Sed nec extra huiusmodi horas labores nimium continuari, sine aliqua relaxatione vel convenienti recreatione, debebunt.

---

[h] P. 10 n. 10.

5. Corporis [h] castigatio immoderata esse non debet, nec indiscreta † in vigiliis', et abstinentiis, et aliis paenitentiis externis † ac laboribus', quae, et nocumentum afferre, et maiora bona impedire solent. [i] Ideo suo Confessario detegi ab unoquoque convenit quidquid in hac parte faciat: qui, si iudicat excedi mensuram, aut certe dubitat de excessu; illum ad Superiorem remittat. Haec autem omnia eo fiunt, ut clarius procedatur, et in animis corporibusque nostris DEO Domino nostro maior gloria deferatur [2].

E F

[i] *Sup.* c. 1 n. 12 et *Exa.* c. 1 n. 6 et P. 6 c. 3 n. 1.

C

[j] P. 4 c. 4 n. 1 et P. 6 c. 2 n. 16.

E. [j] *Tempus somno tribuendum, in genere loquendo, intra sextae et septimae horae spatium debere esse videtur; (nec sine indusiis dormiendum est, nisi necessitatis alicuius excusationem Superior admitteret); sed, quia, in tanta varietate personarum ac habitudinum, certa regula praescribi nequit; ut detrahatur vel addatur huic tempori, Praepositi prudentiae relinquetur, qui curabit, ut quisque, quod necessitas naturalis exigit, retineat.*

F. *Quamvis unusquisque paratus esse debeat ad quodvis officium assumendum, quod ei fuerit impositum; animadvertendum tamen erit, in illis, quae robustiores ac fortiores homines requirunt (qualia sunt officia sacristae, ianitoris atque infirmarii), ut ii homines, qui corporis habitudine iuxta officiorum rationem praediti sunt, quantum fieri potest, constituantur.*

---

62 debebit */sic/ add. Po2,* oportebit *Ile.* — 64 *Marg.* E *om. E3, add. Po2, 3,* Cc *Ile., add. Po. Po1,* 'Dd' *Ile.;* * vigiliis *E1;* in abstinentiis, vigiliis et aliis *Po1, 2, 3.* — 65 *Marg.* F *om. E3, add. Po2, 3,* Dd *Ile., add. Po. Po1,* 'ee' *et* 'Ee' *pr.* — 64-65 poenitentiis ac laboribus externis quae [qui *Po2*]... afferre ['externis... afferre' *add. Po1,* poenitentiis externis ac laboribus qui nocent *Ile.*] *Po1, 2, 3, E1.* — 65 impediunt *Ile. Po1.* — 67 quicquid *et* faciat *add. Po2,* quod... facere consueuit *Ile., 1 v. add. Po. Po1,* solet *Ile.;* 'iudicat... mensuram' *add. Po1,* iudicat *Ile.* — 68 excessu, superiori remittat *Ile. Po1,* illum ad superiorem *add. Po3,* ad cognitionem superioris *Ile.;* 'Haec autem' *add. Po1,* quae *Ile.* — 69 'eo' *add. Po1;* clarius *add. Po3,* maiori cum luce *Ile.* — 70 'maior... deferatur' *add. Po1,* Deus et Dominus noster magis glorificetur *Ile.* — 71 *Marg.* E *add. Po2, om. Po3,* Dd *Ile.,* 'Cc' *add. Po1,* 'Dd' *Ile.;* tribuendum *add. Po2,* deputandum *Ile.* — 71-77 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 71-72 sex ad septem horarum circumcirca deberc *E1,* loquendo a sex horarum ad */2 vv. add. Po2,* usque et *2Ie. et Po3,* usque ad *Ile.*/ septem produci possit */2 vv. add. Po2, om. Po3/* congruum esse */1 v. add. Po2, om. Po3/* uidetur *Po2.* — 74 tanta in uarictate *Po1, 2, 3.* — 75 ut *add. Po2, om. Po3,* detrahere vel addere *Ile.* — 71-77 somno deputandum [tribuendum *marg.*]... loquendo a [ad *pr.*] sex usque ad septem horas esse, congruum uidetur... dormiendum est [dormiendo *add. et obl.*]... 'superior' admitteret) [admitteret superior *Ile.*], sed... tanta in uarietate.. nequit, detrahere uel addere huic... naturalis */1 v. add./ Po1.* — 78 *Marg.* F *add. Po2, om. Po3,* Ee *Ile.,* 'dd' *add. Po1,* 'Ee' *Ile.* — 80-82 tamen */add. Po2, om. Po3/* erit ut */1 v. add. Po2, marg. Po1, om. E1, 2, 3,* quod *Ile. Po2/* in... ac */1 v. add. Po2, om. Po3,* et *Ile./* fortiores... qualia */1 v. add. Po2, om. Po3,* ut *Ile./* sunt... infirmarii */6 vv. add. Po2, Ile. ut Po1/* hi homines *Po2, 3.* — 81 Ianitoris *om. E1;* (ut cura sacristiae, portae ac infirmorum) [sacrarii, ianuae, aegrotorum *marg. Po1,* 'aegrotorum' *2Ie. Po2*] hi *Po1;* ut *om. Po1, 2, 3, E1, 2, 3.*

---

[2] Cf. *Chron.* II, 22 n. 40 de Stephano Capumsacho.

6. Sit aliquis domi, qui praesit in iis, quae ad corporis bonam valetudinem pertinent, tum conservandam in sanis, et quidem in iis praesertim, qui ex aetate vel aliis de causis sunt debiliores [3], tum restituendam in aegrotantibus, † cui debeant omnes, si male se habere extraordinarie senserint, id referre; ut de remedio, prout charitas exigit, convenienti provideatur'. G

G. *Cura habeatur aegrotorum magna [4]; quorum aegritudo simul atque infirmario indicata fuerit, si senserit ille rem esse alicuius momenti, Superiorem admoneat, et vocetur medicus, qui unus tantum ordinarie esse debet, si in casibus quibusdam Superiori aliud non videretur.* [k] *Observetur autem, tam in victus ratione, quam in medicinis, quod medicus praescripserit, quantum fieri poterit. Nec infirmus in his quidquam curet;* [l] *sed illud potius studeat, ut patientiam et obedientiam exerceat, relicta cura reliquorum omnium Superiori ac eius ministris, per quos a divina providentia regitur* [5].

[m] *Et quamvis nostrae vocationis sit diversa loca peragrare, et vitam agere in quavis mundi plaga, ubi maius* DEI *obsequium et animarum auxilium speratur; nihilominus tamen, si experimento comperiretur aliquis ferre non posse alicuius regionis caelum, et male habere continenter cerneretur, Superiori considerandum relin-*

[k] P. 6 c. 2 n. 16.

[l] *Sup.* c. 1 n. 17 et *Exa.* c. 4 n. 32.

[m] *Exa.* c. 4 n. 35 et P. 4 *Prooe.* A et P. 7 c. 1 n. 1 et c. 2, H.

---

84 *Praec.* Aliquem esse domi conueniet qui presit his que ad conseruationem [conseruationis *pr.*] sanitatis [sanitatem *pr.*] pertinent *[seq.* tam *obl.]* illis qui ualent et precipue cum debilioribus propter etatem uel alias causas, presit etiam in his que *obl. Po1;* praesit in iis, *add. Po3,* in his *1le.;* bonam *add. Po1.* — 85-86 et... debiliores *add. Po2,* praesertim per ['per' *add. Po1*] aetatem aut alias causas [aetate aut aliis causis *1le. Po1*] debilioribus *1le.* — 86 in iis *add. Po3,* his *1le.* — 87 aegrotantibus praesit *1le. Po3;* debent *[add. Po1,* teneantur *1le.] Po1, 3, E1;* omnes *add. Po2,* illi *1le.* — 88 extraordinarie *om. Po1, 2, 3, E1; marg.* G *add. Po2, 3,* ee *1le., add. Po. Po1,* 'Ff' *1le.;* * prout *E1.* — 89 prouideat *Po1, 2, add. Po1,* prospiciat *1le.* — 90 *Marg.* G *add. Po2, om. Po3,* Ff *1le.,* 'Ee' *add. Po1,* 'Ff' *1le.* — 91 infirmario *Cong4,* infirmorum praefecto *pr.* — 90-91 habeatur... magna *[3 vv. add. Po2,* cura 'aegrotorum' *2le. et Po3]...* atque praefecto infirmorum indicata *[1 v. add. Po2]* fuerit *Po2, 3,* cura infirmorum non mediocris habeatur, quorum... atque praefecto infirmorum manifestata [indicata *marg.*] fuerit *Po1, 1le. Po2.* — 93 ordinarie *om. E1, add. in Erratis,* tantum fere *[1 v. add. Po2]* esse *Po1, 2, 3,* 'fere' *add. Po1,* ordinarie, plurimum, in uniuersum loquendo *add. et obl., Po1.* — 1-2 in... studeat *add. Po2,* infirmus sibi aliud assumat *[3 vv. add., seq.* quam ut patientiam suam et obedientiam exerceat *obl.,* ad aliud se ingerat quam *1le.]* quam ut patientiam *Po1, 1le. Po2.* — 4-5 sit circumire *[1 v. add. Po2, marg. Po1,* discurrere *1le.]* et uitam agere *[2 vv. add. Po2,* habitare *1le.]* in *Po1, 2, 3, E1,* parte, regione *add. et obl. Po1.* — 6 speretur *Fl, Ro;* tamen *add. Po2, om. Po3.* — 7-12 comperiretur, aliquem... continenter cerneretur *[2 vv. add.,* perseueranter cernitur *1le.]*... num migrare... melius habens corpore *[3 vv. add.]...* possit *[seq.* melius habens corpore *obl.]...* ipsius *[1 v. add.,* vllius *1le.]* infirmi *[seq.* officium *obl.]...* curae *[seq.* repraesentata (declarata *marg.*) tantum aegritudine *obl.]* id *Po2.* — 7-9 *Po3 ut Po2.*

---

[3] Cf. t. I, monum. 38bis, p. 293, n. 131, locus excerptus ex Regula S. Benedicti, c. 37.

[4] S. BENEDICTUS, *Regula* c. 36.

[5] Anno 1555, 10 Febr., praecepit S. Ignatius, ut medicus de iis quibus indigerent aegroti, nominatim de aëre mutando, non cum ipsis aegrotis, sed cum infirmario separatim loqueretur, *Monum. Ignat.* ser. 4[a], I, 223, 369, 426-427.

quitur, num ille migrare alio debeat, ubi, melius habens corpore, impensius divino servitio vacare possit. Non erit tamen ipsius infirmi huiusmodi mutationem postulare, nec animi propensionem ad eam ostendere, sed Superioris curae id relinquetur.

---

7. In iis, quae pertinent ad rerum temporalium conservationem, praeter curam illam, quam omnibus charitas et ratio imponit, aequum erit alicui peculiariter demandari hoc munus, ut tamquam bona Domini nostri Iesu Christi propria ea curet. Ad alias etiam
H functiones necessarias, et eas praecipue, † quae honestius domi
[n] P. 1 c. 2 n. 2 et A et P. 4 c. 3 n. 2 et c. 10 n. 6. quam foris fiunt', curandum est, ut [n] officialium necessarius numerus constituatur. Et expedit, ut huiusmodi officia Coadiutores temporales, si ea ignorent, addiscant, omnia ad maiorem gloriam Dei Creatoris et Domini nostri semper dirigendo [6].

H. *Officiales in iis, quae domi honestius quam foris fiunt, intelliguntur lotor pannorum lineorum, tonsor et huiusmodi: quos esse domi, si fieri posset, expediret.*

9-12 num migrare..., vbi impensius diuino seruitio vacare possit melius habens corpore. Non... infirmi officium huiusmodi... curae id, declarata tantum aegritudine relinquatur *Po3.* — 7-12 aliquem ferre... regionis [uel loci *add. et obl.*] celum [qualitatem *add. et obl.*] et male ...perseueranter [continenter *marg.*] cernitur [et... cernitur *add. Po1,* et langnor corporis in ea perseuerat *Ile.*] superiori... nun migrare... impensius.., possit [impensius... possit *add. Po1,* melius diuino seruitio se possit impendere *Ile.*]. Non... tamen ullius infirmi officium huiusmodi... curae repraesentata [declarata *marg.*] tantum aegritudine id relinquetur *Po1.* — 13 iis *add. Po3,* his *Ile.;* 'temporalium' *add. Po1,* temporalem *2Ie.,* externarum *Ile.* — 15 peculiarIter *om. Po1, 2, E1;* munus *add. Po3,* muneris *Ile.;* ut earum curam gerat *Ile. Po1.* — 16 Christi Domini nostri *Po1;* ea *add. Po1.* — 17 necessarias *om. Po1, 2, 3, E1.* — 18-19 'vt... constituatur' *add. Po1,* officialium sufficientem numerum constitui *Ile.* — 19 *Marg.* H *add. Po2, 3,* Ff *Ile., add. Po. Po1,* 'Gg' *Ile.* — 19-20 Et huiusmodi *[seq. * E1]*... coadiutores in rebus externis... ignorant *Po1, 2, 3, E1,* 'Et *[seq.* 'ea' *obl.]* huiusmodi' *add. Po1,* quae quidem *Ile.,* ignorant *E2b.* — 22 *Marg.* H *add. Po2, om. Po3,* Gg *Ile.,* 'ff' *add. Po1,* 'Gg' *Ile.;* in iis *add. Po2, om. Po3,* ab ea *Ile.*

---

[6] De officiis quibusdam temporalibus cf. t. I, monum. 28, p. 194 n. 29, p. 195 n. 30.

QUARTA PARS.

DE IIS, QUI IN SOCIETATE RETINENTUR, INSTRUENDIS IN LITTERIS ET ALIIS, QUAE AD PROXIMOS IUVANDOS CONFERUNT.

PROOEMIUM.

1. Cum [a] scopus, ad quem Societas recta tendit, sit suas ac proximorum animas ad finem ultimum consequendum, ad quem creatae fuerunt, iuvare; cumque ad id, praeter vitae exemplum, doctrina et modus eam proponendi sint necessaria; postquam in iis, qui admissi sunt ad probationem, iactum esse videbitur abnegationis propriae et profectus in virtutibus necessarii conveniens fundamentum, de litterarum aedificio et modo eis utendi agendum erit [1], quo iuvare possint ad magis cognoscendum magisque serviendum Deo Creatori ac Domino nostro. † Ad hoc [b] Collegia [2], et aliquando etiam Universitates vel Studia Generalia Societas amplectitur': in quibus, qui bonum sui specimen in Domibus, dum probarentur, praebuerunt, nec tamen doctrina ad nostrum Institutum necessaria

[a] *Inf.* c. 5 n. 1 et c. 6 n. 1 et c. 12 n. 1 et *Exa.* c. 1 n. 2 et P. 1 c. 2 n. 8 et P. 3 c. 1 n. 9 et P. 7 c. 1 n. 1 et P. 10 n. 2.

A

[b] *Inf.* c. 3 n. 1 et c. 11 n. 1 et P. 3 c. 1 n. 27 et P. 10 n. 4. C. 2 d. 9.

2-4 *Verba* 'qui... retinentur' *et* 'quae' *et* 'conferunt' *add. Po1*, De iis instruendis... aliis ad... iuuandos mediis, qui in Societate retinentur *1le.* — 5 *Seq.* quartae partis *obl. Po3.* — 6 *Pro* recta tendit *est* collimat *add. et obl. Po1.* — 9 iis *add. Po3* his *1le.* — 9-10 'his qui admissi' ['ingressi' *pr.*]... probationem' *add. Po1*, his *1le.* — 11 propriae *add. Po3*, sui ipsorum *1le.;* in *add. Po1*, qui *1le.;* uirtutibus quae *1le. imp. Po1;* necessarii bonum fundamentum *Po1, 2, 3, E1*, 'bonum' *add. Po1*, debitum, 'conueniens' *add. et obl.* fundamentum agendum erit *1le.* — 12 'modo eis' *add. Po1*, earum utendi modo *1le.;* 'agendum erit' *add. Po1.* — 13-14 iuvare *add. Po3*, quo ad magis *Po1*, possint *add. Po2*, ad maiorem cognitionem maiusque obsequium Dei Creatoris ac Domini nostri *Po3*, ad magis cognoscendum magisque seruiendum Deo Creatori ac Domino nostro iuuare *Po2, 1le. Po3*, iuuare possint *Po1.* — 14 Deo ac *1le. Po1;* * et *E1.* — 16-17 domibus probationum [probationis *pr. Po1*] praebuerunt *Po1, 2, 3, E1.* — 17 tamen in *1le., Po1.*

[1] Cf. t. I, monum. 10 et 10bis initio, p. 49. Ex hoc prooemio aliquid manasse videtur in *Constitutiones Scholarum Piarum*, parte 2, c. 10, n. 1; aiunt enim: «1. Cum finis, ad quem nostra Congregatio per exercitia Scholarum Piarum intendit, ut supra diximus, sit puerorum eruditio tum circa christianam pietatem, tum etiam circa humanas litteras, ut sic edocti vitam consequi possint aeternam; ad eum finem consequendum praeter vitae spiritualis exemplum, doctrinam et modum eam tradendi, necessaria esse duximus. Et postquam in his, qui ad professionem admissi sunt, apparebit in veris virtutibus nonnihil profecisse, de fundamento litterarum, et modo eas proponendi cogitandum erit».

[2] Collegia haec inventa sunt a Lainio. Cf. t. II *Proleg.*, c. 6, a. 3, § 1, p. CXLI. De his collegiis agit Paulus III in bulla «Regimini militantis Ecclesiae» 27 Septembris 1540, et uberius Julius III in bulla «Exposcit debitum» 21 Julii 1550, t. I, monum. 7 et 39, p. 29 n. [6], p. 379 n, [5].

satis instructi accesserunt; in ea et in aliis rebus, quae ad iuvandas animas conferunt, instruantur. Prius ergo de iis, quae ad Collegia, deinde de iis, quae ad Studia Generalia pertinent, dicetur cum eo favore, quem divina sapientia, ad maiorem gloriam laudemque suam, nobis dare dignabitur.

Declaratio in prooemium quartae partis.

A. *Cum scopus ac finis, ad quem tendit haec Societas, sit,*

[c] *Exa.* c. 4 n. 35 et P. 3 c. 2, **G** et P. 7 c. 1 n. 1 et **A** et c. 2, **H**.

[c] *varias mundi partes, ex obedientia summi Vicarii Christi Domini nostri, vel Superioris eiusdem Societatis, peragrando, verbum Dei praedicare, confessiones audire, et reliquis quibuscumque poterit mediis uti, divina gratia aspirante, ad animas iuvandas; necessa-*

[d] P. 1 c. 1 n. 3 et P. 8 c. 1 n. 2 et **B** et P. 10 n. 7. C. 1 d. 25.

rium esse, vel in primis rationi consentaneum visum est, [d] *ut, qui in eam sunt ingressuri, viri sint vitae probitate et litterarum eruditione ad id officium idonei. Et quia boni simul et eruditi pauci inveniuntur, si cum aliis comparentur, et ex paucis maior pars iam a susceptis laboribus vellet conquiescere; perdifficile fore deprehendimus huiusmodi hominibus, qui boni simul ac litterati essent, hanc Societatem augeri posse, tum propter magnos labores, quos eius Institutum exigit, tum propter magnam sui ipsorum abnegationem. Ideo nobis omnibus, qui conservationem et incrementum eius, ad maiorem laudem et obsequium Dei ac Domini nostri, cupiebamus, alia via tenenda esse visa est; admittendi nimirum iuvenes, qui*

[e] *Inf.* c. 3 n. 2 et P. 1 c. 3 n. 13 et P. 5 c. 2 n. 5.

bonorum morum et [e] *ingeniorum indole spem facerent, quod in probos simul ac doctos viros, ad colendam Christi Domini nostri vineam,*

---

18 in ea instruentur et aliis in mediis *1le. Po1;* aliis in rebus *1le. Po3.* — 19 'instruantur' *add. Po1.* — 19-20 Primum *1le. Po1,* collegia deinde *1le. Po1,* collegia pertinent *2le. obl.;* 'pertinent' *add. Po1.* — 20-22 'eo'... 'quem' *[2 vv. add. Po1[* diuina et aeterna sapientia [diuinae et aeternae sapientiae quae *1le. Po1]* ad... laudemque [que *add. Po3,* et laudem *1le.]* suam nobis *[1 v. add. Po. Po1[Po1, 2, 3.* — 23 Declarationes in quartam partem *[4 vv. add. Po2,* Declaratio in proemium *1le.]* In prooemium *[seq.* quartae partis *bis script. bis obl.[Po2, E1;* Declaratio in proemium quartae partis *Po1, 3.* — 24 'haec' *add. Po2, om. Po3.* — 25 per uarias *1le. Po2;* partes discur, *imp. v., 1le. Po1.* — 26 'peragrando' *add. Po2, marg. Po1,* discurrendo *1le.* — 27-31 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 27-28 'quibuscumque... mediis' *add. Po2, om. Po3, seq.* quibus *obl.* — 28 'ad' *add. Po2, om. Po3.* — 29 ut *add. Po2, om. Po3.* — 30 eam *[seq.* ad... formatos, *ut Po1, obl. Po2, non obl. Po3];* sint *add. Po2, om. Po3;* probitate *add. Po2, om. Po3.* — 31 idonei *add. Po2, om. Po3.* — 27-31 reliquis modis [mediis *1le.]* 'uti' quibus diuina gratia aspirante 'animae sunt adiunandae' [ad iuuandas animas uti poterit *1le.]* necessarium [pernecessarium *1le.]* esse... 'rationi' consentaneum [conueniens *add. et obl.]*... est, qui in eam ad professionem et in coadiutores spirituales formatos sunt ingressuri *[1. v. add.,* admittendi *1le.[* viros esse uitae exemplo et litterarum... idoneos *[1 v. add.,* sufficientes *1le.[Po1.* — 28-31 videri necessum vel... consentaneum, eos qui in Societatem ingressuri sunt viros esse etc. *Congl.* — 33 a *add. Po2, om. Po3;* nellet *add. Po2, om. Po3,* nellent *1le.;* susceptis *add. Po1,* praeteritis *2le.,* ab exactis *1le.* — 34 hominibus *add. Po2, om. Po3,* 'qui' boni [bonis *ms., imp. correctione]* *et* litterati 'essent' *add. Po1,* jam bonis et litteratis *1le.* — 35-36 quos... exigit *add. Po2, obl. Po1, om. Po3.* — 36 abnegationem, quam eius institutum exigit *[4 vv. add. Po. Po1[Po1, 3, 1le. Po2.* — 39 alia via *et* tenenda *et* visa *add. Po2, om. Po3,* aliam uiam esse tenendam uisum est *1le.* — 40 bonorum *add. Po1.* — 41 'colendam' *add. Po1,* exercendam *1le.;* Christi ac *1le. Po1.*

essent evasuri: [f] *admittendi etiam Collegia cum iis conditionibus, quae in litteris apostolicis continentur, sive in Universitatibus, sive extra illas fuerint: et quidem, si in Universitatibus, sive illae Societatis curae commissae sint, sive non. Hac enim ratione nobis in Domino persuademus, ad maius* [g] *divinae maiestatis obsequium fore, si et numero augeantur, et in litteris ac virtutibus progressum faciant ii, qui eidem obsequio se totos impendunt. Primo ergo, de iis quae ad Collegia pertinent; deinde, de iis, quae ad Universitates, agetur. Et, quod ad Collegia, primo loco, de iis quae ad fundatores; secundo, de iis quae ad Collegia iam fundata, quoad materialia vel temporalia bona eorum, pertinent; tertio, de Scholasticis, qui in eisdem studiis vacant, admittendis, conservandis, litteris et aliis mediis ad proximum iuvandum promovendis, et a studiis educendis; quarto, de iis quae ad gubernationem eorum pertinent*[3].

[f] *Inf.* c. 2 n. 1 et c. 11 n. 1 et 2 et P. 9 c. 3 n. 17.

[g] C. 1 d. 58.

De memoria habenda fundatorum et bene de Collegiis meritorum. Cap. I.

1. Quoniam valde aequum est, ut, (quod in nobis erit) illorum devotioni ac beneficentiae correspondeamus, quibus divina bonitas ad fundationem ac dotationem Collegiorum utitur administris[1]; primum, in quovis nostrae Societatis Collegio, perpetuo, singulis hebdomadibus, [a] Missa semel pro eius fundatore et benefactoribus vivis et mortuis celebretur.

[a] C. 27 d. 215.

42-44 Admittenda... cum iis *[1 v. add. Po2, om. Po3,* his *1le.]*... fuerint, uisum est *[2 vv. add. Po. Po1] Po1, 2, 3.* — 44-45 'et... commissae sint ['sint commissae' *1le.*] siue non' *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1,* 'idque tam cum' [et quidem si in uniuersitatibus fuerint, tam per Societatem, ille siue etiam *1le. et 2le. (?) imp.*] uniuersitates in quibus illae sunt curae Societatis 'commissae, quam cum non commissae sunt' [sunt commissae siue non *1le.*] *Po1.* — 46 'maius' *add. Po2. om. Po3.* — 47 'si... augeantur' *add. Po1,* multiplicatis numero *1le.* — 48 ii *add. Po2, om. Po3,* hi *1le.;* faci'a'nt hi *add. Po1,* facientibus his *1le.;* 'totos' *add. Po1.* — 49 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.*, *sic quater infra;* vniuersitatem *Po3, 1le. Po2.* — 50 quod ad *add. Po2,* circa *1le.,* quod ad collegia *marg. Po1.* — 54 mediis *add. Po2, om. Po3,* modis *1le.;* ad studia adducendis *1le. Po2,* a studiis educendis *Po1, 3.*

3 *Om.* 1 *E2, 3.* — 3-4 Quoniam id maxime rationi consentaneum uidetur ut quantum in nobis situm sit [est *pr. Po3*] eorum a nobis pietati ac beneficentiae satisfiat *[seq.* qui sunt rerum nostrarum curatores *obl. Po1]* quibus *Po1, 2, 3, E1.* — 4-5 utitur diuina bonitas administris ad fundationem collegiorum ac dotationem *Po1, 2, 3;* quibus... dotationem *add. Po2*, quos [quosque *pr. Po1*] constat Dei benignitate atque consilio *[seq.* uel *obl. Po1]* ad aedificanda collegia et ['et' *add. Po1,* uel haec ipsa *1le.*] annuis fructibus dotanda delectos *1le.* — 6-8 primum [Statuimus primum vt *1le. Po1*] in quouis ['quouis' *add. Po1*, 'singulis' *2le.*, omnibus *1le.*]... collegio [collegiis *1le. Po1*]... semel celebretur pro eius ['eius' *add. Po1*] fundatore [fundatoribus *1le. Po1*] et benefactoribus *[seq.* ipsis *obl. Po1] Po1, 2, 3.* — 7 hebdomadis *Po1.*

[3] Notabis, in hoc compendio quartae partis, non contineri caput septimum, de scholis collegiorum, quippe quod caeteris jam scriptis interpositum est; v. t. II *Proleg.*, c. 3, a. 8, § 3, p. LXVII.

[1] Vide in *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IV, 5, qua ratione collegia primis Societatis temporibus inciperentur.

2. Initio item cuiusque mensis, omnes Sacerdotes, qui in Collegio fuerint, pro eisdem semel offerre idem Sacrificium perpetuo debeant. Singulis insuper annis, eo die, quo Collegii cuiusque
A possessio Societati tradita est, † cum [b] solemnitate Missa pro fun-
[b] P. 6 c. 3, B. datore et benefactoribus celebretur'; et id temporis in eodem Collegio, quicumque Sacerdotes adfuerint, eodem sua referent Sacrificia.

In Caput primum quartae partis.
De memoria habenda fundatorum.

A. *Solemnitas eo modo intelligatur, qui Societati sit usitatus, et in eo loco ubi Missa celebratur.*

B 3. Eodem die candela cerea [c] fundatori offeratur, † aut uni
[c] C. 5 d. 11. ex suis, qui ipsi sit cognatione proxime coniunctus', aut illi demum, quem ipse fundator designaverit: in qua candela armorum fun-
C datoris, aut devotionis insignia exstent. † Illa vero testabitur Societas, quam fundatori in Domino debet, gratitudinem'.

B. *Si in loco, ubi huiusmodi Collegium institutum est, temporis successu non esset aliquis de posteritate fundatoris; mitti candela poterit alio, ubi ex eius progenie aliquis inveniretur, vel in altari constitui poterit, ubi divinum Sacrificium celebratur, nomine et loco fundatoris huiusmodi.*

C. *Per huiusmodi candelam significatio fit gratitudinis erga*
[d] C. 1 d. 112. *fundatores tenendae, non iuris [d] patronatus, vel actionis ullius, quae illis aut eorum successoribus ad Collegium vel eius bona temporalia competat: nihil enim tale erit.*

---

9 *Om.* 2 *E2, 3;* In initio *Ile. Po1;* item *add. Po3.* — 9-10 'omnes' *[add. Po1,* cuiusuis collegii *2le.,* collegiorum nostrorum *1le.]* sacerdotes 'qui in eo *[1 v. obl. Po3]* collegio fuerint' *[5 vv. add. Po1]* pro eisdem *[1 v. add. Po2,* eorumdem salute *1le.] Po1, 2, 3.* — 10-11 'semel... sacrificium debent' *[5 vv. add. Po1,* semel celebrare debent *marg. obl.,* ad sacrum unum faciendum teneantur *1le.] Po1,* perpetuo debent *[1 v. odd. Po3,* debent perpetuo *1le.] Po2, 3.* — 11 debent *E1.* — 12 Societatis *1le. Po1; marg.* A *add. Po2, 3,* 'B' *Po1, 1le. Po3 (?), 2;* missa celebretur *Po2, 3.* — 12-13 cum... benefactoribus *add. Po2,* solenne sacrum fiat in gratiam fundatoris et benefactorum *1le.* — 13 eodem tempore *1le. Po3,* id temporis *Po1, 2, 3.* — 15-16 In... l *[3 vv. add. Po2, om. Po3, 1lc. ut Po1],* De... fundatorum et *[seq.* cacte, *imp. v. obl.]* benc de collegiis meritorum *[5 vv. add. Po2, om. Po3] Po2, E1,* In primum caput... fundatorum etc. *Po1,* etc. *om. Po3.* — 17 *Marg.* A *add. Po2,* B *1le.* *. — 18 eo in loco *Po1.* — 19 offcratur *add. Po3,* offeretur *1le.* — 20 ex iis *Po2, 3,* uni ex iis *add. Po2,* ei *1le.; marg.* B *add. Po2, 3,* C *1le.;* * cognatione *E1;* cognatione aut necessitudine *1le. Po2.* — 21-23 armorum... fundatori *add. Po2,* erunt insignia fundatoris aut *[seq.* signum *obl. Po1]* quodcunque aliud signum, quo *[2 vv. add. Po. Po1,* pro *pr.]* suam ille deuotionem testari uelit, et nos eam, quam ipsi *1le.* — 22 *Marg.* C *add. Po2,* D *1le.* — 23 * quam *E1;* debet *add. Po3,* debemus *1le.* — 24 *Marg.* B *add. Po2,* C *1le.* — 25 'posteritate' *add. Po2, om. Po3,* stirpe *1le.* — 26 'progenie' *add. Po2, om. Po3,* sanguine *1le.;* aliquis habit, *imp. v.* habitaret, *1le. Po1.* — 27 diuinum... celebratur *add. Po2,* res diuina fit *1le.* — 29 *Marg.* C *add. Po2,* D *1le.* — 30 'iuris' *add. Po1,* ius *1le.;* actio'nis' ull'ius' *Po1,* actio ulla *1le.* — 32 nihil *add. Po1,* nulla *1le.*

---

* Hic et in sequentibus prima lectio litterarum marginis *(1le.)* in *Po2,* est unica in *Po3;* ctiam in *Po1* nisi aliud notetur.

4. Cum primum Societas in Collegii alicuius possessionem venerit, Praepositus Generalis curet indici per universam Societatem, ut quilibet Sacerdos ter Sacrum faciat pro superstite [e] fundatore ipsius Collegii ac benefactoribus, ut illos sua benignitate Dominus in rebus omnibus dirigat, et suis donis semper augeat. Rursus, † cum ex hac vita illi excesserint', curabit idem Praepositus Generalis, ubi primum resciverit, ut per totam Societatem singuli Sacerdotes ter Sacrum pro animabus illorum faciant. Quoties autem dictum est Missas esse a Sacerdotibus celebrandas, caeteri omnes qui in Collegiis degunt ac Sacerdotes non sunt, ad eamdem illam intentionem orare debent: quandoquidem eiusdem gratitudinis nomine utrique obligantur in Domino.

[e] *De fundatore Domus Professae, Vid.* C. 3 d. 41. C. 6 d. 20.

D

D. *In Communitatibus vel Rebus publicis, quae non moriuntur, dicentur huiusmodi Missae pro earum defunctis; et pro illis praesertim, qui de nobis melius meriti sunt in Domino.*

---

5. Fundatores praeterea ac benefactores Collegiorum participes peculiariter efficiuntur omnium bonorum operum, quae, tum in ipsis Collegiis, tum in reliqua Societate, Dei gratia fiunt [2].

6. † In universum autem, tum [f] fundatoribus' tum etiam ipsorum necessariis, et quoad vivunt et postquam obierint, peculia-

E

[f] *De exequiis et sepultura, Vid.* C. 1 d. 120, 121. C. 4 d. 61.

---

33 Quam primum *Po1, 2, 3.* — 34-37 curet... pro superstite fundatore *[2 vv. add.,* fundatore *1le.]*... benefactoribus *[1 v. bis add., semel obl.],* ut [quo *pr.*]... et suis *Po3,* curet... sacerdos *[add. Po2,* iubebit significari omnibus sacerdotibus ipsius Societatis ubique gentium existentibus ut *1le.*] ter... faciat [faciant *1le.*] pro fundatore ipsius collegii viuente et benefactoribus, quo illos... dirigat [quo... dirigat *add.,* precando Dominum, ut in optima illos mente confirmet *1le.*] et suis *Po2;* iubebit... ter 'sacrum faciant pro fundatore, [celebrent pro erectore *1le.*] ipsius collegii 'vivente et benefactoribus' precando... confirmet, et suis *Po1.* — 38 *Marg.* D *add. Po2,* E *1le.* — 40 *Marg.* E *E1, add. Po2, 3,* F *1le.;* * Quoties *E1.* — 38-44 illi vita [vita illi *Po3*]... idem curabit... Quoties [Quotiens *1le. Po3.* Quoties *Po2*]... missas esse *[seq.* celebrandas *obl. Po2]*... quandoquidem eiusdem *[1 v. add. Po3,* eodem *1le.]*... Domino *Po3, add. Po2,* ille [illi *pr. Po1*] uita excesserit, praepositus curabit etiam hoc ad omnia collegia perferri, et pro illius aeterna *[1 v. add. Po. Po1]* salute ter itidem sacrum faciant uniuersi. Eodem charitatis officio omnes, qui in collegiis uiuunt, *[4 vv. add. Po. Po1]* se obligari intelligant qui non sunt sacerdotes; eodem enim suas ipsi preces *[seq.* 'totiens Deo oblatas' *add. et obl. Po1]* referre *[seq.* tenentur *obl. Po1]* quo sacerdotes sacrificia sua, et quidem toties quoties illi tenentur *[6 vv. add. Po. Po1, ubi* 'totiens quotiens' *pr.]* pari enim iure utrique obligantur, ut gratam meritorum recordationem in Domino testentur *1le.* — 44 obligentur *Fl, Ro.* — 45 *Marg.* D *add. Po2,* E *1le.* — 47 meriti sint in Domino *[2 vv. add. Po2, om. Po3,* sunt *1le.] Po2,* meriti sint *Po3;* qui... sunt *add. Po1,* quibus amplius in Domino debemus *1le.* — 48 ac benefactores *add. Po3,* collegiorum et qui benefici in ea sunt, efficiuntur bonorum omnium *1le.* — 49 peculiariter *om. E1.* — 50 reliqua tota *Po2, 1le. Po3.* — 51 *Marg. nulla litt. Po1, 2, 3, E1.* — 51-55 *1le. Po3 ut Po2 infra.* — 51 etiam ipsorum *add. Po3.* — 52-53 peculiariter... esse *et* cognoscat *add. Po3.* — 51-55 tum... tum etiam suis necessariis... obierint devinctam sese agnoscat Societas ex charitate ut... professionem possit ad diuinam gloriam *add. Po2,* Societas nostra semper agnoscet, hanc sibi legem et obligationem ab ipsa charitate erga fundatores collegiorum et quoscunque alios, qui cum ipsis coniuncti sunt, esse impositam, ut nullum iis, siue uiuentibus siue mortuis, ab ipsa officium et obsequium desit, quo [quod *Po1*] iuxta rationem professionis ipsius expectari ab ea in gloriam Domini possit *1le.*

---

[2] Cf. t. I, monum. 10bis p. 64 n. 26, et monum. 28bis, p. 203 n. 23.

riter sese devinctam esse Societas ex charitate cognoscat; ut omni officio illos prosequatur, quod a nobis praestari, iuxta minimam hanc nostram professionem, ad divinam gloriam possit.

E. *Quod dictum est, observari omnino conveniet erga eos, qui* [g] *completa Collegia facient.* [g] *Cum iis autem, qui aliquod dumtaxat principium dederint, ea pars eorum, quae diximus, praestabitur, quam Praepositus Generalis praestandam in Domino iudicaverit.*

[g] C. 27 d. 215 § 3.

De iis, quae ad res temporales Collegiorum pertinent. Cap. II.

1. Ad [a] collegia quae libere Societati offeruntur, ut iuxta suas Constitutiones omnino eis utatur, admittenda, Praepositus [b] Generalis nomine totius Societatis plenam potestatem habebit.

2. Si fundator [c] aliquas conditiones exigeret, ordini ac modo procedendi Societati consueto non omnino consentaneas; eidem Praeposito Generali, (auditis sententiis aliorum, [d] quos ipse de huiusmodi rebus melius iudicare censebit) considerandum relinquatur, an, [e] omnibus perpensis, utile sit futurum Societati, ad finem divini servitii quem sibi praefixit, huiusmodi Collegium admittere, necne. [f] Sed, si temporis decursu se gravari eo onere animadvertet Societas, poterit ipsa in Congregatione Generali id proponere et statuere, ut relinquatur Collegium huiusmodi, vel prospicere ut onus temperetur, vel certe ut ad onus id ferendum vires maiores praebeantur. Hoc tamen dictum sit, si, ante Congregationem huiusmodi, Praepositus Generalis huic incommodo, prout in Domino convenit, non occurrerit.

[a] *Sup. Pro.* **A** et P. 9 c. 3 n. 17.
[b] C. 2 d. 8. C. 3 d. 20.
[c] *Inf.* c. 11 n. 2 et **A** et P. 9 c. 3 n. 17.
[d] *Inf.* c. 11 n. 2.
[e] C. 2 d. 71. C. 3 d. 43.
[f] P. 9 c. 3 n. 17.

---

55 possit *add. Po3.* — 56 *Marg.* E *add. Po2,* F *1le.* — 56-57 'erga eos' *et* completa *add. Po1, pro* erga cos *nihil, pro* completa *aliquid erat quod legi nequit* — 57 collegia et quidem reddítibus dotata facient *Po3, 1le. Po2;* faciant *1le. Po1;* iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.;* 'autem' *add. Po1,* Et cum his *1le.* — 58 'diximus' *add. Po1,* dicta sunt *1le.*

1 De iis [his *1le. Po3*] quae ad admittenda et relinquenda collegia et eorum *[6 vv. add. Po. Po1,* ad edificia et *(2 vv. add.)* res temporales collegiorum *1le.]* res temporales pertinent *Po1, 2, 3, E1.* — 2 'vt' *add. Po1.* — 3 'eis' *add. Po1,* eis omnino *1le.* — 4 habebit *add. Po3,* habebit potestatem *1le.;* potestatem *add. Po1,* auctoritatem *1le.* — 5 conditiones aliquas *Po1, 2.* — 6 consueto minime consentaneas *[1 v. add. Po1,* conformes *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 7 aliorum sententiis *Po1, 2, 3.* — 8 rebus *add. Po2;* melius... censebit *add. Po3,* sentire *[seq. in Po1* id *obl.]* iudicabit *1le. [desideratur* melius *quod est in Po1, 2];* 'relinquatur' *obl. et rest. Po1.* — 9 expensis *1le. Po1;* 'sit futurum' *add. Po1,* fore *1le.* — 11 necne 'relinquatur' *1 v. add. et obl. Po1;* admittere an non *1le. Po2;* discursu *1le. Po2.* — 11-12 se... Societas *add. Po3,* se... oncre Societas animaduertit *Po2, omissum in Po3.* — 12 ipsa *add. Po2;* in *[seq.* generali *obl. Po2]* congregatione id *Po1, 2, 3.* — 13-14 statuere 'vt' uel [uel ut *1le.*] relinquatur... huiusmodi vel onere alleuetur uel ad id ferendum uires *Po1;* statuere ut *[seq.* uel *obl.]* relinquatur collegium huiusmodi uel prospicere ut onere leuetur uel certe ad onus ferendum ut [prospicere... ut *add.,* onere alleuetur, uel ad id ferendum *1le.*] uires *Po2;* statuere ut... prospicere [ut o]nus tem[per]etur *[consuta charta, 3 vv. add.,* ut onere leuetur *1le.]* vel certe ut *[1 v. add.]* ad onus ferendum *[seq.* ut *obl.]* uires *Po3.* — 15 Hoc... sit [est *(?) pr.*] *add. Po1,* Si tamen *1le.; alterum* si *add. Po2.* — 16-17 'non occurrerit' *add. Po1,* incommodo non prouiderit *2le.,* non occurrerit *1le.*

3. [g] Ad relinquenda vel alienanda Collegia aut Domos iam admissas † Praepositus Generalis, simul cum ipsa Societate, potestatem habebit'. Cum enim id sit, perinde ac si membrum ab eius corpore praescinderetur, et res alioqui perpetua et maioris momenti sit; cum ea universa communicari melius est. **A**

[g] *Inf.* c. 10 n. 2 et c. 11 n. 2 et P. 8 c. 2 n. 2 et P. 9 c. 3 n. 5, 17 et 18. C. 27 d. 281.

In Caput II. De iis, quae ad Collegiorum res temporales pertinent.

A. [h] *Praepositus Generalis, simul cum Societate, num admissa iam Collegia vel Domus relinqui debeant, an retineri, statuat. Id tamen in Congregatione generali fieri posset; et etiam sine illa, missis nimirum suffragiis* [i] *ab iis, qui ius habent suffragii. Et tunc* [j] *non potest Societas, nec eius Generalis, quod sic relinquitur vel eius partem ullis extra Societatem hominibus donare. Sed, si ipsa curam quam habebat reliquerit, poterunt, qui alias hanc auctoritatem sibi in fundatione reservaverint, pro sua devotione ad aliud opus applicare id, quod sic relictum fuerit. Si vero huiusmodi non intercesserit reservatio, poterit procedere Societas iuxta suum Institutum, prout ad Dei gloriam magis convenire iudicabit.*

[h] C. 27 d. 281.

[i] C. 4 d. 23, 27.

[j] C. 1 d. 26.

---

4. In [k] Collegiis Societatis † nec [l] curae animarum [l], nec [m] obligationes ad Missas celebrandas, neque aliae huiusmodi admittantur', quae a studiis distrahere admodum, et ea, quae in illis ad divinum obsequium quaeruntur, impedire solent; quemadmodum neque in Domibus aliis vel ecclesiis Societatis professae, quae, quoad eius fieri potest, expedita ad Sedis Apostolicae missiones obeundas, aliaque opera ad Dei obsequium et animarum auxilium esse debet. **B**

[k] P. 6 c. 3 n. 5, et 6 et **C.**

[l] C. 2 d. 59. C. 27 d. 233 § 1.

[m] C. 1 d. 134.

B. *De non admittendis* [n] *obligationibus, etc. sic intelligitur, quod Missarum obligationes, vel huiusmodi, quae assignato reditui*

[n] C. 27 d. 233 § 1.

---

18 *Om.* 3 *E3;* aut *add. Po3,* et *Ile.* — 19 *Marg.* A *add. Pc2,* G *Ile.;* 'ipsa' *add. Po1;* 'potestatem' *add. Po1,* auctoritatem *Ile.* — 20 habeat *Ile. Po1.* — 22 melius est *add. Po3,* satius *2Ie.,* par est *Ile.* — 23 De iis quae ad *[4 vv. add. Po2, om. Po3]* collegia et eorum res *Po2, E1, Ile. Po2 ut Po1,* De *[seq.* collegiis *obl.]* his que ad admittenda et relinquenda collegia et eorum res *Po1.* — 24 *Marg.* A *add. Po2,* G *Ile.* — 27 'missis... ab' iis ['his' *pr.*], 5 *vv. add. Po2, om. Po3,* si suffragia sua mittant, qui ius habent suffragii *[1 v. add. Po2,* suffragandi *pr.] Ile.* — 30-34 'alias... pro ['iuxta' *pr.*]... deuotione *[seq.* 'poterunt' *obl.]*... Societas, prout ad... iudicabit' *add. Po2, sic E1, om. Po3, Ile. ut Po1 infra.* — 30-32 qui aliunde *[seq.* eam *add. et obl. Po2, non obl. Po3]* 'potestatem' *[1 v. add. Po1,* authoritatem *Ile.]* habebunt, alicui pio operi, quod sic relictum fuerit applicare *Po1, Congl* — 32-34 Si... iudicabit *om. Po1, 3* *. — 35 *Primum* nec *add. Po1; marg.* B *add. Po2,* H *Ile.;* animarum * nec *E1;* obligatio *Ile. Po1.* — 36-37 neque... ea *add. Po2,* nec alia huiusmodi quae studiorum quietem [a studiorum quiete *pr. Po1*] perturbare et *Ile.* — 36-38 admittantur *add. Po3,* huiusmodi, quae... solent, admittantur *Ile.* — 38 quaeruntur *add. Po1,* aguntur *Ile.;* quemadmodum neque *add. Po2,* sed nec *Ile.* — 40 expedita esse [esset *pr.*] *Ile. imp. Po1;* obeundas *bis add., semel obl. Po3.* — 41 aliaque [que *add. Po3,* et alia *Ile.*] pietatis opera *Po1, 2, 3, E1.* — 42 *Marg.* B *add. Po2,* H *Ile.*

* Locus emendatus a congregatione prima generali, decr. 25, *Institutum* II, 163.

[1] Indicata constitutio est in t. I, monum. 28, p. 187 n. 4.

commensuratae videantur, assumi nequeunt. Non tamen perinde inconveniens existimatur, aliquam facilem et exiguam obligationem (quae tamen non sit animarum cura) admittere, si causa sufficiens ad id moveret, praesertim si res huiusmodi esset, quae distractionis et occupationis perexiguae, aut nullius futura esset. In Domibus autem Professorum, quando nec illae reditus ullos habent, nec ipsi ita stabilem habitationem; huiusmodi obligationes non tolerantur. De aliis obligationibus lectionum vel lectorum non hic agitur: veruntamen [o] *et hae ipsae in Collegiis et Universitatibus non sine magna consideratione, nec ultra limitem, quem Praepositus Generalis convenire ad commune bonum et ipsius Societatis, ad* DEI *et Domini nostri gloriam, iudicaverit, assumentur.*

[o] *Sup.* n. 2 et *inf.* c. 11 n. 2 et **A**.

[p] *Inf.* c. 10 n. 1 et 2 et P. 9 c. 3 n. 3.

C [5.] † [p] Possessionem Collegiorum cum rebus temporalibus, quae ad ipsa spectant, capiet Societas', [q] et Rectores, qui ad id munus conveniens habeant talentum, constituet; qui curam suscipiant conservandi atque administrandi res ipsorum temporales, ac provideant necessitatibus, tam [r] materialis aedificii quam Scholarium, qui in **D** ipsis Collegiis degunt, † eorumque qui disponuntur ut ad illa ad- **E** mittantur', atque † eorum etiam, qui extra Collegia gerunt illorum negotia' [2]. [s] Totius vero administrationis ratio Rectoribus constet, [t] ut eam reddere, quando, et cui per Praepositum Generalem con- **F** stituetur, possint. At † Generalis, [u] cum nec in suum, nec in ullo-

[q] *Inf.* c. 10 n. 3 et 5 et P. 9 c. 3 n. 3 et 14.

[r] C. 1 d. 113. C. 2 d. 84.

[s] *Inf.* c. 10 n. 3 et P. 9 c. 3 n. 4 et 15 et **C**.

[t] C. 5 d. 33, 64 n. 2. C. 8 d. 60 n. 4.

[u] *Inf.* c. 10 n. 1 et *Exa.* c. 1 n. 4 et P. 6 c. 2 n. 3 et P. 9 c. 3 n. 18 et c. 4 n. 7 et **D** et P. 10 n. 4.

44 commensurate *add. Po1,* proportionate *1le.,* ex aequo respondent *marg.* — 45 'inconueniens' *add. Po2,* 'incongruum' *2le.,* absonum *1le. et Po3,* absurdum *marg. Po1.* — 46 'admittere' *et* 'sufficiens' *add. Po2, om. Po3,* assumere... non leuis *1le.,* admittere *marg. Po1,* non leuis *add.,* sufficiens *1le.* — 47 quae *add. Po2, om. Po3,* vt *1le.* — 49 autem *add. Po2.* — 49-50 nec illi... nllos *[seq.* habent *obl. Po1,* nec ita 'stabilem' habitationem *[2* vv. *add. Po1,* firmam residentiam *1le.]* habent, huiusmodi... minime tolerantur *Po1, 2, 3, E1.* — 51 'agitur' *add. Po1,* non est sermo *2le.,* agimus *1le.* — 53 'magna' *add. Po2, om. Po3,* seria *1le.,* 'seria' [matura *1le.*] consideratione *[seq.* assu, *imp. v.* assumentur, *obl.[...* limitem *[1 v. add.,* terminum *1le.[* quem *Po1.* — 56 *Marg.* C *add. Po2, 3,*] *1le.;* 5 *om. E4, est E4b.* — 57 * spectant *E1;* accipiet *1le. Po1;* 'et' *add. Po1;* rectorem *1le. Po1.* — 58 sunt constituendi *1le. Po2;* 'sunt' *add. et obl. Po1,* constituendi *1le.* — 58-63 *1le. Po3 ut Po2 infra.* — 59 res *add. Po3.* — 60 tam *et* quam *add. Po3.* — 61 *Marg.* D *om. E3, add. Po2, 3,* K *1le.;* que *add. Po3;* * qui *E1;* qui probantur ut *Po2, 3, E1;* disponunt *Fl, not. in Erratis.* — 62 *Marg.* E *add. Po2, 3,* L *1le.;* atque *et* etiam *add. Po3;* * collegia *E1.* — 58-63 qui... administrandi ipsorum res temporales... necessitatibus materialis aedificii atque scholarium... degunt tum eorum qui probantur ut... mittantur et eorum quoque qui... Totius uero *add. Po2,* qui [curam suscipiant *add. et obl.*] quidem conseruandi atque administrandi bona eorum *[2* vv. *add. Po. Po1,* res eorum temporales, curam habebit *1le.]* et necessitatibus tam aedificii materialis quam collegialium *[1 v. add. Po1,* scholasticorum in collegiis degen, *imp. v.* degentium, *1le.[* et eorum qui ut ad collegia se conferant probantur [disponuntur *add. et obl. Po1]* vel negocia eorum extra collegia gerunt, prouidendi curam habeant *[5 vv. add. Po. Po1,* ipsa procurant, prouideant *1le.[* et omnium *1le.* — 63 administrationis *add. Po2;* rectori *1le. Po1.* — 64 redderet *1le. Po1;* et cui *add. Po3,* ac illi qui *1le., add. Po2,* et cui *1le.* — 65 possit *1le. Po1;* 'At' *add. Po1,* Qui quidem *1le.; marg.* F *add. Po2, 3,* M *1le.;* * cum *E1.* — 65-69 At... suum, nec in *[1 v. add.*

[2] Cf. t. I, monum. 28, p. 189 n. 15, et p. 191 n. 24.

rum consanguineorum suorum, nec in professae Societatis usum bona temporalia Collegiorum possit convertere', eo purius sese in eorum superintendentia, ad maiorem gloriam et servitium Dei, gerere poterit.

C. [v] *Societas in usum Scholasticorum suorum, inxta litteras apostolicas, redituum administrationem exercebit per Praepositum Generalem, vel Provincialem*[3]*, vel alium, cui Generalis id commiserit, ad defendendas et conservandas possessiones et reditus Collegiorum, etiam in iudicio, cum id conveniens vel necessarium fuerit. Ac eiusdem Praepositi erit, vel eorum, quibus ille facultatem dederit, admittere quidquid praeterea Collegiis ad sustentationem et incrementum eorum in rebus temporalibus donaretur.* [v] C. 1 d. 59.

D. [x] *Qui disponuntur, ut ad Collegia mittantur, illi sunt, qui in* [y] *Domibus Probationum versantur, et qui ex Domibus Societatis professae vel Domibus Probationum ad studia mittuntur.* [x] *Exa.* c. 1, **B.** [y] C. 1 d. 60.

E. [z] *Qui negotia Collegiorum extra ea gerunt, in primis intelliguntur Procuratores, qui in Summi Pontificis vel aliorum principum curia negotia Societatis gerunt. Verum quid ad hos vel alios sumptus* [a] *necessarios contribui debeat, Praepositus Generalis, servata proportione debita, per se vel alium id statuet.* [z] P. 9 c. 3 n. 16 et c. 6 n. 12 et **H.** C. 1 d. 61. [a] C. 2 d. 82, 83.

Po3] ullorum *[1 v. add. Po. Po1]*... nec in *[1 v. add. Po3]* professae... sese *[seq.* geret *obl. Po3]* in eorum superintendentia *[6 vv. add. Po2,* fidelius eorum dispositioni *1le.]*... Dei gerere *[1 v. add. Po3,* prodesse *1le.]* poterit *Po3* *. — 67-69 eo fidelius *[1 v. add.,* syncerius *add. et obl.,* purius *1le.]* eorum 'dispensationi' *[2 vv. add.,* praeerit eorum dispositioni *2le.,* in eorum dispositione uel superintendentia *1le.]* ad maiorem... 'praeesse poterit' *[2 vv. add.,* procedet *1le.] Po1.* — 70 *Marg.* C *add. Po2,* I *1le.* — 70-77 *Tres alias loci huius versiones ex decr. congregationis primae v. in Proleg. c. 2 a. 4.* — 71-77 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 72 'provincialem... generalis commiserit' *add. Po2, om. Po3.* — 74 'fuerit' *add. Po2, om. Po3.* — 75 vel *add. Po2, om. Po3.* — 76 collegiis *add. Po2, 3,* collegio *1le.* — 77 'eorum' *add. Po2, 3,* eius *1le.* — 71-77 'exercebit' *[1 v. add.]* per praepositum generalem uel alios quibus ipsa aut *[2 vv. obl. Po3]* idem praepositus *[1 v. obl. Po3]* 'facultatem' [autoritatem *1le.*] ad id communicauerit, 'quae' *[1 v. add.,* 'se extendat' *add. et obl.,* exercebit *1le.]* ad defendendas... cum id conuenire uel necessarium esse uideretur 'se extendat' *[2 vv. add.].* Ac... prepositi erit *[1 v. add.]* et eorum... 'facultatem' [auctoritatem *1le.*]... collegio... incrementum eius in *Po1.* — 78 *Marg.* D *add. Po2,* K *1le.* — 78-79 Qui probantur ut... collegia 'admittantur' *[add. Po2, om. Po3,* se conferant *1le.]* illi... uersantur *[seq.* de quibus in sexta parte dicetur *obl. Po2, non obl. Po1, 3* **]* et qui *Po1, 2, 3, E1.* — 81 *Marg.* E *add. Po2,* L *1le.;* res collegiorum extra ipsa *Congl.* — 82-83 curia *et* gerunt *add. Po2, om. Po3,* pontificis curia uel... negotia gerunt Societatis *1le.,* negotia... Societatis *add. Po1,* de rebus Societatis tractant *1le.* — 83 quid *add. Po2,* quod *1le.;* hos et *Po1, 2, 3, E1.* — 84 necessarios a quouis collegio tribui *Po1, 2, 3, E1.*

* Lectio prima exempli *Po3,* quae ultima est in *Po2,* male procedit, quia imperfecta emendatio in *Po2:* «generalis... purius sese geret... prodesse poterit».

** Verba illa deleta sunt decr. 60 congregationis primae, *Institutum* II, 170.

---

[3] Verbum *provincialem* non invenitur in textibus latinis mss. ante ultimam emendationem textus secundi *(Po2),* etsi erat jam in prima lectione Autographi hispani. V. variata hujus loci hispana et latina; item t. II *Proleg.,* c. 4, a. 4, § 2, p. CII, et hujus tomi c. 2, a. 4. Haec declaratio emendata est a congregatione prima, decr. 59, *Institutum* II, 169.

F. *Cum dicitur non posse Societatem professam, vel eius Praepositum Generalem iuvari reditibus Collegiorum, intelligendum est, iuxta litteras apostolicas, quod non possint in proprios ipsorum usus reditus converti*[4]. [b] *Possunt nihilominus expendi in usum illorum, qui Collegiis utiles fuerint, cuiusmodi sunt* [c] *Administratores, Concionatores, Lectores, Confessarii, Visitatores et alii Professi vel similes personae, quae spirituali vel temporali Collegiorum huiusmodi utilitati vacant.* [d] *Sine tali etiam causa posset expendi aliquid, quod exiguum sit, cum quovis homine de Societate, mensa per diem aliquem eum excipiendo, vel modicum quid viatici, cum per Collegia in hanc vel illam partem transit, vel quid simile donando. Quod enim tam est exiguum, ut nihilum ducitur; et scrupuli eximuntur, hinc quidem inhumaniter se habendi, inde vero contra Sedis Apostolicae intentionem agendi.*

[b] *Inf.* c. 10, **A** et P. 6 c. 2 n. 3 et 4 et **C.**

[c] C. 2 d. 82.

[d] P. 6 c. 2, **C** et **D.**

---

6. In iis Collegiis, quae duodecim Scholasticos (praeter praeceptores) ex propriis reditibus alere possunt, ob maiorem populi **G** aedificationem, † nec petantur [e] eleemosynae, nec illae aut dona ulla oblata admittantur'[5]. Si reditus minores fuerint, quam huic numero alendo sufficiant, admitti quidem, non autem peti aliquae eleemosynae possent; nisi tanta paupertate Collegium premeretur, ut etiam petere, saltem a quibusdam, esset necessarium. Tunc enim (maius divinum obsequium et universale bonum prae oculis semper habendo) peti eleemosynae, [f] immo et ostiatim ad tempus, quandocumque necessitas id exigeret, emendicari poterunt.

[e] C. 3 d. 25. C. 8 d. 59. C. 1 d. 73.

[f] *Exa.* c. 4 n. 12 et 27 et P. 6 c. 2 n. 10.

---

86 *Marg.* F *add. Po2,* M *1le.* — 86-87 'professam'... iuuari *[1 v. add.]* redditibus [reditus *pr.*] collegiorum *[seq.* posse in suos usus conuertere *obl.] Po1.* — 87-88 'intelligendum est' *add. Po2, om. Po3,* iuxta... apostolicas intelligendum est *1le.* — 88 ipsorum *om. Po1, 2, 3.* — 89 conuerti *et* expendi *add. Po2, om. Po3,* conuertere... expendere *1le.* — 91 'concionatores' *add. Po2, marg. Po1,* praedicatores *1le.* — 92 uel quicunque 'qui' *[add. Po1]* spirituali *Po1, 2, 3;* vel quicunque spirituali *E1.* — 93 insistunt *add. et obl. Po1.* — 94 quod valde exiguum *Po3. 1le. Po2.* — 94-1 *1le. Po2, ut Po1 infra.* — 94-95 'per... aliquem' *[add. Po2, om. Po3]* mensa eum *Po2.* — 95 'modicum quid' viatic'i' *add. Po2, om. Po3.* — 1 'vel quid simile' *add. Po2, om. Po3.* — 94-1 mensa... 'eum' excipiendo [excipienda *pr., 5 vv. add. Po1,* uictum ei die aliquo dando *1le.*] uel exiguum aliquod uiaticum, cum... transit, donando *Po1.* — 5 his *1le. Po3;* 'quae' *add. Po1,* ubi *1le.* — 5-6 scholastici... ali possunt *1le. Po1.* — 6-8 'ob ['ad' *pr.*]... edificationem' *add. Po1,* nec 'oblatae *[1 v. bis script. semel obl.]* illae aut dona vlla' *[5 vv. add.]* admittantur, nec dona vlla, ad populi maiorem edificationem *2le.* — 7 *Marg.* G *add. Po2, 3,* N *1le,* — 8 quam ut *Po2,* 'vt' *add. Po1.* — 9 quidem *et* autem *add. Po3,* aliquae *om. Po3, E1,* admitti, licet non peti, eleemosynae *1le. Po3.* — 10-11 'collegium' *et* 'etiam' *add. Po1.* — 11 enim semper *1le. Po1.* — 12 maius *om. Po1, 2, 3, E1.;* 'semper' *add. Po1.* — 13 peti pote, *imp. v., 1le. Po1.* — 13-14 poterunt *add. Po3,* eleemosynae poterunt... emendicari *1le.,* 'emendicari' *add. Po1.*

---

[4] Tum Pauli III Regimini militantis Ecclesiae . 27 Septembris 1540, tum Julii III Exposcit debitum », 21 Julii 1550, t. I, monum. 7 et 39, p. 29 n. [6], p. 380 n. [5].

[5] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, V, 111.

G. *Quamvis hoc ita se habeat, si tamen benefactores essent, qui possessionem aliquam vel reditum dare vellent, admitti illa possent; ut tanto maior numerus Scholasticorum ac Praeceptorum ad maius divinum possent obsequium sustentari.*

De scholasticis, qui in collegiis constituentur [1]. Cap. III.

1. Quod ad Scholasticos attinet, ad quorum institutionem [a] Collegia assumuntur, in primis, [b] quales esse debeant, ut ad ea vel mittantur vel admittantur, considerare in Domino oportebit.

2. [c] Primum omnium, cum aliquo ex quinque illis impedimentis in prima parte dictis [2] † nullus in Collegio aliquo Societatis inter Scholasticos collocari poterit' [3]. Et praeter Coadiutores ad ministeria vel auxilium Collegii [d] necessarios, reliqui huiusmodi esse debent, [e] ut secundum rationem sperari possit idoneos ad vineam Christi Domini nostri exemplo ac doctrina excolendam esse evasuros. Hi autem, quo magis ingeniosi, bonisque moribus ornati, et sani corpore ad ferendos studiorum labores fuerint, eo magis idonei, et citius ad Collegia mitti, vel in eisdem admitti possunt.

[a] *Sup. Prooe.* et *inf.* c. 11 n. 1 et P. 3 c. 1 n. 27 et P. 10 n. 4. **A**

[b] *Exa.* c. 1 n. 10 et P. 5 c. 2 n. 5 et P. 10 n. 4.

[c] *Exa.* c. 2 n. 6 et P. 1 c. 3 n. 2 et **G**.

[d] *Inf.* c. 10 n. 6 et P. 1 c. 2 n. 2 et **A** et P. 3 c. 2 n. 7.

[e] *Supra Prooe.* **A**.

---

[4] Locum « qui jam studiis » emendavit congregatio I decr. 62, anferens adverbium *no* ex textu hispano, quod « error videbatur scriptoris », *Institutum* II, 170. Ex apparatu critico exempli *A* seu secundi intelliges (t. II p. 428) scripsisse Polancum prius « los que han acabado », sed mutasse sententiam et posuisse « los que no son salidos », id quod in sequentibus etiam permansit. Reditum ergo est ad primam sententiam.

[5] Locus de bibliotheca auctore Bobadilla adjunctus est, cf. t. I, monum. 46, n. 32, p. 396, 3°, et *Proleg.* c. 1, a. 9, § 3, p. LXXXIV; in t. II *Proleg.* c. 3, a. 8, § 2 p. LXVII. In collegiis libri similiter procurandi ac victus, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IV, 494-495; initium bibliothecae ib. II, 137-138.

8. Scholastici in audiendis lectionibus sint assidui, et in eis praevidendis diligentes, et, † postquam eas audierint, repetendis[6]; iis quae non intellexerint interrogandis', † aliis [q]vero quae oportuerit adnotandis', quo in posterum memoriae defectui consulatur. H I

H. *Quod [r]ad repetitiones attinet, curet Rector, ut certis quibusdam horis in scholis vel domi fiant, uno quidem repetente et aliis audientibus, et, quae difficilia occurrerint, mutuo proponentibus: et si quid erit, de quo constituere inter se non possint, Magistrum adeant.* [s]*Curabit etiam, ut disputationes et reliquae exercitationes scholasticae, quae iuxta modum disciplinarum quae tractantur convenire iudicabuntur, non omittantur.*

I. *Videant Superiores, num conveniat Scholasticos classium inferiorum libros papyraceos habere, ut scribant in eis lectiones, et inter lineas et ad marginem, quod oportebit, adnotent. Provectiores in Humanioribus Litteris et aliis Facultatibus chartam secum ferant ad ea quae audierint, vel eis occurrerint notatu digna, annotanda; ac postea, maiori cum ordine digesta, transferent in libros papyraceos, quae in posterum conservata velint.*

[q] *Inf.* n. 16 et **M** et **O**.

[r] *Inf.* c. 13 n. 3 et **D**.

[s] *Inf.* c. 13 n. 3 et **A**. C. 21 d. 13.

---

9. Rector autem Collegii id curae habeat, ut videat, num Magistri et discipuli suum in Domino officium faciant, necne.

10. Cum perutilis sit (praesertim Artium ac Theologiae scholasticae studiosis) disputandi usus; intersint Scholastici ordinariis scholarum, ad quas accedunt (licet non sint sub cura Societatis)

---

84 diligentes *add. Po3;* * repetendis *E1.* — 85 *Marg.* I *E1, add. Po2, 3,* Ll *1le.;* et iis [his *1le.*] *Po3;* et in his *1le. Po1;* interroganda sunt *1le. Po1.;* opportuerint *1le. Po1.* — 86 *Marg.* K *E1, add. Po2, 3,* Mm *1le.;* * adnotandis *E1;* defectus *1le. Po2;* defectu'i consulatur' *add. Po1,* defectum suppleant *1le.,* deficientis [deficienti *pr.*] memoriae dubiis */1 v. add.]* sit consultum *add. et obl.; seq.* sint diligentes *obl. Po3.* — 87 *Marg.* I *E1, add. Po2,* Ll *1le.;* Quod repetitionibus *1le. Po1;* vt *add. Po2.* — 87-88 'vt' certis... horis *add. Po1,* certa aliqua hora *1le.* — 90-93 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 90 de quo *add. Po2.* — 91 'adeant' *add. Po2;* ut *add. Po1, 2, om.. Po3.* — 91-92 reliquae *et* scholasticae *add. Po1, 2, om. Po3.* — 92 'disciplinarum' *add. Po2.* — 93 omittantur *add. Po1, 2, om. Po3.* — 90-93 erit quod constituere... possint [possent *1le.*] ad magistrum recurrant [adeant, consulant *marg.*]. Curabit... ut */1 v. add.]* reliquae exercitationes scholasticae */3 vv. add. Po1,* reliquas... scholasticas *Po3, 1le. Po2, 2le. Po1,* reliqua scholastica exercitia *1le. Po1]*... modum facultatum [disciplinarum *marg.*] quae tractantur */2 vv. add.,* de *1le. imp.,* quibus student *2le.]* conuenire... omitt'antur' [omitti *Po3, 1le. Po1, 2] Po1.* — 94 *Marg.* K *E1, add. Po2,* Mm *1le.* — 3 adnotent *1le. Po1.* — 4 digesta transferent *add. Po2, om. Po3,* digerent *1le.* — 5 quod in... consueruatum *Po3, 1le. Po2;* conseruatum *add. Po1,* manere *1le.* — 6 'videat num' *add. Po1,* ad *et* ac */ex errore pro* an *(?)] 1le.* — 7 necne in Domino uideat [uideant *1le.*] *2le. Po1.* — 9 'vsus' *add. Po1,* usus, consuetudo *marg. obl.,* exercitium *1le.* — 9-10 scholastici communibus scholarum *Po1, 2, 3, E1.* — 10 'sub cura' *add. Po1,* de Societate *1le.*

---

[6] Repetitiones jam injunctae in antiquis Constitutionibus scholasticorum, v. t. I, monum. 24, n. [3] p. 176. In capitulo O. P. anni 1259 statutum est: «Quod fiant repeticiones de quaestionibus in qualibet septimana» *Acta Capitulor. Gener. O. P.* vol. 1, t. III, p. 100, in MOFPH.

disputationibus; et singulare sui specimen in doctrina praebere, modeste tamen, curent. Convenit etiam singulis Dominicis, vel aliquo alio die hebdomadae, in Collegio nostro aliquem ex quavis classe Artium et Theologiae studiosorum, a Rectore designatum, a prandio (si aliqua ex causa peculiari impedimentum non accideret) aliquas positiones tuendas suscipere; quae pridie eius diei sub vesperum valvis scholarum (quo ad disputandum vel audiendum qui vellent convenirent) essent affigendae; quibus breviter ab eo, qui responsurus est, confirmatis, argumentari ex externis vel domesti-
[t] *Inf.* c. 13 n. 3. cis liceat cuicumque libuerit; [t]aliquis tamen praesit oportet, qui argumentantes dirigat, et ex ea concertatione eliciat declaretque ad audientium utilitatem doctrinam, quae tenenda sit: qui signum etiam det finiendi iis, qui disputant, ac tempus sic distribuat, ut omnibus, quoad eius fieri poterit, disputandi locus detur[7].

11. Praeter haec duo disputationum praedictarum genera,
[u] *Inf.* c. 13 n. 3. quotidie aliquod tempus designandum, quo in Collegiis, [u]praesidente aliquo, ut diximus, disputetur; ut, ea ratione, et ingenia magis exerceantur, et difficilia, quae in his facultatibus occurrent, magis ad Dei gloriam elucidentur.

12. Qui Litteris Humanioribus vacant, sua etiam stata tempora ad conferendum et disputandum de iis, quae pertinent ad studia
[v] *Inf.* c. 13 n. 3. illa, [v]coram aliquo, qui eosdem dirigere possit, habebunt; et Dominicis vel aliis constitutis diebus, alternatim, vel suae facultatis positiones a prandio tuebuntur, vel se in componenda soluta oratione aut carmine exercebunt; sive id ex tempore, proposito ibi-

---

11-12 et singulare... curent *add. Po3,* et simul cum modestia singulare sui specimen praebere curent *Ile.;* 'singulare' *add. Po1; super* vv. praebere curent *est* signalarse *obl.* — 12 Conueniret *Ile. Po2.* — 12-13 singulis dominicis *et* hebdomadae *add. Po3,* dominico uel... die singulis hebdomadis esse *Ile.;* dominicis diebus *Ile. Po1.* — 13 'die' *add. Po1.* — 14-16 designatum qui a... susciperet *Ile. Po3.* — 16 qui aliquas *Ile. Po1.* — 16-17 uesperam in *Ile. Po3;* ualuis *add. Po1,* portis *Ile.* — 18-19 'ab eo qui responsurus est' ['qui tuetur' *pr.*] *add. Po1;* probatis uel *add. et obl. ante* confirmatis. — 19-20 argumentari liceat cuicumque uelit *Ile. Po1;* ex domesticis uel *[2 vv. add.]* externis *Po3, E1,* ex externis uel domesticis *Ile. Po3.* — 20 libuerit *add. Po3,* libeat *Ile.;* 'liceat cuicumque libeat' *add. Po1.* — 21 argumentantes *add. Po2,* argumentationes *Ile.;* argumentationes dirigat *2le. Po1,* eos qui argumentantur dirigat et quae doctrina sit tenenda *Ile.* — 21-22 ad... utilitatem *add. Po3,* declaretque doctrinam... sit ad audientium utilitatem *Ile.* — 23 iis *add. Po3,* his *Ile.;* qui *add. Po1;* distribuat *add. Po1,* di *[imp. v.* distribuat *(?)]* compartiatur *Ile.* — 24 fieri potest *Po2,* posset *Ile. Po1.* — 29 Dei *et* 'elucidentur' *add. Po1,* elucidentur ad gloriam Dei *Ile.* — 30 stata *add. Po1,* statuta *Ile.,* certa, stata, definita *marg. obl.* — 31 conferendum ac *Po1, 2.* — 32-33 'et' *add. Po1,* et alternis diebus *Ile.;* uel *add. Po3,* et *Ile.;* uel *Po1, 2.* — 33 constitutis *add. Po1,* deputatis *Ile.;* alternatim 'vel'... facultatis *add. Po1,* uel alio deputato die *Ile.* — 34-35 componendo *[1 v. add. Po3, Ile. ut Po1 infra]* carmine aut soluta oratione *Po2, 3, E1; in Erratis E1 ponitur ut E4.* — 35 id *add. Po3.* — 35-36 ibidem *et* ad... fiat *add. Po3, Ile. ut Po2 infra.*

---

[7] Cf. t. I, monum. 24, p. 176 n. [3]; *Monum. Paed.* 66-67, nn. 19-22; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VIII, 9.

dem themate ad explorandam promptitudinem, fiat; sive domi composita, de re prius proposita, illic publice legantur.

13. † Omnes [x]quidem, sed praecipue Humaniorum Litterarum studiosi, latine loquantur communiter', et memoriae, quod a suis Magistris praescriptum fuerit, commendent; † ac [y]stylum in compositionibus diligenter exerceant'; nec desit qui eisdem corrigendis operam suam impendat[8]. Licebit etiam nonnullis, iuxta Rectoris arbitrium, [z]praeter eos auctores qui praeleguntur, quosdam etiam alios privato studio legere: [a]et singulis hebdomadis, die aliquo designato, unus ex provectioribus a prandio orationem latinam aut graecam[9] de re aliqua ad aedificationem domesticorum et externorum pertinente, qua ad perfectiora in Domino animentur, habeat.

K. *De repetitionum, et disputationum,* [h]*et latine loquendi exercitationibus, si quid propter circumstantias locorum, temporum et personarum mutari debeat, hoc iudicandum prudentiae Rectoris (facultate a suo Superiore saltem in genere accepta) relinquetur.*

L. *Ut Scholastici magis in studiis promoveant, bonum esset aliquos eruditione pares designare, qui sancta aemulatione se invicem provocent. Iuverit etiam interdum mittere ad Praepositum Provincialem vel Generalem aliquod suorum studiorum specimen, nunc huius, nunc illius, ut compositionum, si Litterarum Humaniorum, vel conclusionum, si Philosophiae vel Theologiae studiosi fuerint. Conferet etiam in memoriam eis reducere, quod, cum ad Domos ve-*

K

[x] *Inf.* c. 13 n. 3.

L

[y] *Inf.* c. 13 n.3 et c. 16 n. 3.

[z] *Inf.* n. 16.

[a] *Inf.* c. 16 n. 3.

[b] C. 21 d. 19. C. 22 d. 30, 31.

37 legantur *add. Po3, 1le. ut Po2 infra.* — 34-37 'vel' [et *pr. Po1*] se in compositionibus *[seq.* in *obl. Po1]* carmine 'aut' [vel *pr. Po1*] soluta oratione 'exercebunt' [exercebunt *pr. Po1*], siue ex tempore ad promptitudinis specimen 'ibidem proposito themate' *[add. Po1]* componendum *[1 v. add. Po2,* scribendum *1le., add. Po. Po1,* scribantur *1le.],* siue domi [domo *pr. Po1*] composita 'de re prius proposita' *[add. Po1]* illic publice fuerint *[1 v. add. Po2]* legenda *[seq.* sint *obl. Po2,* leg'e'n'da sint' *add. Po1,* legantur ad utrumque hoc, themate prius proposito, ad illud inhibi, exercebunt *1le.] Po1, 2.* — 38 *Marg.* L *E1, add. Po2, 3,* Nn *1le.;* humaniorum *add. Po3,* humanarum *1le.* — 39 * studiosi *E1;* loquantur *add. Po3,* communiter loquantur *1le.,* loquantur communiter *Po2;* communiter *add. Po2,* in ['in' *add. Po1*] communi [communiter *1le. Po1*] sermone *[1 v. add. Po. Po1]* loquantur *1le.* — 40 praescriptum *add. Po1,* impositum *1le.;* fuerit *add. Po3,* fuit *1le.,* fuerit *Po1, 2; marg.* 'Oo' *obl. Po1, nulla litt. E1, Po2, 3.* — 42 suam perutilem futuram *1le. Po2.* — 43 qui praeleguntur *add. Po3,* quos audiunt *1le.* — 44 *Marg.* 'Pp' *obl. Po1, nulla litt. Po2, 3.* — 45-46 latinam uel *Po1.* — 46 et externorum *om. E1.* — 47 'pertinente' *add. Po1;* in Domino *add. Po3.* — 48 *Marg.* L *E1, add. Po2,* Nn *1le.* — 50 hoc iudicium *1le. Po1;* 'facultate' *add. Po1,* relinquetur, auctoritate *1le.* — 52 *Marg.* N *E1, add. Po2,* Pp *1le., add. Po1,* 'Oo' *1le.* *; 'in... promoueant' *add. Po2, om. Po3,* ad studia incitentur *1le.;* iuuentur *add. et obl. Po1;* promoveantur *E6 sqq.* — 54 'prouocent' *add. Po1,* 'extimulentur' *2le.,* excitant, *sic, 1le.* — 55 aliquod stu *1le. imp. Po1.* — 56 compositionum si studiosi fuerint *1le. Po1.*

* Declaratio "In hoc„ est ante declarationem "Vt scholastici„ in exemplis *Po2, 3* et in prima editione. In *Po1* prior est "Vt scholastici„, secunda "In hoc„, et litterae quidem priores hoc ipso ordine decurrebant Oo, Pp; sed inverso ordine litterarum in ipso exemplo *Po1,* hoc ordine inverso exscriptus est ipse textus.

[8] V. modum themata proponendi et emendandi digestum anno 1554, in *Monum. Ignat.* ib., VI, 485.

[9] Exercitatio a Bobadilla proposita, cf. t. I p. 396, 1°, et t. II p. LXVII, p. 443, var. *B* ll. 41-43.

nerint, studiis absolutis, in omnibus Facultatibus, quibus operam dederint, sunt examinandi.

---

14. Praeterea, Artium et Theologiae studiosi potissimum, sed
M et reliqui † suum habeant privatum studium et quietum', quo melius et exactius ea quae tractata sunt, intelligant.

[c] *Inf.* n. 16.

M. [c]*In hoc privato studio possent (si Rectori videretur) commentarium aliquem videre: quamdiu autem audiunt, fere unus, et*

[d] *Sup.* n. 8, *inf.* n. 16 et **O.**

is quidem selectus esse deberet. [d]*Possent etiam scribere quod profuturum magis censeretur.*

---

15. Ut reprimi oportet quorumdam cursum plus aequo concitatum in studiis; ita movendi, incitandi et animahdi ad studia sunt alii, quibus id necessarium est: quod ut melius praestare possit

[e] *Inf.* c. 17 n. 7.

Rector, intelligat oportet per se, et per aliquem alium, cui [e]Syndici vel Visitatoris Scholasticorum curam ipse dederit, quomodo Scholastici suum officium faciant.

N

[f] *Exa.* c. 7 n. 2.

† Quod [f]si animadverteret, aliquem in studiis tempus inutiliter terere', quod nolit aut certe non possit progressum in litteris facere, expedit illum ab eis removere, et eius loco alium, qui ad scopum divini servitii in Collegiis praefixum magis proficiat, constituere[10].

N. *Si aliquis non aptus ad studia, sed ad alia ministeria idoneus videretur; posset intra Collegia vel Domos Societatis in iis*

[g] P. 2 c. 2 n. 3.

occupari, quae convenire viderentur; si ad utrumque [g]*inutilis esset, et in Scholasticum fuisset admissus, dimitti a Societate posset: ni-*

[h] P. 2 c. 1, **C.**

hilominus [h]*aequum erit, ut Rector, re bene considerata, ad Pro-*

[i] C. 5 d. 6, 50 n. 3. C. 27 d. 31.

vincialem [i]*vel Generalem id referat; et, quod sibi praescriptum fuerit, exsequatur.*

---

60 dederunt *1le. Po1;* sint *1le. Po3,* sunt *Po1, 2.* — 62 *Marg.* M *add. Po2, 3,* Oo *1le., add. Po1,* 'Pp' *1le.;* * privatum *E1;* habeant quiet, *imp. v., 1le. Po1.* — 63 exactius *obl. et rest. Po1,* plenius *[emend. ex* planius*] add. et obl.;* sunt *manu Po. (?) add. Po2,* tractantur *1le.;* 'quae tractantur' *add. Po1,* de quibus agunt *[1 v. add.,* actum est *1le.] 2le.* — 64 *Marg.* M *add. Po2,* Oo *1le., add. Po1,* 'Pp' *1le.* — 65-66 et... selectus *add. Po2,* ex aliis selectus *2le.,* electus *1le.;* electus deb, *imp. v., 1le. Po1.* — 68 quorumdam *add. Po1.* — 69 *Marg.* N *E1, add. Po2, 3,* Pp, *1le.;* * ita *E1;* 'mouendi, incitandi' ac *add. Po1,* incitandi, mouendi et *1le.;* 'ad studia' *add. Po1.* — 71 aliquem adhibita diligentia *1le. Po3;* adhibita... cui *add. Po1,* qui *1le.* — 72 visitatoris *[add. Po2,* censoris *1le.]* studiorum curam *Po2, 3, E1.* — 73 scholastici procedant *1le. Po1,* se *add. et obl.* — 74 *Marg.* O *E1, add. Po2, 3,* Qq *1le.;* * inutiliter *E1.* — 76 'illum' *add. Po1;* et *add. Po2,* ut *1le.;* alium *add. Po3,* alium eius loco *1le.* — 77 scopum *add. Po1,* finem *1le.;* constituerit *1le. Po1.* — 79 *Marg.* O *E1, add. Po2,* Qq *1le.;* aliquis *[seq.* ad studia idoneus non esset *obl.]* parum ad studia, sed *Po1.* — 80-81 eis *[pro* iis*] et* quae *et* viderentur *add. Po1, 2,* in eo... quod... videretur *1le.* — 82 et in scholasticum *add. Po1 [seq.* et ut studeret *add. et obl.],* ad studia inter scholasticos fuisset *1le.;* possit *1le. Po2.* — 84 sibi *add. Po2,* ab eo *1le.*

---

[10] V. constitutionem hanc in t. I, monum. 28, p. 190 n. 20.

16. [j] Absoluto studio alicuius Facultatis, eamdem privatim repetere conveniet, auctorem unum aliquem, vel plures [k] quam prius, iuxta Rectoris arbitrium, legendo. Poterit autem ex iis, quae ad eam facultatem pertinent, si eidem Rectori visum fuerit, † in scripta **O** brevius, distinctius et accuratius redigere' ea, [l] quae prius in lectionum decursu scripserat, cum minori doctrina praeditus erat, quam peracto studiorum curriculo.

[j] *Inf.* c. 15 n. 2 et 3.

[k] *Sup.* n. 13 et **M.**

[l] *Sup.* n. 8 et **I.**

O. *Huiusmodi scripta fieri non debent nisi ab iis, qui maiori doctrina et clariori ingenio et iudicio pollent; et reliqui horum labore frui poterunt. Conveniret etiam a Magistro ea approbari. Alii annotationibus Praeceptoris iuvari possent,* [m] *et suis etiam notatu dignioribus. Conferet autem ad usum, ut suas notas in margine, et indicem praeterea habeant rerum, de quibus in huiusmodi scriptis agitur, ut facilius inveniri possit quod quaeritur. Et, quamvis huiusmodi libelli rerum excerptarum, vel propriorum conceptuum, vel alia scripta quaelibet fiant;* [n] *intelligi tamen oportet, a nemine librum ullum sine examinatione et approbatione speciali Praepositi Generalis, ut dictum est, publicari debere* [11].

[m] *Sup.* n. 8 et **M.**

[n] P. 3 c. 1 n. 18 et P. 7 c. 4 n. 11.

---

17. Suis [o] constitutis temporibus, se ad publicos actus examinationum ac responsionum praeparent; et ad gradus consuetos, qui per diligentem examinationem digni invenientur, promoveri poterunt. [p] Loca tamen certa, ut ab omni ambitionis specie, atque ab aliis affectibus parum temperatis recedant, quamvis ea in Uni-

[o] *Inf.* c. 15 n. 2 et 3.

[p] *Inf.* c. 15 n. 4 et P. 10 n. 6.

86-88 studio *[add. Po3]* alicuius facultatis *[seq.* studio *obl. Po3]* eamdem... conueniet *[1 v. add. Po3]*, authorem vnum aliquem *[2 vv. add. Po3,* aliquem *1le.]* uel plures quam *[2 vv. bis add., semel obl. Po3,* authores *1le.,* uel autores *add. Po1]* prius *[seq.* non lectos *obl. Po3]* iuxta... legendo *[seq.* conueniet *obl. Po3] Po3;* studio, quae ad eamdem pertinent *1le. Po2;* 'quae... pertinent, priuatim' ['priuato stud', *imp. v., pr.] add. Po1,* eamdem *1le.* — 87 conueniat *1le. Po1.* — 88 iis *add. Po3,* his *1le.* — 89 *Marg.* P *E1,* 'p' *Po3, add. Po. Po2,* Rr *1le.;* scriptis *1le. Po1.* — 90 et distinctius 'et accuratius' *Po1,* et exactius *add. et obl.;* ea quae *add. Po3,* quae *Po2.* — 91-92 praeditus erat *add. Po3,* doctrina quam *[seq.* tunc *obl.]*... curriculo praeditus erat *1le.* — 93 *Marg.* P *E1, add. Po2,* Rr *1le.;* 'scripta' *add. Po1,* extracta *1le.;* iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 95 poterunt *add. Po2,* possent *1le.;* Alii *add. Po2, et Po. Po1,* Reliqui *1le.* — 1-2 suis etiam *add. Po2,* rebus notatu dignioribus quas annotarunt *1le.;* 'suis etiam' nota'tu dignioribus' *add. Po1,* rebus notabilioribus quas annotarunt *1le.* — 2-3 suas notas *et* indicem... habeant, *et* in... scriptis *add. Po2, 1le. ut Po1;* ut suum indicem in margine et in principio rerum *[3 vv. add., seq.* de quibus agitur *add. et obl.,* tabulam materiarum quae tractantur *1le.]* de quibus agitur, 'scripta huiusmodi habeant' ut facilius *Po1.* — 5 libelli rerum 'excerptarum', *3 vv. add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1 infra.* — 6 scripta *om. Po1, 2, 3, E1;* tamen *add. Po2, om. Po3.* — 5-6 'scripta extractorum ab aliis ['ab aliis ('per alios' *pr.*) extrahantur' *2le.,* liber extractorum (*seq.* a *bis obl.*) *1le.*] uel... conceptuum *[seq.* fuerit *obl.]* uel alia *[seq.* scripta *obl.]* quaelibet 'fient', intelligi oportet *Po1.* — 8 debere publicari *Po3, 1le. Po2;* edi *marg. Po1.* — 9 constitutis *add. Po1,* statutis *1le.* — 12 atque *add. Po3,* et *1le.* — 13 ab *add. Po1;* 'temperatis' *add. Po1,* moderatis *add. et obl.,* ordinatis *1le. rest. et obl.;* recedatur *[seq.* non accipiant *obl.] Po1.*

---

[11] Simile quid statuerat O. P. in capitulo anni 1256, *Acta*, vol. 1, p. 78, MOFPH. t. III.

versitate, ubi gradum accipiunt, dari soleant, non accipiant [12], sed simul omnes extra numerum se constituant: nec sumptus, qui pauperes non deceant, in gradibus huiusmodi faciant; ad quos sine humilitatis detrimento, non ob aliud, quam ut possint proximis ad Dei gloriam esse utiliores, promoveri debent.

[q] *Sup.* **F** et c. 9 n. 2.

18. [q]Num autem his, qui iam studiorum suorum cursum peregerunt, praelegere privatim vel publice ad suam vel aliorum utilitatem conveniat, penes Superiorem id erit iudicium, qui, quod magis in Domino expedire videbitur, statuet.

De Scholis Collegiorum Societatis. Cap. VII [1].

[a] *Sup. Prooe.* et c. 3 n. 1 et c. 11 n. 1 et P. 3 c. 1 n. 27 et P. 10 n. 4.

1. Habita [a]ratione, non solum profectus in litteris Scholasticorum nostrorum, sed etiam profectus in litteris et moribus externorum, quos in nostris Collegiis instituendos suscepimus; † scholae publicae, ubi commode id fieri poterit, aperiantur', saltem in **A** **B** disciplinis humanioribus. † In gravioribus autem disciplinis, pro locorum, in quibus Collegia fuerint, ratione', semper quid Deo gratius sit ante oculos habendo, aperiri poterunt.

In Caput VII de Scholis Collegiorum Societatis.

A. *Praepositi Generalis erit, ubi huiusmodi scholae habendae sint, statuere.*

B. *Et etiam iuxta quod commode id poterit Societas. Nostra tamen mens haec esset, ut in Collegiis communiter Litterae Huma-*

14 'non accipiant' *add. Po1.* — 15 qui... deceant *add. Po2,* pauperibus parum decoros *Ile., post* decoros *est* faciant *add. et obl. Po1.* — 16 'faciant' *add. Po1.* — 17 possent *Ile. Po1.* — 18 debent *add. Po3,* debent promoveri *Ile.;* 'debent' *add. Po1,* promoueri debeant *Ile.* — 19 his *add. Po3.* — 20 'prae'legere *add. Po1,* perlegere *Ile.* — 21 conueniet *Ile. Po1;* quod *add. Po1,* prout *Ile.* — 22 constituet *Ile. Po1.*

3 nostrorum *add. Po1,* Societatis in collegiis *Ile.;* profectus *add. Po2, 3;* 'in... moribus' *add. Po1.* — 4 institue'ndos suscepimus' *add. Po1,* collegiis in litteris ac bonis moribus instituere cupimus *Ile.; marg.* 'A' *Po3, add. Po. Po2,* Ss *Ile.* — 5 potest *Po1, 2, 3;* saltem *add. Po2,* certe quidem *Ile.* — 6 *Primum* 'disciplinis' *add. Po1,* litteris *Ile.;* humanioribus et in *Ile. Po2; marg.* 'B' *Po3, add. Po. Po2,* Tt *Ile.;* * pro *E1;* 'grauioribus' *et* 'disciplinis' *add. Po1,* grauioribus disciplinis *marg. obl.,* superioribus autem scientiis *2le.,* et in superioribus etiam scientiis *Ile.* — 7-8 ratione *add. Po3,* conditione *Ile.;* conditione *et* 'quid... sit' *add. Po1,* dispositione, maius Dei seruitium *Ile.* — 8 aperi'ri poterunt' *add. Po1,* aperiantur *Ile.* — 9 In septimum caput *Po3, Ile. Po2.* — 10 *Marg.* A *add. Po2,* Ss *Ile.,* Q *2le;* scholae apericndae *[1 v. marg. Po1, add. Po. Po2,* tenendae *Ile.] Po2, 3, E1.* — 12 *Marg.* B *add. Po2,* Tt *Ile.,* R *2le.* — 12-16 *Ile. Po2 ut Po1, 3 infra.* — 12 'quod... poterit' *add. Po2, om. Po3.* — 13 collegiis fere litterae *Po1, 2, 3, E1.*

12 Ita jam antiquius constitutum, cf. t. I, monum. 38bis, p. 284, n. 58; idem praecipit Ignatius, ad Araoz scribens 3 Aprilis 1548, *Monum. Ignat.* ib. II, 72. Cf. tamen *Monum. Ignat.* ser. 1a, IV, 216, ubi Jajo scribitur permitti posse ut loci certi accipiantur, quamdiu Constitutiones promulgatae non sint, 5 Aprilis 1552.

1 De hoc cap. 7 cf. *Proleg.* tomi II, c. 3, a. 8, § 3, p. LXVII; de utilitatibus horum collegiorum *Monum. Ignat.* ser. 1a, IV, 7-9.

niores, ac linguarum, et doctrina christiana, et, si opus esset, lectio aliqua de casibus conscientiae praelegeretur: si vero sit qui commode concionetur, aut confessiones audiat, id etiam ut fiat[2]*; et de scientiis superioribus non agatur; sed ad eas addiscendas ab iis Collegiis, ii, qui in Humanioribus Litteris profecerint, ad Universitates Societatis mittantur.*

---

2. [b] Teneatur in huiusmodi scholis is modus, quo externi Scholastici in iis, quae ad doctrinam christianam pertinent, bene instituantur: [c] cureturque, quoad eius fieri poterit, ut singulis mensibus ad sacramentum confessionis accedant, et verbum Dei frequenter audiant; et demum [d] cum litteris mores etiam christianis dignos hauriant. Et, quia in particularibus multum varietatis esse oportebit pro varietate locorum et personarum, singula persequi non est huius loci. Id tamen dictum sit, † in quovis Collegio [e] regulas, quae ad omnia necessaria descendant, constitui debere'. Hoc tamen commendatum hoc loco volumus, † ne [f] externis Scholasticis correctio, quoad illis opus erit, desit'; quae tamen per aliquem de ipsa Societate exercenda non erit[3].

C. *Ex regulis Collegii Romani, aliis, quod cuique conveniet, accommodari poterit.*

[b] *Inf.* c. 16 n. 2.

[c] *Inf.* c. 16 n. 1 et **A**.

[d] *Inf.* c. 8, **A**.

C

D

[e] *Inf.* c. 13, **A** et c. 17 n. 3 et **D** et **E** et *Prooe. declar.*

[f] *Inf.* c. 16 n. 5. [c. 17. **G**]

---

14 doctrinae christianae *Pra2, sqq.* — 15 praelegerentur *Po1, 2, 3.* — 16 et confessiones *Po1, 2, 3, E1.* — 15-16 si uero 'sit qui' commode *[5 vv. add. Po2, om. Po3]*... et confessiones... ut *[1 v. add. Po2, om. Po3]* fiat *Po2;* Quod si 'sit qui'... audiat, ut id etiam fiat *3le.,* Quod si commode fieri poterit ut sit qui *2le.* — 12-16 iuxta ipsiusmet Societatis 'commoditatem' *[1 v. add. Po1,* dispositionem *1le.];* nostra... collegiis fere *[1 v. add. Po1,* ut plurimum, in vniuersum *add. et obl.,* communiter *1le.]* litterae... ac [et *pr. Po1.*] linguarum 'et' [ac *pr. Po1*]... christiana *[seq.* doceretur *obl.]*... esset *[seq.* ut *obl.]*... praelegerentur. Quod si commoditatem Deus dederit, ut sit qui concionetur et confesiones audiat [audiet *Po1 pr.*], ut id etiam fiat *Po1, 3.* — 17-18 ab his... ii *[1 v. om. Po3]*... profecerint *add. Po2, 1le. ut Po1.* — 17-19 sed ab his collegiis *[seq.* ad *obl.]* qui humanioribus profece'rint' [profecissent *pr.*], ad 'eas' [has *pr.*] addiscendas, ad uniuersitates... mittantur [mitterentur *pr.*] *Po1.* — 20 Teneatur *add. Po1,* Curetur *1le.;* is *add. Po1, 3, est Po2.* — 21 iis *add. Po3,* his *1le.* — 22 singulis quibusque *1le. Po1.* — 23-24 'et... demum' *add. Po3,* et expositioni verbi Dei crebro intersint; atque *[1 v. add. Po1,* et *1le.]* ut uno uerbo dicatur *[1 v. add. Po2,* absoluam *1le.]* ut [studendum est ut *Po2*] cum litteris *1le.* — 25 in rebus particularibus *Po1, 2, 3, E1,* 'rebus' *add. Po1,* particularibus personis *1le.;* 'diuersita', *imp. v., add. et obl. Po1.* — 26 singula... loci *add. Po1,* hic ad singula descendendum non erit *1le.* — 27 *Marg.* 'C' *add. Po2, 3,* Vu *1le.;* * Collegio *E1.* — 28 Hoc tantum *Po1, 2, 3;* Id *1le. Po1.* — 29 *Marg.* 'D' *add. Po2, 3,* Xx *1le.;* * correctio *E1.* — 31 non erit exercenda *Po1, 2,* 3; 'erit' exerce'nda' *add. Po1,* exerceatur *1le.* — 32 *Marg.* C *add. Po2,* Vu *1le.,* S *2le.*

---

[2] Cf. *Monum. Ignat.* ib. VII, 588. Quomodo haec omnia, praesertim quae ad litteras pertinent, in collegio messanensi fierent, exponit minutissime Annibal Coudretus, 14 Julii 1551, *Litt. Quadrim.* I, 349-358. V. quoque *Monum. Paed.* pp. 338-459, «De ratione et ordine studiorum Collegii romani».

[3] De correctore *Monum. Ignat.* ib. IV, 601. Idem urget Lainius «perchè li nostri secondo la regola non hanno a metter' le mani nelli scholari», *Lainii Monum.* V, 514.

D. *Ad hoc, ubi corrector haberi poterit, habeatur: ubi non poterit, excogitetur modus, quo castigentur, vel per aliquem ex ipsis scholasticis, vel alia conveniente ratione.*

[g] *Inf.* c. 15 n. 4 et c. 17 n. 3 et **F** et *Exa.* c. 1 n. 3 et c. 4 n. 27 et P. 6. c. 2 n. 7 et **G.** et P. 7 c. 4 n. 4 et **B** et P. 10 n. 5. C. 1 d. 74.

3. Cum [g]tam proprium sit nostrae professionis, nullum temporale praemium accipere pro spiritualibus ministeriis, in quibus iuxta nostrum Institutum in proximorum auxilium occupamur; non convenit ullam Collegii dotationem admittere, per quam ad dan- **E** dum Concionatorem, aut Confessarium, † aut Lectorem aliquem Theologiae Societas obligetur'. Quamvis enim aequitatis et gratitudinis ratio nos ad serviendum cum maiori diligentia in dictis ministeriis, quae nostri Instituti sunt propria, moveat in Collegiis, quae maiori cum liberalitate et devotione fundata sunt; non tamen sunt recipiendae obligationes vel conditiones, quae sinceritatem impediant nostri in procedendo modi, qui est dare gratis, quae gratis accepimus: quamvis pro eorum sustentatione, qui communi bono Collegiorum serviunt, vel propter illud student, dotatio, quam fundatorum charitas assignare ad gloriam divinam solet, admittatur[4].

[h] C. 1 d. 75.

E. [h]*Ubi Praepositus Generalis vel Societas curam susciperet alicuius Universitatis, non repugnaret huius Constitutionis intentioni, ut sese ex consequenti obligaret ad lectiones illius ordinarias, quamvis inter illas aliquae theologicae essent.*

---

34 *Marg.* D *add. Po2,* Xx *Ile.;* T *2Ie.;* haberi *et* habeatur *add. Po2, om. Po3,* teneri *et* teneatur *Ile.;* poterit *add. Po2, om. Po3.* — 35 quo pueri castigentur *Po1, 2, 3, E1.* — 37 Cum... sit *add. Po3, reliqua paragraphus om.,* Cum *usque ad finem om. Po1, 2* *. — 41 *Marg.* E *om. E1, add. in Erratis.* — 44 Collegiis tamen *E1, 2b.* — 45 tamen *om. E1.* — 37-51 Cum tam sit proprium nostrae professionis, non admittere praemium ullum temporale pro ministeriis spiritualibus, in quibus iuxta nostri Instituti rationem in auxilium proximorum occupamur; non convenit dotationem alicuius Collegii admittere, si obligemur ad Concionatorem, vel Confessarium, vel Lectorem aliquem theologum dandum. Quamvis enim ratio aequitatis et gratitudinis nos moveat, ut maiori cum sollicitudine proximis inserviamus in huiusmodi exercitiis nostri Instituti propriis, in Collegiis, quae cum maiori liberalitate et devotione fundata fuerunt; non est tamen agendum de obligationibus vel pactis, quae repugnant sinceritati, cum qua in rebus nostris solemus procedere, gratis dando quod gratis accepimus: quamvis ad sustentationem eorum, qui communi bono Collegiorum inserviunt, vel ad id litteris dant operam, admittatur ea dotatio, quam fundatorum charitas ad Dei gloriam solet assignare *Congl.* — 52-55 *Marg.* E *om. Po2;* 'Ubi... essent' *add. Po2,* initio *Decl. capitis sequentis* **, *om. Po3.* — 52 Cum Praepositus *Congl.* — 52-53 Universitatis alicuius curam susciperet *Congl.* — 54-55 si se consequenter obligaret ad lectiones ordinarias in ea praelegendas, quamvis inter eas aliquae ad Theologiam pertinerent *Congl.*

---

* Est locus additus a congregatione prima generali, decr. 74, *Institutum* II, 172.
** Haec declaratio addita est per decretum 75 congregationis primae, ib.

---

[4] Haec paragraphus 3 addita est quartae parti ex decreto 74 congregationis primae, *Institutum* II, 172; cur capiti septimo, non invenimus; fortasse quia in eo agitur de lectoribus concedendis; Polancus maluisset addi capiti secundo, cod. *De rebus cong. I-VIII*, p. 41.

De Scholasticis instituendis in iis, quae ad proximos suos iuvandos pertinent. Cap. VIII.

1. Scopum illum intuendo, ad quem studia Societatis diriguntur, [a] sub ipsorum finem congruum erit, ut ad arma spiritualia in proximorum auxilium tractanda assuescere incipiant. [b] Quamvis enim id proprie magis et diutius in Domibus fiat, poterit tamen in Collegiis inchoari.

2. Primum, illi, qui iuxta Superioris iudicium ad Sacros Ordines erunt promovendi [1], in ratione Missae dicendae, ut praeter intelligentiam et devotionem internam, decentem etiam habeant exteriorem modum ad audientium aedificationem, instituantur; [c] et cerimoniis eisdem omnis Societas, quantum fieri potest, utatur: in quibus usum romanum, ut magis universalem, et quem peculiari quadam ratione Sedes Apostolica amplexa est, quantum patietur regionum varietas, sequetur [2].

3. In [d] concionibus etiam et † sacris lectionibus eo modo proponendis, [e] qui aedificationi populi conveniat', (qui a scholastico diversus est) se etiam exerceant; studeantque ad id munus obeundum linguam populo vernaculam bene addiscere [3]. † Res etiam

[a] *Sup.* c. 6 n. 3 et **C** et *inf.* c. 10 n. 10.

[b] P. 3 c. 1 n. [27] et P. 7 c. 4 n. 10.

[c] *Exa.* c. 5 n. 7 et P. 8 c. 1 n. 8.

[d] *Inf.* c. 10 n. 10 et *Exa.* c. 4 n. 25 et P. 3 c. 1 n. 21 et P. 10 n. 3. **A**

[e] P. 7. c. 4 n. 6. C. 1 d. 110. C. 4 d. 10. **B**

1 instituendis *add. Po1,* instruendis *1le.;* iis *add. Po3,* his *1le.* — 1-2 'his quae ad' *et* 'pertinent' *add. Po1,* mediis *[1 v. add. Po1,* modis *1le.]* proximos iuuandi, instruendis *2le.* — 5 tractanda *add. Po1,* exercenda *1le.* — 6 magis *[add. Po3]* et *Po2, 3,* ac *Po1.* — 8 Primum *add. Po2,* In primis *1le.* — 9 ratione *add. Po1,* modo exteriori et *1le. imp.* — 10 'etiam' *add. Po1.* — 12 ceremoniis *E3, Fl, Ro.* — 12-13 'quibus' *add. Po1,* Et in eis, quantum patietur regionum uarietas, usum *1le.;* et in quibus usum *1le. Po2.* — 13-14 quem *et* amplexa est *add. Po3,* et peculiari... a sede apostolica commendatum *1le.; post v.* apostolica *est* complexa *add. et obl. Po1.* — 14-15 'quantum... sequetur' *add. Po1,* commendatum, sequatur *1le.* — 16 *Marg.* 'A' *add. Po2, 3,* Yy *1le.;* ⁎ et *E1;* concion'ibus' *et* 'sacris lectionibus' *et* 'proponendis' *add. Po1,* in concionando et legendo ad populi edi, *imp. v.* edificationem, *1le.* — 18 ualde diuersus *1le. Po2,* 'valde' *add. Po1.* — 18-19 'ad... populo' *add. Po1,* uerna *[imp. v.]* linguam *1le.* — 19 Et res *1le. Po1; marg.* 'B' *add. Po2, 3,* Zz *1le.* — 19 20 etiam illas uidisse *Po1, 2, 3;* prae manibus *add. Po2,* in numerato *1le.;* 'etiam' *et* 'vidisse oportet' e't in' *et* habe're' *add. Po1,* uiderint, ea in numerato habeant *1le.*

1 Cf. t. I, monum. 38bis, p. 286, n. 85.

2 Usus romanus ejus temporis nondum erat eo modo stabilitus quem S. Pius V aliique summi pontifices in Missali romano multis post annis constituerunt. Hujus rei signum est v. g. quod S. Ignatius missam de Sanctissima Trinitate tam saepe dicere solitus esset (v. *Ephemeridem* in t. I, pp. 100-104, 111-120), et Patres congregationis generalis primae, decernentes sequendum esse usum romanum, subjungerent «omisso psalmo *Iudica me, Deus*, et in fine dicendo Evangelium Lucae, *Loquente Iesu ad turbas*, vel *In principio erat Verbum* pro uniuscujusque devotione», decr. 93, *Institutum* II, 176. Cf. Baudot, *Le missel Romain*, Paris, 1912; J. B. Ferreres S. J., *Historia del misal romano*, Barcelona, 1929; F. Cabrol, *Missel romain*, in *Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie*, XI2, 1468 sqq.

3 Linguam vernaculam discendam injunxit S. Ignatius anno 1555, iterum anno 1556, *Chron.* V, 49, n. 98, et VI, 16, n. 36; *Monum. Ignat.* ser. 1a, X, 451; cf. et III, 543; X, 694; XI, 94.

alias vidisse oportet' et prae manibus habere, quae ad hoc officium utiliores futurae sunt; ac demum, ut melius et cum maiori fructu
C animarum id munus obeant, † omnibus mediis utantur, quibus commode iuvari possint'.

In Caput VIII. De Scholasticis instituendis in iis quae ad proximos suos iuvandos pertinent.

A. *Inter legendum, praeter interpretationem, advertendum est,*
[f] *Sup.* c. 7 n. 2. *ut aliqua, quae* [f]*ad mores et vitam christianam iuvent, attinganta-*
[g] *Inf.* c. 16 n. 4. *tur.* [g]*Et hoc fiet etiam in classibus Collegii; multo vero impensius, cum populo praelegitur.*

B. *Conferet vidisse evangelia toto anno occurrentia, peculiari studio adhibito, quod ad concionandi rationem destinetur; et aliquid ex sacra Scriptura, ut populo praelegatur: praevidisse etiam quod ad vitia pertinet, et in eorum detestationem inducit, et remedia eisdem applicanda; sicut e contrario, quae ad praecepta, ad virtutes, ad bona opera pertinent; tum ea, quae movere possint ad illa amanda, et media etiam ad eadem consequenda: et haec in compendium, si fieri potest, redacta utiliora esse solent, ne tam multis libris opus sit.*

C. *Huiusmodi media sunt, vidisse praeceptiones, quas de modo concionandi illi tradunt, qui bene hoc munus obierunt; et bonos audire concionatores, et se in concionibus domi aut in monasteriis exercere, bonum habere correctorem, qui de erroribus admoneat,*

---

20 * vidisse *El.* — 21 vtiles *Pol, 2, 3, El;* sunt *add. Po3,* sunt futurae *Ile.* — 21-22 demum *[seq.* mediis omnibus ad *obl. Pol]* vt *[1 v. add. Pol]* melius et [ac *pr. Pol*] cum... id munus *[1 v. add. Po3,* muneris *obl. et rest. Pol, non transcriptum in Po2]* 'obeant' *[1 v. add. Pol,* ut obeant *marg. obl.,* obeundum *obl. rest. et obl.] Pol, 2, 3.* — 22 *Marg.* 'C' *add. Po2, 3,* Aaa *Ile.* — 22-23 omnibus... possint *add. Po2 [ubi seq.* in ministerio *add. et obl.],* omnem lapidem moueant *Ile.,* 'moueant' *add. Pol,* omnem moueant lapidem *2Ie.,* conuenientibus utantur *Ile.* — 24 iis *add. Po2,* his *Ile.* — 26 *Marg.* A *add. Po2,* Yy *Ile.,* V *2Ie.* — 27 ad aedificationem *[2 vv. add. Pol,* ad mores *Ile.]* et *Pol, 2, 3, El.* — 28 fiet *om. Pol, 2, 3;* collegii obiter multo uero *[1 v. add. Po2, om. Po3,* at multo *Ile.]* impensius *Pol, 2, 3, El.* — 30 *Marg.* B *add. Po2,* Zz *Ile.,* X *2Ie.;* Conferet diligenter *Pol, 2, 3.* — 30-31 pecuriali *[sic]* studio et ad pr, *Ile. imp. Pol.* — 31 'concionandi' rationem *add. Po2,* praedicationem *Ile.;* concionandi rationem, usum *marg. Pol.* — 32 ut populo *[2 vv. add.,* ut *Ile.]* prelegatur [narretur *add. et obl.*] *Pol.* — 33 a uitiis *Ile. Pol;* 'detestationem' *add. Po2.* — 33-38 *Ile. Po2 ut Pol infra.* — 34-36 e contrario [e contra *3Ie.,* contra *2Ie.*]... illa *add. Po2.* — 36 etiam *add. Po2;* consequenda operae precium erit *Po3, Ile. Po2.* — 38 sit opus *Po3, Ile. Po2.* — 33-38 eorum abominationem [odium et detestationem *marg.*] inducit... sicut uiceuersa [contra *marg.*] praeceptorum, uirtutum, bonorum operum [studiosarum actionum *marg. Pol, add. Po. Po2 et obl.*] quae mouent ad ea amanda et media ad eadem consequenda 'operae pretium erit': et haec... si fieri potest *[3 vv. add.]*... sit opus *Pol.* — 39 *Marg.* C *add. Po2,* Aaa *Ile.;* Huiusmodi... sunt *add. obl. et rest. Po2, om. Po3,* Ad id faciet *Ile., add. Po. Pol,* Media sunt *Ile.* — 40 hoc *add. Po2, om. Po3,* munus obierunt *marg. Pol, add. Po. Po2,* illud officium exercuerunt *Ile.* — 41 in concionibus domi *[2 vv. add. Po. Po2,* 'domesticis' *pr.,* praedicatione domi *Ile.]* et in *Po2, El;* concionibus domesticis *Po3;* dicendo et concionibus domesticis *marg. Pol.* — 42 correptorem *Ile. Pol;* 'de erroribus ['errores' *pr.*] admoneat' *add. Po2,* defectus adnotet *Ile.;* errores adnotet *Po3;* uitia *marg. Pol.*

tum in rebus quae dicuntur, tum in voce, tonis, gestibus et motibus. Reflectat et ipse considerationem ad ea quae dixit, quo magis undecumque iuvetur.

4. In [h]ministerio etiam sacramentorum † confessionis' et communionis sese exerceant; et, non solum quod ad ipsorum, sed etiam quod ad paenitentium et communicantium officium pertinet, ut bene ac utiliter ad Dei gloriam ea percipiant et frequentent, perspectum habere ac exsequi curent. **D**

[h] *Sup.* c. 5, **D** et *Inf.* c. 10 n. 10 et P. 7 c. 4 n. 5 et **C.**

D. *In confessionibus, praeter studium scholasticum et casuum conscientiae, praesertim restitutionis, conveniet compendium aliquod casuum et censurarum, quae reservantur, habere, (ut videat quo pertingat ipsius iurisdictio) et simul formulas, quae minus usitatae sunt quarumdam absolutionum, quae occurrunt; ac brevem interrogandi methodum de peccatis et eorum remediis; et instructionem ad bene ac prudenter in Domino sine damno suo et cum proximorum utilitate hoc officium exercendum: et, aliqua confessione audita, praesertim in principiis, Confessarius apud se consideret, num in re aliqua defecerit, ut in posterum caveat* [4].

5. † Ad [i]Exercitia Spiritualia aliis tradenda, postquam quisque in se ea fuerit expertus, assuescant; et dent operam omnes, ut et eorum reddere rationem, et in hoc armorum spiritualium genere tractando (quod Dei gratia ad ipsius obsequium tantopere conferre cernitur) dexteritatem habere possint. **E**

[i] *Inf.* c. 10 n. 10 et P. 7 c. 4 n. 8 et **F.**

E. *Possent ad Exercitia aliis tradenda assuescere, nonnullis ea tradendo, in quibus minor iactura esse possit, si quid erretur;*

44 quae dicit *Po3;* undecunque *add. Po1,* in omnibus *1le.* — 46 *Marg.* 'D' *add. Po2, 3,* Bbb *1le.* — 47 se *E5 sqq.* — 47-50 et *[seq.* perspectum habeant ac (et *pr.*) exequi curent *obl. Po1]* non... quod [que *Po1 pr.*] ipsorum *[seq.* officium *obl. Po1]*... quod [que *Po1 pr.*]... 'officium pertinet' *[2 vv. add. Po1]*... ac utiliter *[1 v. add. Po3,* cum fructu *1le]*... percipiant et *[2 vv. add. Po3]* frequentent, 'perspectum... curent' *[5 vv. add. Po1] Po1, 2, 3.* — 51 *Marg.* D *add. Po2,* Bbb *1le.* — 53 reseruantur, tenere *Po1, 2, 3, E1.* — 54-55 et in his *[2 vv. add. Po. Po2, om. Po3]* formulas... vsitatae sunt *[2 vv. add. Po. Po2, om. Po3] Po2, E1;* formularum minus usitatarum *Po3, 2le. Po2; 1le. Po2 ut Po1;* formularum minus consuetarum [usitatarum *marg.*] *Po1.* — 55-56 interrogandi methodum *add. Po1,* interrogatorium *1le.* — 59 praesertim in principiis *add. Po1;* confessarius apud se *om. Po1, 2, 3, E1.* — 60 num qua in re defecerit *Po1, 2, 3.* — 61 *Marg.* 'E' *add. Po2, 3,* Ccc *1le.;* * Exercitia *E1;* Ad... aliis tradenda *add. Po1,* In exercitiis spiritualibus tradendis *1le.* — 62-63 et... operam *[seq.* ut *obl.]* omnes ut et eorum [et... eorum *add.*, et omnes eorum posse *2le.,* et quisque eorum *1le.*] reddere *Po1.* — 63 *Post v.* rationem *est* possint *add. et obl. Po1.* — 63-64 'in' *et* 'spiritualium' *et* tractando *add. Po1.* — 64 quod cernitur *1le. Po3.* — 65 cernitur *add. Po3;* possint *add. Po1,* curent *1le.* — 66 *Marg.* E *add. Po2,* Ccc *1le.* — 67 ea tradendo *add. Po1,* nonnullos exercendo *1le.*

[4] Ad confessarios et confitentes juvandos editum est opus *Breve Directorium ad Confessarii ac Confitentis munus rite obeundum,* concinnatum per M. Joannem Polancum, Theologum Societatis Iesu. Romae apud Antonium Bladum 1554. Ad communionis frequentiam rite fovendam inserviit Christophori Madridii, Societatis Jesu, *Libellus de frequenti usu sacramenti Eucharistiae,* Neapoli, 1556.

et conferre cum aliquo magis exercitato suum procedendi modum, bene annotando quod magis vel minus convenire deprehenderit. Cum vero Exercitiorum ratio redditur, non solum id agatur, ut aliis satisfiat; sed etiam, ut in illis desiderium excitetur, ut eisdem iuvari velint. In universum autem loquendo, quae ad primam hebdomadam pertinent tantum tradantur. Quando vero omnia tradentur, raris hominibus, vel qui de vitae suae statu deliberare velint, tradi oportebit[5].

F 6. † Studium ⁱetiam congruum in modo tradendae doctrinae
Sup. c. 7 n. 2 et *inf.* c. 10 n. 10. C. 1 d. 64, 137. christianae', qui sit captui puerorum ac rudium accommodatus, adhibeatur.

F. *Iuverit etiam in compendium redactam habere explicationem rerum ad fidem et vitam christianam necessariarum*[6].

---

7. Ut in superius dictis proximi ad bene vivendum ⁱuvantur,
G ita curandum est, ut ea, † quae ad bene moriendum illis conferunt, percipiantur'; quique modus in eo tempore, in quo tantum est momenti ad finem ultimum aeternae felicitatis consequendum vel ab ea excidendum, teneri debeat, intelligatur.

G. *Aliud etiam compendium de modo iuvandi ad bene moriendum utile erit; ut memoria renovetur, quando sanctum hoc officium exercendum erit.*

---

68 exercitato *add. Po2, marg. Po1,* experto *Ile.* — 69-70 deprehenderit *et* uero exercitiorum *add. Po2,* deprehendit. Et cum eorum ratio *Ile.* — 71 'satisfiat' *add. Po2, om. Po3,* alii bene de ipsis sentiant *Ile.;* ut aliis satisfiat *add. et obl. Po1;* illis *add. Po1,* eis *Ile.* — 72 In uniuersum *add. Po2,* Generatim *Ile.* — 76 *Marg.* 'F' *Po3, add. Po2,* Ddd *Ile.;* ad modum * *E1.* — 76-77 congruum ad modum... christianae addiscendum qui *Po1, 2, 3, E1;* 'addiscendum' *add. Po1,* ad modum addiscendum *Ile.* — 77 qui *et* accommodatus *add. Po2,* quod... accomodatum *Ile.;* 'quod sit' captui *add. Po1,* ad captum *Ile.* — 79 *Marg.* F *add. Po2,* Ddd *Ile.* — 82 *Marg.* G *om. E1, Po1, 2, 3;* conferunt *add. Po1,* iuuant *Ile.* — 82-83 illis *et* percipiantur *add. Po3,* intelligantur *Ile.* — 83 tempore *add. Po1,* temporis 'momento' *2Ie.,* articulo *Ile.* — 85 ab eodem *Po1, 2;* intelligatur *add. Po3.* — 86 *Marg.* G *om. E1, Po1, 2, 3.*

---

[5] Hanc rem optime Ignatius ipse exposuit Joanni de Victoria, cf. *Directoria Ignatiana dictata* in *Monum. Ignat.* ser. 2ª, tomo unico, 785-794.

[6] Notum est quantum ad eruditionem catecheticam christiani populi contulerint, inter alios, SS. Petrus Canisius et Robertus Bellarminus S. J. Ille ab anno 1555 opere *Summa doctrinae christianae.* Cf. Streicher S. I. Frid. in Prolegomenis operis *S. Petri Canisii Doctoris Ecclesiae Catechismi latini et germanici* - Pars prima - Catechismi latini - Romae, Pontificia Universitas Gregoriana; Monachii Bavariae, Officina Salesiana - 1933; Otto Braunsberger S. I. *Entstehung und erste Entwickelung der Katechismen des seligen Petrus Canisius,* Freiburg i. B. 1893; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VII, 243, et VIII, 278. S. Robertus inde ab anno 1598 opere *Dichiarazione più copiosa della doctrina christiana,* cf. Sommervogel, *Bibliothèque* I, 1182, sqq.

8. [k] In universum loquendo, edoceri eos convenit, quem mo- [k] P. 10 n. 3.
dum tenere oporteat huius Societatis operarios, qui in tam variis mundi regionibus cumque tam diversis hominum generibus versari debent, antevertendo incommoda, quae possunt accidere; et emolumenta, quae ad maius Dei servitium conferunt, captando; omnibus rationibus adhibitis, quae possunt adhiberi. Et, quamvis hoc sola unctio sancti Spiritus, et ea prudentia, quam communicare solet Dominus illis, qui in divina sua maiestate confidunt, docere possit; via saltem aliquo modo quibusdam documentis, quae iuvent et ad effectum divinae gratiae disponant, aperiri potest.

De Scholasticis a studio litterarum educendis [1]. Cap. IX.

1. † Ex Collegiis nonnulli, propter causas in secunda parte dic- **A**
tas et modo inibi explicato, educuntur', ut alii, qui ad divinum servitium magis proficiant, eisdem succedant. Eadem siquidem in hac parte Domorum et Collegiorum est ratio.

In Cap. IX. De Scholasticis a studio litterarum educendis.

A. [a] *Alii educuntur post septem annos, ii videlicet, qui ad Collegia admissi sunt ad id tempus, absque eo quod constituerint ingredi Societatem, quemadmodum dictum est. Sed tamen dispensari in tempore septem annorum, idque prorogari posset, cum huiusmodi Scholastici, exemplo vitae suae, magnae aedificationis essent; ita ut, vel magnum Dei obsequium ab eis exspectaretur, vel utiles esse Collegio viderentur.* [a] *Sup.* c. 3, **B.** C. 1 d. 28.

89 edoceri *add. Po1,* discere *add. et obl.,* instrui *1le.;* 'conuenit' *add. Po1,* oportet *obl. rest. et obl.* — 90 'oporteat' *marg. Po1, ubi* decet, necesse est *obl.;* tenere debeat... operarius *1le.* — 90-91 in *et* regionibus *add. Po3,* per varias mundi plagas *[1 v. add. Po1,* partes *1le.]* discurrere, cumque *1le.* — 92 incommoda *add. Po2,* ea mala *1le.;* anteuertendo ea *add. Po1,* praeuertendo *2le.,* praeoccupando mala illa *1le.;* detrimenta inconuenientia *add. et obl.* — 93-94 'conferunt... rationibus ['mediis' *pr.*]... adhiberi' *add. Po1,* his aut illis mediis [rationibus, modis *marg.*] utendo assumi possunt *1le.* — 1 solet diui, *imp. v., 1le. Po1.* — 2 uia certe aliquo modo *Po1, 2, 3, E1;* 'aliquo modo' *et* 'documentis' *add. Po1,* auisos *add. et obl.,* via certe aperiri quibusdam consiliis *1le.* — 3 poterit *Po2.*

2 *Nulla litt. marg. hoc capite E1; Po1, 2, 3 nulla hoc loco.* — 3-4 in diuino seruitio *1le. Po1.* — 5 *Seq.* Alii post septennium educuntur, nimirum illi qui sine deliberatione ingrediendi Societatem, ut dictum est, in collegiis ad id tempus fuerunt admissi *obl. Po2, 3, non obl. Po1; marg.* 'Eee' *Po1, 1le. Po2, 3,* A *add. et obl. Po2, 3.* — 6 abducendis *Po1, 2, 3,* educendis *1le. Po2, 3.* — 7 *Marg.* A *om. E1, add. Po2, textui addito,* G *1le., ante textum additum* Eee *1le.,* G *2le.* — 7-9 'Alii... tamen' *add. Po2, om. Po3* *. — 9 Dispensari posset *1le. Po1.* — 11 'scholastici' *et* 'vitae' su'ae' *add. Po1,* suo multum *1le. imp.* — 12 uel quando *1le. Po1.* — 13 esse *add. Po2, om. Po3.*

* Est locus e Constitutionibus in Declarationes translatus a congregatione prima, decr. 28, *Institutum* 11, pag. 163; v. t. 11 pp. 452-453, textus *B* et *D.*

[1] Hujus capitis aliqua praeparatio est ex parte in monum. 28, t. I, pp. 190-191, nn. 20-22.

2. Aliqui etiam aliquando educentur, quod ipsis ad maiorem in spiritu vel in litteris profectum alio transferri, vel quod ad universale bonum Societatis conveniat: [b] ut accideret, si, qui Artium curriculum in aliquo Collegio emensus esset, ut easdem alibi praelegeret, ante Theologiae studium educeretur. Et idem dictum sit, si qua in re alia ad maius Dei obsequium et gloriam essent occupandi [2].

[b] *Sup.* c. 6 n. 18 et **F**.

3. Communis autem modus educendi Scholasticos ex Collegio aliquo, ubi omnes praedictae scientiae traduntur, tunc erit, [c] cum quisque studia sua iam absolverit, [d] peracto Artium curriculo, et quatuor annis Theologiae studio impensis. Et sub huius temporis finem [e] suarum esse partium Rector intelligat, Praepositum Generalem vel Provincialem admonere, et quantum hi profecerint referre; ac postmodum, quod ei praescriptum fuerit ad Dei gloriam, exsequetur.

[c] *Inf.* c. 15 n. 2 et 3 et **B** et P. 5 c. 2 n. 2 et **B**.

[d] C. 22 d. 34.

[e] *Inf.* c. 10 n. 5.

De gubernatione Collegiorum. Cap. X.

1. [a] Supremam curam vel superintendentiam Collegiorum, iuxta Sedis Apostolicae litteras, professa Societas habebit [1]. Cum enim [b] quidquam privatae utilitatis ex reditibus quaerere, vel in suum usum convertere non possit; est valde probabile quod maiori cum puritate ac spiritu, constantius ac diuturnius procedet in iis, quae ad bonum regimen Collegiorum ad maius Dei ac Domini nostri obsequium provideri convenit.

[a] *Sup.* c. 2 n. 5 et **C** et P 10. n. 4.

[b] *Sup.* c. 2 n. 5 et **C** et *Exa.* c. 1 n. 4 et P. 6 c. 2 n. 3 et P. 9 c. 3 n. 18 et c. 4 n. 7 et P. 10 n. 4.

2. Praeter [c] id autem, quod ad Constitutiones, et dissolutionem vel alienationem huiusmodi Collegiorum pertinet, universa potestas et administratio, et, ut in genere dicatur, huius superintendentiae exsecutio penes [d] Praepositum Generalem erit; qui fi-

[c] *Sup.* c. 2 n. 3 et *inf.* c. 11 n. 2 et P. 8 c. 2 n. 2 et P. 9 c. 3 n. 5 et 17 et 18.

[d] *Sup.* c. 2 n. 5 et **C** et P. 9 c. 3 n. 1 et 3.

---

17 aliquo *add. Po3,* hoc *Ile.;* praelegeret *add. Po3,* praelegat *Ile.* — 18 adduceretur *Ile. Po1.* — 24 studiis *Ile. Po2,* studio *Po1.* — 25 rector *add. Po1,* rector suarum *Ile.* — 27 'ac postmodum' *add. Po1,* et *Ile.*

2 'vel superintendentiam' *add. Po1,* uel superintendentiam *Ile., obl. et rest. Po2,* huius superintendentiae *add. et obl.* — 4-5 'vel' *et* 'non possit' *add. Po1,* quaerere non possit nec in *Ile.* — 5 possit, rationi [ratione *pr. Po1*] ualde consonum est, quod *Po1, 2, 3, E1.* — 5-6 maiori cum 'puritate ac' *add. Po1,* purius et sinceriori cum *Ile.* — 6 'constantius... diuturnius' *et* iis *add. Po3,* procedet etiam in posterum *et* his *Ile.* — 9 'autem' *add. Po1,* Et praeter id quod *Ile.* — 11 'potestas' *add. Po1,* auctoritas *Ile.;* dicatur *add. Po3,* dicam *Ile.;* huius *[seq.* superintendentiae *add. et obl. Po2]* supremae curae uel superintendentiae *Ile. Po2;* 'vel superintendentiae' *add. Po1,* uel superintendentiae *Ile.*

---

[2] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], V, 284 et 333.

[1] Cf. t. I, monum. 10, n. 4, et 10[bis], n. 3, p. 53; monum. 38[sexies], p. 353, « De collegiis »; bulla Pauli III, « Regimini militantis Ecclesiae », 27 Septembris 1540, monum. 7, t. I p. 29 n. [6], et Julii III « Exposcit debitum », 21 Julii 1550, monum. 40, ib. p. 379 n. [5].

nem illum, ad quem Collegia et Societas tota contendit, prae oculis habens, melius, quid eisdem conveniat, intelliget.

3. Per [e]se ergo, vel per alium, cui suam facultatem communicaverit in hac parte, Praepositus Generalis Rectorem, † ut praesit cuicumque Collegio, aliquem ex Coadiutoribus Societatis constituet', qui [f]Praeposito Provinciali, [g]vel cui Generalis praescripserit, rationem sibi assignati muneris reddet. Et penes eumdem erit Praepositum, Rectorem amovere, talique cura, prout ei convenientius in Domino videbitur, liberare.

A

[e] *Sup.* c. 2 n. 5 et *inf.* c. 17 n. 1 et P. 9 c. 3 n. 3 et 14 et 15. C. 27 d. 244.

[f] *Sup.* c. 2 n. 5 et P. 9 c. 3 n. 4 et 15 et **C**

[g] C. 5 d. 33. C. 8 d. 60 n. 4.

In Caput X. De gubernatione Collegiorum

A. [h]*Hoc non prohibet, quin Professus aliquis, ad visitandas vel reformandas alicuius Collegii res missus, manere in eo posset, vel omnibus aliis ad tempus praeesse, vel aliter; ut magis convenire ad Collegii vel ad universale bonum videretur*[2].

[h] *Sup.* c. 2, **F** et P. 6 c. 2 n. 3.

---

4. Curandum [i]est autem, ut ille, cui Rectoris officium imponitur, magni sit exempli, magnae aedificationis, magnae etiam mortificationis in omnibus pravis inclinationibus, et in obedientia praecipue ac humilitate probatus; qui donum etiam discretionis habeat, ad gubernandum idoneus, in rebus agendis versatus, in spiritualibus exercitatus sit; qui severitatem suo tempore et loco cum benignitate miscere noverit; qui sollicitus, qui patiens laborum, qui etiam in litteris eruditus sit; et demum eiusmodi, cui confidere, cuique suam potestatem tuto communicare Praepositi Supe-

[i] *Inf.* n. 8 et P. 8 c. 1 n. 3.

---

13 Societas... contendit *add. Po1,* tota Societas tendit *Ile.* — 14 quod eisdem conuenit *Ile. Po1.* — 15 'facultatem' *add. Po1,* auctoritatem *Ile.* — 16 huiusmodi praepositus *Ile. Po1.* — 16-17 rectores constituet ut praesint collegiis *Ile. Po1; marg.* 'A' *add. Po2, 3,* Fff *Ile.* — 17 * aliquem *E1.* — 18 'constituet' *add. Po1.* — 19 assignati *add. Po1,* commissi *Ile.* — 20 'praepositum', *[addita virgula (,)] add. Po1,* eum *Ile.;* rectorem itidem *Po1, 2, 3;* amouere talique *add. Po2,* remouere tali *Ile.;* remouere, uel in alium locum *Ile. Po1;* et tali *Po1.* — 20-21 'ei conuenientius' *et* 'liberare' *add. Po1,* et a tali cura liberare prout melius ei in Domino uidebitur *Ile.* — 23 *Marg.* A *add. Po2,* [Ff]f, *corrosa charta, Ile.* — 24 'in eo' *add. Po1.* — 25 uel [et *(?) pr., seq.* praeesse *obl.*]... 'praeesse' *Po1.* — 26 collegii bonum *Ile. Po1.* — 27 'autem... imponitur' *add. Po1,* ut rector *Ile.* — 28-29 magni... inclinationibus *add. Po2,* uitae suae exemplo commendatus *[seq.* et *Po1 obl.]* ad aliorum aedificationem aptus uel a *[1. v. add., quod jam est in Po1]* prauis omnibus affectibus purgatus *Ile.;* 'vel a prauis ['sinistris' *pr.,* prauis *marg. obl.*]... purgatus' [uacuus *marg. obl.*] *add. Po1,* et in sinistris omnibus affectibus mortificatus *Ile.* — 30 probatus sit *Ile. Po3.* — 31 ad gubernationem *[seq.* sit *obl. Po1] Po1, 2;* versatus et *Ile. Po1.* — 32 'sit' *add. Po1;* suo loco et tempore *Po1, 2.* — 33 qui sit sollicitus, patiens *Ile. Po1;* solicitus et *Ile. Po2,* et *om. Po1.* — 34 'qui' *[emend. ex* ac*]* 'etiam' in *Po1;* 'sit' *add. Po1;* eiusmodi *add. Po3;* talis *add. et obl.* — 35 cuique *et* communicare [credere *pr.*] *add. Po3.;* potestatem... credere *add. Po1,* auctoritatem secure comittere *Ile.*

---

[2] V. t. I, monum. 38, p. 274, n. 27. Rectores collegiorum fuisse interdum professos, etiam sub Ignatio Patre, certum est; P. Andreas de Oviedo, v. g. professus Gandiae anno 1549 (*Chron.* I, 361), rector collegii neapolitani deinde fuit (ib. II, pp. 519-520).

riores possint[3]: [j]quandoquidem, quo haec potestas maior erit, eo melius regi Collegia ad maiorem Dei gloriam poterunt.

5. Rectoris officium erit[4], in primis, oratione et sanctis desideriis totum Collegium, velut humeris suis, sustinere. Deinde curare, † ut [k]Constitutiones observentur'; omnibus collegialibus cum omni sollicitudine invigilare, [l]eosdemque ab iis, quae nocere possint domi et foris, defendere, tum praeveniendo, tum etiam, si quid mali accideret, remedium adhibendo, ut ad singulorum et universale bonum convenit, utque in virtutibus et litteris proficiant curando; [m]sanitatem eorum, † et bona etiam Collegii, tam stabilia quam mobilia, conservando', eos, qui officia gerant domestica, prudenter constituendo, et quomodo suis fungantur officiis, considerando, et, prout in Domino convenire iudicabit, vel in eisdem ministeriis detinendo, vel ab iisdem removendo. Et, generatim loquendo, curet, ut quae in superioribus capitibus dicta sunt, quae quidem ad Collegia spectant, observentur. [n]Memor sit etiam subordinationis integre observandae in obedientia, non solum ad Generalem, sed ad Provincialem quoque; certiorem eum de quibus oportet reddendo, ad eumque referendo quae maioris erunt mo-

j P. 2 c. 1 n. 2 et **B** et P. 9 c. 6 n. 2 et P. 10 n. 8.

B

k P. 6 c. 1 n. 1 et c. 5 et P. 9 c. 3 n. 8 et c. 6, **A** et P. 10 n. 13.

C

l P. 3 c. 1 n. 11.

m *Sup.* c. 2 n. 5.

n P. 8 c. 1 n. 4 P. 10 n. 9.

---

36 'possint' *add. Po1,* possint praepositi *1le.;* 'quo haec potestas' *add. Po1,* 'quo haec facultas' *3le.,* quo equa 'facultas' *2le.,* quo equa auctoritas *1le.* — 40 *Marg.* 'B' *add. Po2, 3,* Ggg *1le.;* * Constitutiones *E1.* — 40-41 cum... sollicitudine *add. Po1,* sollicite *1le.* — 41 iis *add. Po3,* his *1le.* — 42 'defendere' *add. Po1,* conseruare *1le.* — 43 accideret *add. Po3,* accidisset *1le.;* et ad *Po1, 2.* — 44 ut *Po1, 2,* 'curando' *add. Po1,* curando ut in *1le.* — 45 conseruando et sanitatem *1le. Po1; marg.* 'C' *add. Po2, 3,* Hhh *1le.* — 46 'eos... gerant' *add. Po1,* ministros uel officiales domesticos *1le.* — 49 detinendo uel in alia commutando. Et *Po1, 2, 3;* detinebit... commutabit *1le. Po1;* 'generatim loquendo' *add. Po1,* ut in summa dicam *1le.* — 50 capitibus... sunt *add. Po3,* dicta sunt in superioribus *1le.;* superioribus capitulis *1le. Po1.* — 52-53 integre... generalem praepositum sed... quoque *Po3, add. Po2, 1le. ut Po1.* — 51-54 etiam *[seq.* exact *obl.]* 'subordinationis ['ordinis' *2le.*] accurate' [accurate *et* accuratissime *marg. obl.*] obseruandae [obseruandi *2le.,* obseruandae *1le.*] 'qua ['et' subordinationis qua *pr.*] vt collegialibus ipse praeest, ita' non solum generali sed etiam provinciali preposito subest *[seq.* ad eum referend, *imp.* v., *obl.]* certiorem eum 'de quibus oportet' reddendo *[seq.* et *obl.]* ad eum'que' *Po1.*

---

[3] *Constitutiones Scholarum Piarum*, parte 2, c. 9 §§ 2 et 3 dicunt de ministris localibus complura quae hic dicuntur de rectoribus: « II. Singulis ergo domibus nostris singuli Ministri locales assignentur in variis mortificationibus, in obedientia et humilitate probati, in rebus agendis versati, qui donum discretionis habeant, et sciant suis loco et tempore severitatem cum benignitate miscere. III. Sint etiam tali virtute et moribus praediti, quibus Generalis, seu de ejus ordine Provincialis tuto potestatem suam committere possit ».

[4] Officium ministri in *Constitutionibus Scholarum Piarum* simile est officio rectoris nostri: « IV. Ministri ergo officium erit in primis oratione et sanctis desideriis domum et Scholas Pias quasi propriis humeris sustinere; deinde curare, ut Regulae et Constitutiones ab omnibus sibi subditis observentur; illae etiam similiter quae ad discipulos externos pertinent. V. Invigilabit etiam ab iis, quae suorum subditorum tam domi quam foris sanitati nocere poterunt, eos defendere, tum praecavendo, tum remedia opportuna adhibendo, ita ut magis in virtute et litteris proficiant ». (Ib.)

menti, et quae ab ipso iniuncta fuerint (quandoquidem ipsum Superiorem habet) exsequendo; ut aequum est ad se referri, sibique obedientiam praestari ab iis, qui in Collegio degunt. Qui quidem Rectorem suum magnopere revereri ac venerari, [o]ut qui Christi Domini nostri vices gerit, debebunt; [p]liberam sui ipsorum, rerumque suarum dispositionem cum vera obedientia ipsi relinquendo; † nihil [q]ei clausum', ne conscientiam quidem propriam, tenendo; [r]quam ei aperire (ut in Examine dictum est), suis constitutis temporibus, et saepius, si causa aliqua id posceret, oportebit; [s]non repugnando, non contradicendo, nec ulla ratione iudicium proprium ipsius iudicio contrarium demonstrando; ut per unionem eiusdem sententiae et voluntatis atque per debitam submissionem melius in divino obsequio conserventur et progrediantur[5].

B. [t]*Sicut curare, ut observentur omnino Constitutiones, ita et in eisdem dispensare (quando eam fuisse mentem illius, qui eas condidit, in re aliqua particulari iudicaret iuxta eventus rerum et necessitates, maius commune bonum intuendo) ad Rectorem, accepta a suis Maioribus potestate, pertinebit.*

C. *Ad ea quae dicta sunt, reducitur cura conveniens amicos conservandi* [u]*et ex adversariis benevolos reddendi.*

D. *Res clausa intelligitur ianua, vel arca, etc.*

---

6. Ad bonam Domus gubernationem, non solum [v]numerum necessarium officialium Rector provideat, sed † ut idonei sint,

[o] P. 3 c. 1 n. 23 et P. 6 c. 1 n. 1, 2 et 3 et P. 7 c. 2 n. 1 et **A** et **I** et P. 8 c. 1, **D** et P. 9 c. 3 n. 20.

D

[p] P. 3 c. 2 n. 1 et P. 7 c. 2 n. 1 et **I**.

[q] *Exa.* c. 4 n. 34 etc. et P. 3 c. 1 n. 12 et P. 6 c. 1 n. 2.

[r] C. 22 d. 44 n. 4.

[s] P. 3 c. 1 n. 23 et P. 6 c. 1 n. 1.

[t] P. 9 c. 3, **D**.

[u] P. 10, **B**.

[v] *Inf.* n. 7 et **H** e' *Sup.* c. 3 n. 2 et P. 1 c. 2 n. 2 et **A** et P. 3 c. 2 n. 7 et **H**.

E

---

55 ab *add. Po1.* — 55-56 ipsum... habet *add. Po1,* 'ipsi' superior est *2le.* — 56-57 *Verba* se, sibi, degunt *add. Po2, 1le. ut Po1 infra.* — 57 iis *add. Po3,* his *1le.* — 56-57 ad ipsum... ipsique obedi'entiam [obedire *1le.*] praestari ab his qui ei' *[6 vv. add. Po1,* qui ei *1le.]* in collegio [in eius obedientia *pr.*] subiacent *Po1.* — 58 magnopere *add. Po2;* uenerari Deum *1le. imp. Po1,* eum *2le.* — 59 uices *add. Po2,* personam *1le.;* personam gerit, *add. Po1,* uices *add. et obl.,* locum tenet *1le.* — 60 dispositionem *add. Po1.* — 61 *Marg.* 'D' *Po3,* 'D' *add. Po2,* Jii *1le.* — 62 dictuest *ms. Po2;* suis constitutis *add. Po1,* statutis *1le.* — 65 ipsi'us iudicio' *add. Po1,* ipsi contrarium *1le.* — 66 sententiae ac *Po1, 2;* 'sententiae' *add. Po1,* sensus *1le.;* atque per *add. Po3,* ac *1le.* — 67 obsequio et *1le. Po1.* — 68 *Marg.* B *add. Po2,* Ggg *1le.;* 'Sicut' *add. Po1,* Siquid *1le.* — 69 *Post v.* dispensare *est* ad rectorem accepta a suis maioribus facultate, pertinebit *add. et obl. Po2, om. Po3.* — 69-70 'iudicaret' *add. Po1,* quando iudicaret *1le.* — 70 euentus... et *add. Po2, om. Po3,* occasionem [occasiones *1le. Po1*] et necessitatem occurrentem *1le.* — 71-72 ad... pertinebit *obl. et rest. Po2, non obl. Po3.* — 72 'potestate' *add. Po1,* auctoritate *1le.* — 73 *Marg.* C *add. Po2,* Hhh *1le.* — 74 'aduersariis' *add. Po2,* contrariis *1le.;* contrarios *add. et obl. Po1,* aduersariis, infestis *marg.* — 75 *Marg.* D *add. Po2,* Iii *1le.;* ianua *add. Po2,* porta *1le.;* etc. *om. Po2, 3, E1.* — 76 'gubernationem' *add. Po1,* conseruationem *1le.* — 77 necessarium 'officialium' *add. Po1,* numerum sufficientem ministrorum *2le.,* de numero sufficienti *1le.; marg.* 'E' *add. Po2, 3,* Kkk *1le.;* * sed *E1.*

---

[5] Etiam locus hic in Scholas Pias assumptus est. «VII. Liberam quisque sui ipsius, rerumque quibus utitur, de licentia tamen sui Superioris, dispositionem eidem Superiori cum omni obedientia relinquat, nihil ei clausum, nec conscientiam quidem propriam tenendo, sed de ea saepe rationem ei reddat, nulloque modo ei repugnando, nec ulla ratione judicium proprium Superioris judicio contrarium demonstrando, ut per unionem ejusdem sententiae et voluntatis, et per debitam submissionem melius in divino obsequio conservetur, et progrediatur» (Ib. p. 2, c. 1, pp. 64-65).

F quoad eius fieri poterit, ad suas functiones, curet': † cuique [x]suas regulas, ubi quae ad singulorum officia pertinent contineantur, tradat', et, ne se hic in illius officium ingerat, videat. Praeterea, ut eis prospicere de subsidio, si necessarium id fuerit, debebit; ita, [y]cum tempus vacuum illis fuerit, ut utiliter illud impendant divino servitio curet[6].

[x] *Prooe. decla.* et P. 7. c. 4 n. 12.

[y] P. 3. c. 1 n. 6.

E. *Idonei sunt intelligendi, habita ratione tum sufficientiae personarum, tum occupationum. Quae enim officia multum occupationis secum ferunt, valde occupatis in aliis rebus minime convenirent: et quia quibusdam experientia, ut bene fiant, necessaria est, non facile mutari deberent*[7].

F. *Ex regulis cuique videndae essent singulis hebdomadis illae, quae ad ipsum pertinent.*

---

7. Inter officiales Rectori necessarios, in primis Minister idoneus, qui Vicerector vel Magister Domus sit, et omnibus, quae ad bonum universale pertinent, provideat, est deligendus. [z] Syndico etiam ad exteriora observanda, † et aliquo, [a]qui rebus spiritualibus superintendat, et [b]duobus aliis, vel pluribus', quorum prudentiae et probitati multum confidat, opus est: ut cum eis de iis, quae difficiliora et ad Dei gloriam maiorem communicanda videbuntur, conferre possit. † [c]Sunt et alii ad particularia officia necessarii'.

[z] *Inf.* c. 17 n. 7 et P. 3 c. 1 n. 16.

[a] P. 3 c. 1 n. 12.

[b] *Inf.* c. 17 n. 1 et P. 9 c. 6 n. 14.

[c] *Sup.* n. 6.

G. *Si tanta non esset copia hominum, unus plura officia sustinere posset. Sic Minister et Superintendens dictus curam habere possent eorum, quae ad Rectorem vel Novitios pertinent etc.*

---

78 *Marg.* 'F' *add. Po2, 3,* Lll *1le.* — 79 ad ipsorum officia *Po1, 2, 3.* — 80 'videat' *add. Po1,* curet *1le.* — 81-82 id *et* debebit... fuerit *add. Po3, sunt Po1, 2.* — 82 utiliter 'id' *[2 vv. add. Po1,* cum fructu *1le.]* impendant *Po1.* — 84 *Marg.* E *add. Po2,* Kkk *1le.* — 84-85 tum aptitudinis *[1 v. add. Po2,* strenuitatis *1le.]* personarum tum *Po1, 2, 3, E1;* 'strenuitatis' *add. Po1,* sufficientiae *1le.* — 86 ualde *et* in *add. Po2, om. Po3,* aliis in *1le.* — 89 *Marg.* F *add. Po2,* Lll *1le.;* 'hebdo'madis *Po1,* edogmadis *1le.;* illae *add. Po2, om. Po3.* — 92 vicerector... domus *add. Po2,* uices ipsius gerat *[1 v. add. Po1,* teneat et *1le.]* domui praefectus *1le.;* 'et' *add. Po1,* ut in *1le.* — 93-94 deligendus *[seq. * E1] add. Po3,* quaerendus *1le.; marg.* 'G' *add. Po2, 3,* Mmm *1le.* — 94-95 qui... superintendat *Cong4,* cui rerum spiritualium cura sit *pr.* — 95-1 pluribus 'opus est', de quorum prudentia et probitate *1le. Po1.* — 1 'opus est' *add. Po1.* — 2 his *[1 v. add.,* rebus *1le.]* quae difficiliora *Po3;* rebus quae difficiliora *[sic]*... communicanda *Po1, 2;* difficiliora uidebuntur *1le. Po1;* et cum illis *1le. Po1,* ipsis *add. et obl.;* 'videbuntur' *add. Po1.* — 3 *Marg.* 'H' *add. Po2, 3,* Nnn *1le.;* possit, est opus *1le. Po1.* — 5 *Marg.* G *add. Po2,* Mmm *1le.* — 6-7 et praefectus dictus [de quo dicitur *1le. Po2*] curam habebunt eorum ['videndi' *pr.*]... pertinent *[10 vv. add. Po. Po2,* minister et praefectus dictus rectori esse possent a consilio, tum praefectus suscipere curam nouitiorum *2le., 1le. ut Po1] Po2, E1;* et praefectus de quo dicitur rectori esse possent a consilio, tum praefectus curam suscipere nouitiorum *Po3;* et praefectus de quo dicitur [superintendens dictus *add. et obl.*] curam... possent uidendi quae rectori et nouitiis etc. essent necessaria *Po1.*

---

[6] Praeparatio hujus loci est in t. I, monum. 38, p. 272 n. 16, et 38[bis] n. 136, p. 293.

[7] Cf. S. Basilius, *Regulae brevius*, interrogatio 156, PG., 31, 1183.

H. [d] *Sic esse posset, qui scriberet, ianitor, sacrista, coquus, lotor.* [e] *Alia officia minus operosa possent inter Scholasticos dividi, si alii non essent, qui ea possent exercere.*

[d] P. 1 c. 2, **A** et P. 3 c. 2, **H.**
[e] *Sup.* c. 6, **B.**

8. Curet Rector, [f] ut in suo officio cuique integram obedientiam collegiales praestent, et alii officiales Ministro, et sibi etiam ipsi, prout idem praescripserit. Illud in universum admonuisse convenit, [g] eos, qui curam aliorum suae obedientiae subditorum habent, praeire eisdem exemplo obedientiae, quam suis Superioribus Christi loco ipsimet praestent, oportere [8].

[f] *Exa.* c. 4 n. 31 et P. 3 c. 1 n. 24 et P. 10 n. 9.
[g] *Sup.* n. 4.

9. Ad [h] omnia conferet temporis ordo in studiis, orationibus, Missis, lectionibus, cibo, somno et in reliquis servatus: † et signum constitutis horis detur', quo audito, omnes statim, vel [i] imperfecta littera relicta ad id, ad quod vocantur, se conferant [9]. Erit autem penes Rectorem, vel eum qui primas tenebit, id curae, ut videat quando hae horae, pro temporum vel aliarum causarum occurrentium ratione, mutandae sint. Et quod ipse statuerit observetur.

[h] P. 3 c. 2 n. 2 et **B.**
I
[i] P. 6 c. n. 1.

I. *Signum dabitur* [i] *per campanam, quae pulsabitur, ut se recipiant ad somnum, et ad mensam, etc.* [10].

[i] C. 1 d. 63.

10. † Rector [k] ipse legere, aut docere christianam doctrinam quadraginta dies debet'. [l] Videat etiam, qui ex collegialibus, et ad

K
[k] C. 2 d. 65. C. 27 d. 220 § 2.
[l] *Sup.* c. 8 n. 3, 4, 5 et 6.

8 *Marg.* H *add. Po2,* Nnn *1le;* esse *obl. et rest. Po2,* destinari *(?) add. et obl.;* esse *Po3.;* sacrista *obl. et rest.,* 'aedituus' *add. et obl.;* sacrista *Po3;* sacrista [aedituus *marg.*] lotor *[seq.* de *obl.] Po1.* — 12 'prestent' *add. Po1,* prestent collegiales *1le.;* vt et alii *1le. Po3.* — 12-13 et rectori ipsi *Po1, 2, 3.* — 13 'ipsi' *et* 'idem' *add. Po1,* officiales *[seq.* 'rectori et' *add. et obl.]* ministro et rectori prout ipse praescripserit *1le.;* Et illud *1le. Po1.* — 13-16 uniuersum 'admonuisse conuenit eos' [admonitum sit quod *1le.*] qui 'curam aliorum *[seq.* 'habent' *et* 'qui ipsis', *imp. phrasi add. et obl.]* suae ['sua' *ms.*] obedientiae subditorum habent' *[6 vv. add.,* aliis praesunt qui ipsis (qui'bus' illi *2le.*) obedire debeant *1le.]* praeire 'eisdem' exemplo [eisdem sui (*seq.* ex *imp. v.* exemplo, *obl.*) praeire exemplo *1le.*] obedientiae 'quam' *[seq.* ipsi *obl.]* suis superioribus Christi loco 'ipsimet' praest'e'nt [praestant *pr.*] oporte're' [oportent, *sic pr.*] *Po1.* — 17 oratione *Po1, 2, 3.* — 18 cibo *add. Po1,* refectione *1le.; marg.* '] *add. Po2, 3,* Ooo *1le.;* * signum *E1.* — 20 conferant *add. Po3,* accingant *1le.* — 21 uel... tenebit *add. Po1.* — 22 'videat' *add. Po1.* — 23 'mutandae fuerint' *[add. Po1] Po1, 2, 3.* — 22-23 horae mutandae fuerint pro... ratione, uideat. Et *1le. Po1.* — 25 *Marg.*] *add. Po2,* Ooo *1le.* — 26 ad prandium [*om.* etc.] *Po1, 2, 3, Cong1, E1;* etc. *add. Cong4.* — 27 'ipse' *add. Po1.; marg.* 'K' *add. Po2, 3,* Ppp *1le.;* * christianam *E1.* — 28 dies per se ipsum *1le. Po1,* ex domesticis *1le. Po1.*

8 Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1a, I, 559 et 615-616; IV, 495.

9 Est hujus loci declaratio authentica ib. III, 156: «se ha cominciato la lettera, cioè un A o B, no la finisca». Ulterius progrediuntur Scholae Piae, hanc nostram transferentes: «Ad supradicta et alia necessaria ministeria tam in scholis, quam in rebus domesticis, plurimum confert temporis ordo, ut scilicet constitutis horis signum detur, quo audito, omnes statim etiam coepti apicis effigiem relinquendo, ad quod vocantur se conferant». Parte 2, c. 11, § 11.

10 De verbo *parte*, quod erat in Autographo et sublatum est a congregatione prima, decr. 63 (*Institutum* II, 170), cf. t. II, *Proleg.* c. 3, a. 10, § 1, p. LVII. Ad rem facit S. Basilius, ubi supra, not. 7.

quem usque limitem domi et foris in colloquiis spiritualibus, Exercitiis tradendis, confessionibus audiendis, tum etiam in concionibus, vel lectionibus, vel doctrina christiana tradenda, partim ad ipsorum exercitationem ([m]praecipue sub finem studiorum) partim ob aliorum domesticorum vel externorum fructum, aliis se communicare debeant: † et in omnibus, quod senserit divinae ac summae bonitati gratius' et ad ipsius obsequium ac gloriam maiorem, omnibus perpensis, prouideat.

[m] *Sup.* c. 6 n. 3 et C et c. 8 n. 1. L

K. *Si conuenire non videbitur ad aedificationem, vel ob aliquam aliam causam sufficientem, ut Rector ipse legat; re cum Provinciali communicata, si eiusdem ille sententiae fuerit,* [n]*per alium id munus obire poterit.*

[n] C. 2 d. 65.

L. *Constitutiones, quae ad Collegia pertinent, seorsum teneri, et* [o]*publice bis aut ter singulis annis legi possent.*

[o] C. 1 d. 50. C. 2 d. 66. C. 27 d. 50 § 2.

De Universitatibus in Societate admittendis. Cap. XI [1].

1. Eadem [a]charitatis ratio, qua Collegia admittuntur, et publicae scholae in eis, non tantum ad Nostrorum, sed magis etiam ad externorum aedificationem in doctrina et moribus, tenentur; extendi poterit ad Universitatum curam suscipiendam; ut in eis hic fructus extendatur latiusque pateat, tam in scientiis, quae traduntur, quam in hominibus, qui ad eas conveniunt, et gradibus, ad quos promoventur, ut aliis in locis cum auctoritate docere possint, quod in his bene ad Dei gloriam didicerint.

[a] *Sup. prooe.* et c. 3 n. 1 et c. 7 n. 1 et P. 3 c. 1 n. 27 et P. 10 n. 4.

---

29 limitem *add. Po1,* terminum *1le.;* colloquiis, spiritualibus exercitiis *Po3, E1, 2, 3, 4, 4b, Aq;* colloquiis spiritualibus, exercitiis *Po1, Fl, Ro, Matr.* * — 31 christiana *om. Pral sqq.;* docenda *Po1, 2, 3,* docenda, se communicare debeant *1le. Po1.* — 33-34 'aliis... debeant' *add. Po1.* — 34 *Marg.* 'L' *add. Po2, 3,* Qqq *1le.* — 35 ipsius *add. Po1,* obsequium 'ipsius' *2le.* — 36 * perpensis *E1,* * prouideat *E3.* — 37 *Marg.* K *add. Po2,* Ppp *1le.* — 37-38 ad *[add.]* aedificationem [aedificationis *1le.*] uel ob *[1 v. add.]* aliquam [alicuius *1le.*] aliam causam *[seq.* 'iusta', *imp. v. obl.]* 'quae pondus habeat' *[5 vv. add.,* sufficientem *2le.,* sufficientis causae *1le. imp.]* ut rector *Po1.* — 38 'sufficientem' *add. Po2, om. Po3,* quae pondus habeat *1le.* — 41 *Marg.* L *add. Po2,* Qqq *1le.*

1 *Praec.* 'De uniuersitatibus Societatis' *add. Po2;* 'Caput 11[m]' ['10[m]' *2le.,* 'primum' *1le.*], De vniuersitatibus 'in' Societate [Socictatis *pr.*] 'admitendis' *Po1; seq.* Caput primum, De vniuersitatibus [eis *pr.*] admitendis *obl.* — 2 ratione *1le. Po1.* — 3 non tantum *et* sed magis *[1 v. add.,* etiam *pr.]* etiam ad *add. Po3,* ad nostrorum et *1le.* — 4 'edificationem' *et* moribus *add. Po1,* doctrina et uita edificationem *1le.* — 5 'poterit' *add. Po1,* suscipiendam poterit *1le.* — 5-9 *1le. Po3, ut Po1 infra.* — 5-6 hic... pateat *add. Po3.* — 6 traduntur *add. Po3.* — 9 his *add. Po2, 3.* — 5-9 eis *[seq.* extendatur latiusque pateat hic fructus *obl.]* tam in 'scientiis' [facultatibus *pr.*]... qui 'ad eas conueniunt' [concurrunt *2le.,* confluunt *1le.*] quae docentur... ut aliis in locis *[3 vv. add.,* alibi *1le.]*... quod in hoc *[2 vv. add.,* inibi *2le.,* inhibi *1le.]*... didicerint, 'hic fructus extendatur latiusque pateat' *Po1.*

---

* Sic etiam recentissima ed. a. 1937; hispane «conversaciones spirituales y exercicios».

---

[1] Haec capita de universitatibus vocantur «la 2ª parte della [de la 4ª parte]» in *Monum. Paed.,* 52, ex cod. qui nunc inscribitur *Instit. 178, I,* f. 85r (sub titulo scripto manu Polanci «Para las schuelas de los collegios»).

2. Quibus [b] tamen conditionibus † et obligationibus', quibusque in locis huiusmodi Universitates admitti debeant, ei, qui supremam curam Societatis habet, iudicandum relinquitur; qui, Assistentium sibi auditis sententiis et aliorum, [c] quos in consilium adhiberi volet, per se ipsum deliberare poterit, an sint admittendae. [d] Non tamen, postquam admissae fuerint, sine Congregatione generali per eum dissolvi poterunt. A

[b] *Sup. prooe.* A et c. 2 n. 2 et P. 9 c. 3 n. 17. C. 27 d. 281.

[c] *Sup.* c. 2 n. 2.

[d] *Sup.* c. 2 n. 3 et c. 10 n. 2 et P. 8 c. 2 n. 2 et P. 9 c. 3 n. 5 et 18.

Declarationes Constitutionum circa Universitates. In Caput XI.

A. *Cum fundator a Societate assignari certum Lectorum numerum, vel alias obligationes suscipi vellet; animadvertendum est, quod, si admittantur, iudicando utile etiam tunc esse Societati ad finem propositum divini servitii id oneris subire, omnino in eis implendis deesse non oportet: sicut nec facile aliquid in hac parte praeter id, ad quod obligantur (praesertim si id interpretari quis possit, quasi nova induceretur obligatio) praestandum est sine Generalis consensu.* [e] *Ille autem non se facilem ad id concedendum reddet; quin potius, re in consultationem cum suis Assistentibus adducta, videat ne Societatem gravet: et, si qua in re indulgeatur, constet obligationem nullam induci; sed id quod additur, omnino voluntarium esse.*

[e] *Sup.* c. 2, **B.**

---

3. Quia tamen religiosa quies et spirituales occupationes, nec animi distractionem nec alia incommoda, quae iudicandi in rebus civilibus vel criminalibus officium sequi solent, Societati permittunt; iurisdictio huiusmodi, quam per se vel per alios a se dependentes exercere debeat Societas, non admittatur: quamvis ad ea, † quae ad bonum statum Universitatis proprie pertinent', con- B

10 conditionibus *add. Po2,* rationibus *1le.; marg.* 'A' *add. Po2, 3,* Rrr *1le.* — 11 huiusmodi vniuersitates *add. Po3.* — 12 habet *add. Po3,* habet Societatis *1le.* — 13-14 quos... adhibere *add. Po1,* quorum consilio iuuari *1le.,* adhiberi *Po2.* — 14 'deliberare' *add. Po1,* determinare *2le.,* statuere *1le.* — 15-16 'postquam... fuerint' sine generali congregatione *[seq.* postquam admisse fuerint *obl.]* 'per eum' dissolui *[supra* dissolui *est* relinqui *obl.]* poterunt *Pc1;* sine congregatione generali *Po2, 3.* — 17 Declarationes... XI *add. Po2, om. Po3;* Declaratio in caput vndecimum. De vniuersitatibus admittendis *1le.;* Declar. *obl.,* In caput XI^m. De uniuersitatibus admittendis *Po1.* — 18 *Marg.* A *add. Pc2,* Rrr *1le.;* asignari uellet *1le. Po1.* — 19 'suscipi' *add. Po1,* assumi *1le.* — 20-22 'admittantur' *[add.,* acceptentur *1le.]* iudicando *[seq.* quod *obl.]* vtile *[seq.* id sit *add. et obl.]* 'etiam tunc sit' *[3 vv. add.,* he res ipsi *obl.]* Societati ad finem [fines *add. et obl.*]... 'id oneris subire' *[3 vv. add.]* in eis implendis defici non oportet *[6 vv. add.,* complende sunt *1le.] Po1.* — 20 esse *add. Po², om. Po3,* quod vtile... sit *1le.* — 22 deesse *add. Po2,* defici *1le.;* 'in hac parte' *add. Po2, om. Po3.* — 22-23 aliquid ultra [praeter *marg.*] id ad quod obligantur [debent *marg.*] *Po1.* — 23 praeter *add. Po2,* ultra *1le.; secundum* id *add. Po1.* — 24 quasi *add. Po2, om. Po3,* tanquam *1le.* — 25-26 'Ille... facilem' *et* 'reddet' *add. Po1,* Qui facilis etiam non erit *1le.* — 26-27 adducta *add. Po2, om. Po3,* adducta cum *1le.* — 27 qua... indulgeatur *add. Po2, om. Po3,* aliquid conceditur *1le.* — 30 tranquillitas religiosos decens *add. et obl. Po1.* — 31 'animi' *add. Po1.* — 31-32 'rebus' *et* 'officium' *et* Societati *add. Po1,* iudicandi officium *1le.* — 33 per se ipsam *Po2.* — 33-34 'a se' *et* 'debeat Societas' *add. Po1,* ab ipsa Societate dependentes. exerceri solet *1le.* — 35 *Marg.* 'B' *add. Po2, 3,* Sss *1le.;* * ad *E1.*

veniat iustitiae ordinariae, sive saecularis, sive ecclesiasticae ministros, circa punitionem Scholasticorum, voluntatem Rectoris Univer-
C satis sibi significatam exsequi, † et generatim res studiorum favore suo, praesertim cum a Rectore fuerint commendatae, promovere'.

[f] *Inf.* c. 16 n. 5 et **D.**

B. [f] *Ad bonum Universitatis statum proprie pertineret, si Scholasticus aliquis rebellis, vel sic offendiculi causa aliis esset, ut non solum scholis eum, sed etiam civitate expelli, vel in carcerem coniici conveniret*[2]*, ut certiores facti iustitiae ordinariae administratores, id statim exsequerentur. Et ad hoc et similia a Principe vel a suprema potestate huiusmodi facultatis scriptum habere testimonium oportebit. Ut commendatio etiam Rectoris in alicuius Scholastici favorem momentum apud eosdem iustitiae ministros haberet, ne Scholastici opprimerentur, oporteret.*

C. *Quoniam exemptio ab ordinariis iudicibus Scholasticorum numerum allicere non potest; aliis praerogativis et privilegiis ut id compensetur curandum est.*

De Scientiis, quae tradendae sunt in Universitatibus Societatis[1]. Cap. XII.

[a] *Sup. Prooe.* et c. 5 n. 1 et c. 6 n. 1 et *Exa.* c. 1 n. 2 et P. 7 c. 1 n. 1 et P. 10 n. 2.

[b] *De Cathedris publicis Vide* C. 1 d. 118.

[c] *Sup.* c. 6 n. 6 et *inf.* c. 13 n. 3.

[d] C. 21 d. 13.

[e] *Sup.* c. 5 n. 1 et **B** et *inf.* c. 14 n. 1 et **C.**

1. Cum [a]Societatis atque studiorum scopus sit, proximos ad cognitionem et amorem Dei et salutem suarum animarum iuvare; cumque ad eum finem medium magis proprium sit facultas Theologiae; in hanc potissimum Societatis [b]Universitates incumbent; [c]ac diligenter per idoneos admodum Praeceptores quae [d]ad scholasticam doctrinam, et sacras Scripturas pertinent, [e]ac etiam ex

36 'ordinariae' *add. Po1*, consuetae *1le.* — 37 'punitionem' scholastico'rum' *add. Po1*, ministros exequi circa scholasticos *1le.;* vniuersitatis *add. Po3, est Po1, 2.* — 38 'sibi' *et* 'exequi' *add. Po1*, circa punitiones *2le.*, quae in punitionibus ei fuerint significata *1le.; marg.* 'C' *add. Po2, 3,* Ttt *1le.;* * res *E1.* — 39 promouere *add. Po1*, 'promoueat' *2le.*, suo promoueat, praesertim *1le.* — 40 *Marg.* B *add. Po2*, Sss *1le.* — 41 uel *add. Po2, om. Po3;* rebellis sic *[1 v. add.*, et *1le.]* offendiculi [offendiculo *pr.*] 'causa' [scandalosus *add. et obl.*, causa *1le.*] aliis *Po1.* — 42 eum *et* etiam *et* expelli *add. Po2, om. Po3*, a scholis sed a ciuitate submoueri *1le.* — 44-45 uel suprema *Po1, 3, 1le. Po2.* — 45 'facultatis' *bis add. semel obl. Po1*, autoritatis *1le.* — 46 Ut *om. Po1, 2, 3.* — 47 habere *Po1, 2, 3.* — 49 *Marg.* C *add. Po2*, Ttt *1le.;* immunitas *marg. Po1, add. Po. Po2 et obl.* — 50 indulgentiis *add. et obl. Po1.* — 50-51 'vt' *et* compens'etur' *add. Po2, marg. Po1*, id compensari *1le.*

1 tradendae *add. Po3*, docendae *1le.* — 1-2 Caput '12[m]' ['11[m]' *2le.*, 2[m] *1le.*] De scientiis [facultatibus *pr.*] quae docendae... uniuersitat'ibus' [uniuersitate *pr.*] *Po1.* — 3 atque adeo *1le. Po3, add. Po. Po1*, et *1le.*, Societatis 'et' *Po2*, atque adeo *1le.;* proximum *1le. Po1.* — 5 'eum finem' *add. Po1*, id *1le.;* medium [media *pr. Po1*] maxime *Po1, 2, 3, E1;* proprium inter scientias *1le. Po2, 3.* — 7 admodum *add. Po3*, admodum idoneos *1le.;* admodum *add. Po2.* — 8 scripturas et quam nocant positiuam theologiam pertinent pertractare *1le. imp. Po1.* — 8-9 ac... positiua *[seq.* theologia *obl. Po2, 3]* quae *add. Po2*, ut etiam ex iure canonico *[3 vv. add. Po1*, ex positiua theologia *1le.]* quod *1le. Po2.*

[2] Patet, haec ad externos scholasticos referri; quid de facultate et usu carceris in Societate sentiret S. Ignatius est in bulla Pauli III « Licet debitum » 18 Octobris 1549, et in *Monum. Ignat.* ser. 4[a], I, 418.

[1] Cf. ib. ser. 1[a], III, 502; V, 373-374; VIII, 413-414.

positiva, quae ad hunc finem nobis praefixum conveniunt (non attingendo tamen [f] eam partem Canonum, quae foro contentioso inservit) pertractabunt.

2. Et, quia tam doctrina Theologiae quam eius usus exigit (his praesertim temporibus) † [g] Litterarum Humaniorum', et latinae, ac [h] graecae, et [i] hebraicae [2] linguae cognitionem; harum etiam [i] idonei Professores, et quidem iusto numero, constituentur. † Aliarum praeterea linguarum, qualis est chaldaica, arabica, et indica, ubi necessariae vel utiles ad dictum finem viderentur, habita regionum diversarum et causarum, quae ad eas docendum movent, ratione, possent Praeceptores constitui'.

[f] C. 14 d. 20. C. 16 d. 30. C. 27 d. 137 § 2.

A

B

[g] *Sup.* c. 5 n. 1 et c. 6 n. 5 et *inf.* c. 13 n. 4 et **B**.

[h] C. 8 d. 16. C. 9 d. 32. C. 14 d. 17, 18.

[i] C. 1 d. 29.

[j] *Sup.* c. 6 n. 6 et *inf.* c. 13 n. 3.

[k] *Sup.* c. 5, **A**.

In Caput XII.

A. *Sub* [k] *Litteris Humanioribus, praeter Grammaticam, intelligatur quod ad Rhetoricam, Poesim, et Historiam pertinet.*

B. *Cum in aliquo Collegio vel universitate eo spectaretur, ut homines ad Saracenos vel Turcas iuvandos praepararentur; arabica lingua vel chaldaica conveniret; cum ad Indos, indica: et sic de aliis dicendum, quae esse possent aliis in regionibus ob similes causas utiliores.*

C

3. [l] Sic etiam, quoniam † Artes vel scientiae naturales ingenia disponunt ad Theologiam', et ad perfectam [m] cognitionem et usum illius inserviunt, et per se ipsas ad eumdem finem iuvant; qua diligentia par est, et [n] per eruditos Praeceptores, in omnibus sincere honorem et gloriam Dei quaerendo, tractentur.

[l] *Sup.* c. 5 n. 1.

[m] C. 3 d. 47.

[n] *Sup.* c. 6 n. 6 et *inf.* c. 13 n. 3.

---

9 conueniunt *add. Po2, 3,* conuenit *1le. Po2,* quae conueniunt ad *1le. Po3 male transcripta ex Po2;* 'hunc' *et* 'nobis' *add. Po1.* — 10 tamen *et* canonum *add. Po2,* iuris canonici *obl. Po1.* — 11 'pertractabunt' *add. Po1.* — 13 *Marg.* 'A' *add. Po2, 3,* Vuu *1le.* — 14 et hebraeae *[2 vv. add.] Po2;* 'etiam' *add. Po1.* — 15 'justo' *add. Po1,* in numero qui satis sit *1le.* — 15-16 'praeterea linguarum' *add. Po1,* Et etiam aliarum *1le.* — 16 *Marg.* 'V' *add. Po2, 3,* Xxx *1le.;* est hebraea, caldaica *Po1, 1le. Po2;* et *add. Po2;* * chaldaica *E1;* indica *add. Po3,* indiana *1le.* — 17 perutiles *Po1, 1le. Po2;* 'viderentur' *add. Po1.* — 18 docendum *add. Po3,* docendas *1le.;* 'ratione' *add. Po1, seq.* 'viderentur' *add. et obl.* — 19 'praeceptores' *add. Po1.* — 20 duodecimum. De scientiis edocendis *1le.;* tradendis *2le., utraque obl. Po2;* In caput duodecimum. De scientiis edocendis *Po1, 3.* — 21 *Marg.* A *add. Po2,* Vuu *1le.* — 23 *Marg.* B *add. Po2,* Xxx *1le.* — 23-27 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 23 eo spectaretur *add. Po2.* — 25 lingua *add. Po2, om. Po3;* si ad... indica *[1 v. add. Po2, om. Po3,* indiana *1le.] Po2, 3.* — 26 dicendum... possent *add. Po2.* — 26-27 ob... utiliores *add. Po2.* — 23-27 uniuersitate id ageretur, ut... arabica uel caldaica conueniret; si ad... indiaca *[sic,* indiana *1le.]*... aliis, ob causas similes, maior utilitas aliis in regionibus posset prouenire *Po1.* — 28 *Marg.* 'C' *Po3, add. Po2,* Yyy *1le.;* * vel *E1.* — 29 disponunt *add. Po2,* excolunt *1le., add. Po. Po1,* exercent *2le.,* disponunt *1le.* — 30 iuuant, docebuntur *1le. Po1.* — 32 tractentur *add. Po3,* doceantur *1le., add. Po. Po1.*

---

[2] Lingua hebraica antea numerabatur inferius, una cum linguis chaldaica caeterisque, quarum possent praeceptores constitui; at decreto 29 congregationis I, adjuncta est latinae et graecae, quarum cognitio exigitur, *Institutum* II, 164.

C. *Tractabitur Logica, Physica, Metaphysica, Moralis scientia, et etiam Mathematicae, quatenus tamen ad finem nobis propositum* [b] C. 20 d. 21, 22. *conveniunt.* °*In legendo et scribendo alios instituere opus etiam charitatis esset, si is personarum numerus Societati suppeteret, ut omnibus vacare posset; propter earum tamen penuriam hoc ordinarie docere non consuevimus.*

---

4. Medicinae, et Legum studium, ut a nostro Instituto magis remotum, in Universitatibus Societatis vel non tractabitur vel saltem ipsa Societas per se id oneris non suscipiet.

De modo et ordine praedictas facultates tractandi. Cap. XIII.

1. Ad tractanda tam Facultatum inferiorum, quam Theologiae studia, dispositio et ordo conveniens tam mane, quam vesperi servandus est.

A 2. Et quamvis, † pro regionum et temporum diversitate, in ordine et statutis horis studio tribuendis possit varietas accidere'; omnes tamen in eo conveniant, ut ubique fiat, quod inibi magis expedire ad maiorem in litteris profectum existimabitur.

In Caput XIII.

[a] *Sup.* c. 6, **H**. **A.** [a]*De statutis lectionum horis, ordine ac modo, et de exercitationibus tam compositionum (quas a magistris emendari oportet) quam disputationum in omnibus Facultatibus, et pronuntiandi pu-* [b] *Sup.* c. 7 n. 2. *blice orationes et carmina, speciatim* [b]*in quodam tractatu,* [c] *per* [c] C. 1 d. 31. *Generalem Praepositum approbato*[1]*, agetur seorsum, ad quem haec*

33 *Marg.* C *add. Po2,* Yyy *1le.* — 34 quatenus 'tamen... nobis' *add. Po1,* ea cum moderatione quae ad finem nobis *1le.* — 35 *Marg.* D *E1, add. Po2,* Zzz *1le.;* conuenit *1le. Po1;* 'legendo' *add. Po1,* docendo *1le.;* scribendo pueros instituere *Po1, 2, 3. E1.* — 37-38 propter *et* ordinarie *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1;* earum tamen penuria hoc 'fere'... consuevimus *[4 vv. add.,* ordinarie non docetur *1le.] Po1.* — 39 *Marg.* D *E1, add. Po. Po2, 3,* Zzz *1le.*°; magis *add. Po3.* — 40 'vel' *add. Po1.* — 41 'Societas' *et* 'id... suscipiet' *add. Po1,* non suscipiat [suscipiet *2le.,* assumet *1le.*] ipsa hoc onus per se *3le.*

2 Caput '13m' *Po1,* '12m' *2le.,* tertium *1le.* — 4 'dispositio et' *add. Po1,* y concierto *sup. obl.* — 6 *Marg.* A *add. Po2, 3,* Aaaa *1le.* — 7 'statutis' *add. Po1.* — 8 omnes in *Po1, 2, 3;* 'omnes in... conueniant' *add. Po1,* ne desit conformitas in eo *1le.;* inibi *add. (?) Po3.* id ibi *Po2,* ibi *Po1.* — 9 'expedire' *et* 'existimabitur' *add. Po1,* conuenire iudicabitur ad... profectum *1le.* — 10 *Seq.* De modo et ordine tractandi dictas scientias *obl. Po2, non obl. Po1, 3.* — 11 *Marg.* A *add. Po2,* Aaaa *1le.;* exercitationibus *marg. Po1, add. Po. Po2,* exercitiis *1le.* — 14-17 *1le. Po2, ut Po1 infra.* — 15 generalem praepositum *et* seorsum *add. Po2;* quem in caeteris *Po3.*

° Decl. D, p. 58 E1, «In legendo» (hic l. 35) est etiam separata a praecedenti C, sed non declarat locum notatum in textu Constitutionum, qui agit de medicinae et legum studio.

[1] Tractatus ille fuit postea *Ratio Studiorum Societatis.* Verba per... approbato addita sunt Autographo a congregatione I, decr. 31, *Institutum* II, 164. Cf.

Constitutio nos remittit; id dumtaxat monendo, illa locis, temporibus et personis accommodari oportere; quamvis ad illum ordinem accedere, quoad fieri potest, conveniat.

3. Nec solum lectiones sint, quae publice praelegantur; sed † **B**
[d] Magistri etiam diversi, pro captu et numero audientium, constituantur': † qui quidem [e] profectum uniuscuiusque ex suis Scholasticis **C**
speciatim procurent', et lectionum rationem exigant; † utque eae [f] re- **D**
petantur', et studiosi Litterarum Humaniorum [g] familiarem sermonem, latine communiter loquendo, [h] et stilum, scribendo, ac pronuntiationem, composita bene pronuntiando, expoliant, curent: et his, ac multo magis Facultatum superiorum studiosis, crebras [i] disputationes imponant: quibus dies et horae certae constituantur; ubi non solum cum condiscipulis, verum paulo inferiores cum aliquanto provectioribus disputent in iis, quae ipsi capiunt: quod etiam, vice versa, provectiores cum minus provectis, ad ea, quae illi tractant, descendendo, et Praeceptores alii cum aliis praestabunt, semper, qua decet modestia observata, et [j] aliquo praesidente, qui contentionem dirimat, et quid doctrinae elici oporteat ex disputatis declaret.

B. *Tres ordinarie erunt Praeceptores in tribus diversis Grammaticae classibus; quartus Humaniores Litteras, quintus Rhetori-*

[d] *Sup.* c. 6 n. 6 et c. 12, n. 1, 2 et 3.
[e] *Sup.* c. 6 n. 6.
[f] *Sup.* c. 6, **H.**
[g] *Sup.* c. 6. n. 13.
[h] Ibidem n. 13 et *inf.* c. 16 n. 3.
[i] *Sup.* c. 6, **H.**
[j] *Sup.* c. 6 n. 10, 11 et 12. C. 1 d. 30.

16 monendo *marg. Po1, add. Po. Po2.* — 17 oportere *et* illum *add. Po2,* illum *om. Po3.* — 14-17 speciatim 'ac seorsum' in quodam... per superiorem approbato *[seq.* seorsum dice, *imp. v.,* et seorsum *1le. obl.]* agetur, ad quem in caeteris... 'nos'... dumtaxat dicendo quod illa [illud *1le.*]... oportet [oporteat *1le.,* oportere *marg.*]... ad eum *Po1.* — 19 *Marg.* B *add. Po2, 3,* Bbbb *1le.*; * sed *E1.* — 21 *Marg.* C *add. Po2, 3,* Cccc *1le.;* * uniuscuiusque *E1.* — 22 *Marg.* D *add. Po2, 3,* Dddd *1le.;* * eae *E1.* — 24 communiter *om. Po1, 2, 3, E1.* — 21-25 quidem *[seq.* curam habeant *2le. et* rationem habeant profectus *1le., obl. Po1]* profectum... scholasticis 'speciatim curent' ['specialem curam habendo' exigant rationem *3le.,* et exigant rationem *2le. obl. Po1;* studeant (curent *pr.*) lectionum *(seq.* suarum *obl.)* rationem exigere *vitiose pro* exigant *Po3]* suarum lectionum 'rationem exigant' ut'que' ea'e' repetan'tur' [et curent ut eas repetant *1le., seq.* 'curent' *bis add. et obl.*] et *[seq.* ut *et* 'vt' *obl. Po1]* studiosi... humaniorum [humanarum *1le. Po2,* humaniorum *Po1]* 'familiarem... latine loquendo... pronunciationem' [in consuetudine latine loquendi se excerceant et componendi 'ac' (et *1le.*) *2le. Po1]* composita... pronuntiand'o' [pronuntiandi *pr.*] 'expoliant' curent *[1 v. add. Po3,* curam habeant *1le., add. Po. Po1,* se exerceant *1le.,* 'curent' *add. et obl. Po1] Po1, 2, 3.* — 25 his *add. Po2,* hos *1le.* — 26-27 studiosis... imponant ad quas dies *Po3, add. Po2, 1le. ut Po1 infra.* — 27-29 *1le. Po3 ut Po1 infra.* — 27 constituantur *add. Po3.* — 29 iis *add. Po3.* — 26-29 'studiosos' [sectatores *pr.*] ad crebro disputandum adi'g'ant [addicant *pr.*] ad quod dies... certae, ubi... inferiores cum *[seq.* his qui *obl.]* aliquanto prouectior'ibus' [prouectiores sunt *pr.*] 'disputent' in his *[seq.* 'ad' *et* 'ad quae ipsi aspirant *obl.]* quae... capiunt *[seq.* disputent *obl.]* constituantur *Po1.* — 29 et quod *1le. Po2;* 'quod' *add. Po1,* et *1le.* — 30 descendendo 'facient', *1 v. add. et obl. Po1.* — 31 preceptorem aliquem alius *1le. Po1.* — 32 *Marg.* 'Eeee' *obl. Po1.* — 31-33 praestabunt *add. Po3, 1le. ut Po1;* aliis semper 'qua decet' modestia *[seq.* quae 'decet' (conuenit *pr.*) *obl.]* ...praesidente [praesideat *Congl*]... dirimat, et quid doctrinae *[3 vv. add.,* in doctrina *2le.* et doctrinam *1le.]* 'ellici oporteat ex disputatis' [tenendum sit *1le.*] declaret *[1 v. add.,* ea eliceat *1le.]* 'praestabunt' *Po1.* — 34 *Marg.* B *add. Po2,* Bbbb *1le.;* Tres vt plurimum *[2 vv. add. Po. Po2, om. Po3,* fere *1le.]* erunt *Po1, 2, 3, E1;* ordinarie vt plùrimum *E3;* 'fere' *add. Po1,* Vt plurimum tres *1le.* — 35 'quartus' *et* 'quintus' *add. Po1,* alius... alius *1le.;* quintus *add. Po2,* quibus *1le. et Po3 errore transcriptionis.*

rationem quamdam studiorum O. P. anno 1259 in capitulo generali approbatam in opere *Acta Capitulorum Generalium*, vol. I, pp. 99-100, in MOFPH t. III; huic capitulo intererant SS. Albertus Magnus et Thomas Aquinas, ib. p. 94, annot. 1.

[k] *Sup.* c. 12 n. 2.

cam praelegat: [k] *et in horum duorum classibus graeca lingua, et hebraica, et si qua alia disceretur, est praelegenda; ita ut semper sint quinque classes. Quod si tantum negotii aliquae ipsarum exhiberent, ut unus Magister eis solus non satisfaceret, adiutor aliquis ei adiungetur. Si vero auditorum numerus ferre non poterit,* 40 *ut unus Praeceptor solus omnibus det operam, quamvis alios auxiliares habeat, geminari posset classis ea, quae sic numero abundaret; ita ut duae (verbi gratia) quintae classes, duae quartae essent;*

[l] *Sup.* c. 6 n. 6.

[l] *et omnes Praeceptores, si fieri potest, ex Societate sint: quamvis, si necessitas urgeret, externi esse possent. Si exiguus numerus, vel* 45 *auditorum dispositio, nec tot classes, nec tot Praeceptores exigeret, in omnibus prudentia ad moderandum numerum, et eos dumtaxat, qui satis sint, designandos locum habebit.*

C. *An praeter Praeceptores ordinarios, qui speciatim auditorum rationem habeant, esse unum oporteat vel plures, qui more publicorum* 50 *Professorum legant Philosophiam, Mathematicas scientias, vel quamvis aliam disciplinam, maiori cum apparatu, quam Lectores ordinarii; prudentia id constituet, iuxta locorum et personarum, cum quibus agitur, rationem, prae oculis maiorem aedificationem et* Dei *servitium habendo.* 55

[m] *Sup.* c. 6 n. 8 et **H.**

[n] C. 1 d. 32.

D. *Non solum* [m] *repetitiones ultimae lectionis fieri oportebit, verum et hebdomadae,* [n] *et longioris temporis, prout expedire iudicabitur*[2].

[o] *Inf.* c. 17 n. 2.

[p] *Sup.* c. 5 n. 2 et 3 et **D** et *inf.* c. 15 n. 1 et **A.**

4. Erit itidem Rectoris, per se vel per [o] Cancellarium semper observare, ut, qui novi accedunt, examinentur; et in iis classibus, 60 cumque iis Praeceptoribus, qui ipsis conveniunt, collocentur: [p] et

---

37 hebrea *Po1, 2, 3.* — 38 tantum *add. Po1,* multum *Ile.* — 39 satisfaceret *add. Po2,* sufficiat *Ile.;* adiutor *add. Po2, om. Po3,* coadiutor *Ile.; supra vv.* unus magister *est* solus non sufficiat *add. et obl.,* eis solus non sufficeret *[4 vv. add.,* satisfaceret *marg.,* eis non satisfaceret *Ile.]* adiutor [coadiutor *Ile.*] *Po1.* — 41 'det operam' *add. Po2,* attendat *Ile.;* uacet *marg. Po1 obl.,* det operam *non obl.* — 42 'geminari' *add. Po1,* duplicari *Ile.* — 45 urgeret, ex aliis *Ile. Po1;* numerus et *Ile. Po1.* — 47 prudentia *marg. Po1, add. Po. Po2,* discretio *Ile.* — 48 'designandos' *add. Po1,* deputandos *Ile.* — 49 *Marg.* C *add. Po2,* Cccc *Ile.;* An si *Ile. Po1;* ordinarios *add.,* consuetos *Ile.;* qui particul, *imp. v., Ile. Po1.* — 50-55 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 50 'unum oporteat' *add. Po2, om. Po3.* — 52 'disciplinam' *add. Po2,* facultatem *Ile.;* apparatu *add. Po2, om. Po3.* — 53 'constituet' *add. Po2, om. Po3.* — 50-55 esse unus *[sic]* vel plures... 'scientias' *[1 v. add.]*... facultatem [disciplinam *marg.*]... cum ornatu [obstentatione, apparatu *add. et obl.*]... ordinarii, esse oporteat, prudentia id *[1 v. add.]* iuxta... prae *[1 v. add.,* ante *Ile.]*... habendo, constituet *Po1.* — 56 *Marg.* D *add. Po2,* Dddd *Ile.* — 57 uerum et *[1 v. add. Po. Po2, om. Po3]* hebdomadae et *[seq.* 'plus' *obl. Po2 om. Po3]* alias praeterea quando ['si' *Po2 pr., om. Po3*] ita conuenire iudicaretur, fieri oporteret *[9 vv. add. Po2, om. Po3, Ile. ut Po1] Po2;* verum hebdomadae... oporteret *E1 ut Po2.* — 56-58 repetitiones *[seq.* fient *2Ie.,* erunt *Ile. obl.]*... lectionis, uerum hebdomadae, mensis et anni 'fieri' [eas haberi *Ile.*] oportebit *Po1.* — 61 cum'que' *add. Po1,* et cum *Ile.;* 'collocentur' *add. Po1,* constituantur *Ile.*

---

[2] Locus emendatus a congregatione I, decr. 32, *Institutum* II, 164.

eius discretioni (audita sententia eorum, qui ad id munus designati sunt) relinquetur, num diutius in eadem classe manere, an ad aliam ulterius progredi debeant. † Eiusdem [q]erit iudicium de studio linguarum praeter latinam', num Artibus et Theologiae anteponi, an postponi et quamdiu in eis quemque haerere oporteat. Sic etiam in aliis scientiis superioribus, propter ingeniorum et aetatum inaequalitatem, aliaque consideratione digna, ad [r]eumdem pertinebit expendere, quantum quisque eas discere et quamdiu in eisdem versari debeat: quamvis ii, [s]qui aetate et ingenii aptitudine pollent, melius sit, ut in omnibus proficere, et conspicui esse ad Dei gloriam enitantur. E

[q] *Sup.* c. 6 n. 5 et **D** et c. 12 n. 2 et *Exa.* c. 7 n. 3.

[r] *Sup.* c. 5 n. 2 et **C** et **D** et *Exa.* c. 7 n. 3.

[s] *Sup.* c. 5 n. 2.

E. *Posset* [t]*aliquis ea aetate vel ingenio esse, ut sola latina lingua ei sufficiat, et ex aliis facultatibus quantum ad confessiones audiendas et agendum cum proximis opus est; cuiusmodi sunt aliqui, qui curam animarum gerunt, nec magnae eruditionis sunt capaces. Alii rursum erunt, qui ad superiores scientias progredientur. Has autem capessere et illas relinquere quatenus conveniat, Superioris erit iudicare; quod cum Scholasticis externis significaverit, si volent illi nihilominus aliam rationem sequi, cogendi non erunt.*

[t] *Sup.* c. 5, **D**.

---

5. Ut assiduitas in litterario exercitio, sic et aliqua remissio necessaria est. † Quanta haec esse debeat, et quibus temporibus', prudenti considerationi Rectoris, expensis circumstantiis personarum et locorum, relinquetur. F

F. *Saltem singulis hebdomadis dies unus a prandio quieti destinatus sit: in reliquis conferatur cum Provinciali, qui ordo in vacationibus vel intermissionibus studiorum ordinariis sit tenendus.*

62-63 'munus .. sunt' *add. Po1,* deputantur *1le.* — 63-64 relinquetur *add. Po3,* num... debeant relinquitur *1le.;* 'debeant, relinquitur' *add. Po1,* relinquitur num debeant diutius *1le.* — 64 *Marg. nulla litt. Po1, 2, 3, E1.* — 64-66 Eiusdem... iudicium *et* et quamdiu *add. Po3,* Tantundem sit dictum *[3 vv. add. Po. Po1,* Sic etiam *1le.]* de studio aliarum linguarum... postponi quantumque in *1le.* — 66 'oporteat' *add. Po1,* postponi oporteat, quantumque... quisque haerere debeat *1le.;* Si qua etiam *1le. Po1.* — 67-68 'et aetatum', *et* 'aliaque... digna' *add. Po1,* ingeniorum inaequalitatem et aetatum aliarumque causarum quae sunt considerandae *1le.* — 69 *Marg.* E *E1, add. Po2, 3,* Eeee *1le.;* 'expendere' *add. Po1,* considerare *1le.;* quando quisque eas aggredi *Po1, 2, 3, E1,* * quando *E1;* et quantum in *Po1, 2, 3.* — 70 ii *add. Po3,* eos *1le.;* iis *Pra2 sqq.,* 'eos' *add. Po1, emend. imp.;* 'ingenii ['ingenio' *pr.*] aptitudine' *add. Po1,* aptitudine *1le.;* polleant *1le. Po2,* pollent *Po1.* — 71-72 'vt' *ac* 'et... esse' *et* 'enitantur' *add. Po1,* ut in omnibus proficere ac precellere ad Dei gloriam possint [possent *pr.*] *1le.* — 73 *Marg.* E *add. Po2,* Eeee *1le.;* Alicuius 'ex externis' *CompC1.* — 75 'agendum' *add. Po1,* conuersandum *1le.* — 77 rursum... progredientur *add. Po2,* etiam progressum in scientiis maiorem facient [faciant *1le. Po1, 2,* faci'e'nt *2le. Po1*] *1le.* — 78 'capessere' *et* quatenus *add Po1,* assumere... quando *1le.;* conueniet *1le. Po1.* — 80 aliam... sequi *add. Po2, marg. Po1,* aliter procedere *1le.* — 81 *Seq.* 'ne *[1 v. sup.]* ad ea quidem *[1 v. sup.]* quae meliora iudicantur' *non obl. Po1, obl. Po2.* — 82-83 'necessaria est' *add. Po1,* exercitio necessaria est *1le.; marg.* F *add. Po2, 3,* Ffff *1le.* — 84 prudenti *om. Po1, 2, 3, E1;* 'expensis' *add. Po1,* attentis *1le.* — 85 relinquitur *1le. Po2.* — 86 *Marg.* F *add. Po2,* Ffff *1le.;* 'destinatus' *add. Po1,* deputatus *1le.*

De libris, qui praelegendi sunt. Cap. XIIII.

[a] *Sup.* c. 5 n. 4 et P. 3 c. 1, **O** et P. 8 c. 1, **K**.

1. [a] Generatim (ut dictum est, cum de Collegiis ageretur) illi praelegentur libri, qui in quavis facultate solidioris ac securioris
A doctrinae habebuntur. † Nec illi sunt attingendi, quorum doctrina vel auctores suspecti sint'. Hi tamen particulatim in quavis Universitate nominentur.

In Caput XIIII.

A. *Quamvis liber suspicione malae doctrinae vacet, cum tamen suspectus est auctor, legi eum non convenit. Solet enim opus in causa esse, ut, qui legit, ad auctorem afficiatur; et auctoritas, quam apud ipsum habet in iis quae bene dicit, posset postmodum aliquid persuadere ex iis, quae male dicit. Rarum est etiam aliquid veneni non admisceri in iis, quae a pectore veneni pleno egrediuntur*[1].

B In Theologia legetur vetus et novum Testamentum, † et doc-
C trina scholastica [b] divi Thomae'; † et in ea, [c] quam positivam vo-
[b] C. 5 d. 41, 56. C. 22 d. 37. cant, eligentur ii auctores', qui ad scopum nostrum magis convenire videbuntur[2].

[c] *Sup.* c. 5 n. 1 et c. 12 n. 1.

B. *Praelegetur etiam Magister Sententiarum.* [d] *Sed si videretur temporis decursu alius auctor studentibus utilior futurus, ut si aliqua summa vel liber Theologiae scholasticae conficeretur, qui his nostris temporibus accommodatior videretur; gravi cum consilio, et rebus diligenter expensis per viros, qui in universa Societate aptissimi existimentur, cumque Praepositi Generalis approbatione, prae-*

[d] C. 1 d. 65.

---

1 '14' *add. Po1,* '13' *2le.,* '4' *1le.* — 4 *Marg.* 'A' *add. Po2, 3,* Gggg *1le.;* * quorum *E1.* — 7 14.[m] *add. Po1,* 13.[m] *2le.,* 4.[m] *1le.;* De libris legendis *nou obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 8 *Marg.* A *add. Po2,* Gggg *1le.;* tamen *add. Po2, om. Po3.* — 9 'eum' *add. Po1.* — 11 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le., sic Ll. 12, 13.* — 12 'ex... dicit' *add. Po1,* quod male dicit [dit *ms.*] *1le.* — 14 *Marg.* 'B' *add. Po2, 3,* Hhhh *1le.;* testamentum *add. Po3,* instrumentum *1le.;* testamentum *1le. Po2,* 'instrumentum' *Po1, ab initio capitis ad hoc verbum omuia scripsit Polancus prima manu.* — 15 * divi *E1;* in *add. Po2; marg.* 'C' *add. Po2, 3,* Jiii *1le.* — 15-16 et ex 'ea quam positinam vocant, ii auctores qui' *Po1,* 'ex... vocant' quod *2le.,* ex iure canonico quod *1le.* — 16 * eligentur *E1;* 'eligentur' *add. Po3;* convenire *add. Po1,* conueniunt *1le.* — 17 videbuntur *add. Po3,* intelligentur *1le.* — 18 *Marg.* B *add. Po2,* Hhhh *1le.* — 19-21 summa Theologiae *[adde* scholasticae *ex Erratis]* vel liber conficerctur qui *E1;* ali'us auctor', utilior futurus *et* 'summa theologiae vel liber' *et* qui *add. Po2, om. Po3;* aliam theologiam scholasticam studentibus utiliorem futuram, ut si aliqua conficerctur, quae his... 'graui' *[1 v. add. Po1,* maturo *2le.,* magno *1le.] 1le.;* aliam Theologiam huic non contrariam studentibus utiliorem fore, ut si aliqua conficeretur quae *Congl, quam lectionem ipsa Congl sic emendat* alium auctorem studentibus utiliorem fore, ut si.

---

1 Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], IV, 484; V, 300-301; VIII, 245; IX, 721-722; XI, 440-441; ser. 4[a], I, 200-201, et 495.

2 Cf. *Epist. Salmeronis* II, 709-715 et 716-717.

legi poterit. In aliis etiam scientiis et Litteris Humanioribus, si libri aliqui admittentur in Societate compositi, ut utiliores quam alii, qui communiter in manibus habentur; magna cum consideratione id fiet, prae oculis habendo scopum nostrum maioris boni universalis.

C. *Ut ex aliqua parte Iuris Canonici et Conciliorum, etc.*

---

2. [e] Quod attinet ad libros Humaniorum Litterarum latinos vel graecos, abstineatur in Universitatibus quoque, quemadmodum in Collegiis, quoad eius fieri poterit, ab eis iuventuti praelegendis, in quibus sit aliquid, quod bonis moribus nocere queat, † nisi prius a rebus et verbis inhonestis purgati sint'. [e] *Sup.* c. 5, E. **D**

D. *Si aliqui omnino purgari non poterunt, quemadmodum Terentius, potius non legantur; ne rerum qualitas animorum puritatem offendat* [3].

---

3. In Logica, et Philosophia naturali, et morali, et [f] Metaphysica [4], doctrina Aristotelis sequenda est, et in aliis Artibus Liberalibus, et in commentariis tam huiusmodi auctorum, quam Humaniorum Litterarum, habito eorum delectu, nominentur ii, quos videre discipuli, quosque ipsi Praeceptores prae aliis in doctrina quam tradunt sequi debeant. [g] Rector autem in omnibus, quae statuerit, procedet iuxta id, quod in universali Societate magis convenire ad Dei gloriam iudicabitur. [f] C. 1 d. 33. [g] *Sup.* c. 5 n. 1 et E.

25-28 *Ile. Po2 ut Po1 infra*, — 25 'admittentur' *et* 'compositi' *add. Po2, om. Po3.* — 26 'alii qui *[seq.* 'in communi vsu' *add. et obl.]*... habentur' *add. Po2, om. Po3.* — 27 'id fiet' *udd. Po2, om. Po3.* — 25-28 aliqui in Societate scripti, ut utiliores quam qui in manibus sunt, admittentur, magna cum consideratione, prae... uniuersalis, id fiet *Po1.* — 29 *Marg.* C *add. Po2,* Iiii *Ile.* — 30 humaniorum litterarum *add. Po3,* humaniores *Ile.;* 'Quod... ad' *add. Po1,* De libris humanioribus latinis uel graecis *Ile.* — 31 abstineantur *Ile. Po1.* — 31-32 in vniuersitatibus... collegiis *add. Po2.* — 32 potest *Ile. Po2,* poterit *Po1;* 'ab eis iuuentuti' *add. Po1,* a praelegendis iuuentuti *Ile.* — 33 *Marg.* 'D' *add. Po2, 3,* Kkkk *Ile.* — 34 * rebus *E1.* — 35 *Marg.* D *add. Po2,* Kkkk *Ile.* — 36 synceritatem *marg. Po1.* — 38 et metaphysica *add. Po2.* — 39 doctrinam Aristotelis profiteri *[1 v. add. Po3,* sequi *Ile.]* oportebit et *Po1, 2, 3, E1.* — 40 in eorum commentariis *et* quam eorum *Ile. Po1.* — 40-41 humaniorum litterarum *add. Po3,* humanioris disciplinae *Ile.,* 'disciplinae, habito eorum' *add. Po1,* humaniorum habeatur delectus et *Ile.* — 41 ii *add. Po3,* hi *Ile.;* uidere debeant *Ile. Po1.* — 42 *Post. v.* discipuli *est* 'debeant' *add. et obl.;* quosque etiam *Po1, 2,* que *add. Po1.* — 44 procedat *Po1, 2.* — 45 iudicatur *Ile. Po1.*

---

[3] Narrat Ribadeneira, Terentium a Frusio purgatum esse, at ne ita quidem placuisse Ignatio, qui illum auctorem in scholis nostris explicari vetuit, *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 440.

[4] Verba *et Metaphysica* addidit congregatio I, decr. 33, *Institutum* II, 164.

De cursibus et gradibus. Cap. XV.

A 1. In Litteris Humanioribus et Linguis † cursus temporis limitatus ad earum studium absolvendum esse nequit', propter ingeniorum et doctrinae auditorum varietatem multasque alias causas; quae non aliam temporis praefinitionem, quam quae unicuique con-
[a] *Sup.* c. 5 n. 3 et c. 13 n. 4 et *inf.* c. 17 n. 2. venire, [a] iuxta prudentis Rectoris vel Cancellarii arbitrium, videbitur, permittunt.

In Caput XV.

A. *Bono ingenio praeditis, qui studia inchoant, videatur, an medius annus in quavis quatuor classium inferiorum sufficiat, et duo in suprema; quod tempus Rhetoricae et Linguarum studiis impendatur: certa tamen regula praescribi non potest.*

---

2. In Artium studio cursus erunt ordinandi, in quibus scientiae
B naturales † (ad quas minus, quam [b] trium annorum spatium satis
[b] C. 2 d. 69. C. 22 d. 34. non erit)' praelegantur: [c] praeter quos medius adhuc annus ad
[c] *Sup.* c. 6 n. 16 et 17. audita repetenda, et actus scholasticos celebrandos, et gradum magisterii suscipiendum iis, qui eum suscepturi sunt, relinquetur. Cursus ergo integer trium erit annorum cum dimidio, usque ad
C promotionem ad magisterium. † Singulis autem annis unus huiusmodi cursus inchoabitur, et alius cum divino auxilio absolvetur'.

B. *Si aliquis alibi audivisset aliquid ex Artibus Liberalibus, posset eius temporis ratio haberi: ut plurimum tamen, ut quis ad*

---

1 Caput '15^{m}' *Po1*, '14^{m}' *2le.*, quintum *1le.*; Caput 14 *1le. Po2.* — 2 *Marg.* 'A' *add. Po2*, A *add. Po3*, LIII *1le.* — 4 auditorum *add. Po3*, in iis [his *1le.*] qui audiunt *2le.* — 5-7 'praefinitionem' *[add. Po1*, 'determinationem' *2le.*, limitationem *1le.]* quam... conuenire 'iuxta prudentis' rectoris vel cancellarii *[2 vv. add. Po2]* 'arbitrim v[ide]bitur *[corrosa charta Po1]* permittunt' *add. Po1, 2*, limitationem permittunt quam... conuenirc prudens rectoris uel cancellarii consideratio dictauerit *pr. Po1*, post prudentem considerationem rectori uidebitur *add., imp. emendatione, et obl.* — 8 *Num.* 15 *add. Po1*, 14 *2le.*, 5 *1le.; seq.* De cursibus et gradibus *Po1, obl. Po2, non obl. Po3.* — 9 *Marg.* A *add. Po2*, LIII *1le.;* qui *et* inchoant *add. Po2, om. Po3;* praeditis, et 'studia' inchoantibus uideatur *Po1.* — 10-12 'et... linguarum' studiis ['peritiae' *pr.*] 'impendatur' *add. Po2, om. Po3;* in superioribus magis *[seq.* qu, *imp. v., Po1 obl.]* haerendo *1le.* — 12 certa... potest *om. Po1, 2, 3, E1, sed in E1 add. in erratis;* iuxta [pro *marg. Po1, add. Po. Po2*] eorum qui curam habent arbitrium [arbitrio *Po2, 3*]; nec enim ea in re regula [lex, ratio *marg. Po1*, lex *add. Po. Po2*] certa, quae uniuersalis sit, dari *[seq.* non *obl. Po1*, praescribi *marg. Po1, add. Po. Po2]* potest *Po1, 3 non obl., Po2 obl.* — 13 'ordi'nandi *add. Po1*, opinandi *1le.* — 14 naturales praelegantur *1le. Po1;* 'trium' *add. Po1*, primum *1le.* — 15 'praelegantur' *add. Po1;* * annus *E1; marg.* B *E1, add. Po3*, Mmmm *Po2, 1le. Po3.* — 16 'celebrandos' *add. Po1.* — 17 iis *add. Po3*, his *1le.* — 18 ergo *om. E1;* Cursus itaque integer *Po1, 2, 3.* — 18-19 'vsque' ad 'promotionem ad' magisterium [magisterii *ms.*] *add. Po1*, 'vsque' ad magisterii promotionem *2le.*, donec ad magisterium quis promoueri possit *1le.* — 19 'singulis' *[seq.* 'annis' *obl.]* autem 'annis' *add. Po1*, quotannis autem *1le.; marg.* C *add. Po3*, Nnnn *Po2, 1le. Po3.* — 20 * inchoabitur *E1.;* cursus incipiet *1le. Po1;* 'absoluetur' *add. Po1*, alius absoluetur *1le.* — 21 *Marg.* B *add. Po2*, Mmmm *1le.;* alibi *add. Po2, om. Po3*, alia in parte *1le.* — 22 temporis in cursu *1le. Po2;* eius temporis in cursu ratio haberi *add. Po1*, id tempus in cursu computari *[seq.* eius *obl.] 1le.;* ut *obl. Po1, add. Po2.*

gradum magisterii promoveatur, tres annos, ut dicitur, studuerit oportet: et tantumdem de quatuor Theologiae annis, ut ad actus admittantur et in eadem gradum Doctoratus accipiant, dictum sit.

C. *Si opportunum non fuerit id ita omnino praestare, vel quod desint homines, vel alias ob causas; praestabitur cum Praepositi Generalis, vel certe Provincialis assensu, quod poterit.*

---

3. Theologiae curriculum sex annis emetietur. [d] In primis quatuor, ea omnia quae legi oportebit, praelegentur[1]; in duobus reliquis, [e] praeter repetitionem, [f] actus soliti ad gradum doctoratus ab iis, qui promovendi sunt, absolventur. † [g] Quarto quoque anno ordinarie cursus inchoabitur, sic libris praelegendis distributis, ut quolibet quatuor annorum quivis studiosus inchoare possit; et quod reliquum est incepti quadriennii, et eius quod sequitur quadriennii, usque ad illum terminum unde inceperat, audiendo, quatuor annis peragere omnino cursum Theologiae possit.

[d] *Sup.* c. 9 n. 3 et P. 5 c. 2 n. 2.
[e] *Sup.* c. 6 n. 16.
D
[f] Ib. n. 17.
[g] C. 2 d. 69.

D. *Si talis esset rerum status in aliquo Collegio vel Universitate Societatis, ut secundo quoque anno inchoare melius videretur, vel aliquanto post quartum: de consensu Generalis vel Provincialis fieri poterit, quod magis convenire comperietur.*

---

4. [h] In gradibus tam magisterii Artium, quam doctoratus Theologiae, tria observentur: primum, ne quis nisi diligenter † et publice examinatus' per [i] personas designatas, quae bene suum officium faciant, et idoneus [j] ad praelegendum eamdem scientiam inventus, promoveatur; sive ille de Societate sit, sive extra eam:

[h] *Sup.* c. 6 n. 17.
E
[i] C. 2 d. 72. C. 4 d. 63.
[j] C. 2 d. 70.

---

23 gradum ali, *imp. v., 1le. Po1.* — 26 *Marg.* C *add. Po2,* Nnnn *1le.;* Si tantum praestari non poterit *add. et obl. Po1;* 'ita omnino' *add. Po1,* totum *1le.* — 28 generalis asse, *imp. v., 1le. Po1.* — 29 Ad theo, *imp. v., 1le. Po1;* emetientur *1le. Po2;* 'curriculum' sex annis 'emetientur' *add. Po1,* cursus sex annorum erit *1le.* — 29-30 'In primis' *et* 'omnia... praelegentur' *add. Po3,* ex quibus quatuor ad ea legenda quae oportet, satis erunt *1le.* — 31-32 doctoratus in iis [his *1le. Po3*] *Po1, 2, 3.* — 32 *Marg.* D *add. Po3* Oooo *Po2, 1le. Po3;* fient *add. et obl. Po1.* — 32-33 'ordinarie' *add. Po3,* Ex consuetudine *[2 vv. add. Po. Po1]* autem quarto... anno cursus inchoabitur *[2 vv. add. Po. Po1] 1le., 3le. Po1,* Inchoabitur autem... anno cursus ex consuetudine *[2 vv. add. Po1,* ordinarie *1le.] 2le.* — 33 'distributis' *add. Po3,* compartitis *1le.;* libr'i's prelegend'i's 'compartitis' *add. Po1,* libros prelegendos diuidendo *1le.;* quouis *1le. Po1.* — 34 'studiosus' *add. Po1;* 'inchoare' *add. Po3,* ingredi *1le.;* 'possit' *add. Po1.* — 35 'incepti quadriennii' *add. Po1,* illius cursus audiendo *1le.* — 34-36 quod *et* quadriennii *et* unde inceperat *add. Po3, 1le. ut Po1;* qui sequitur usque ad illum 'ipsum' terminum 'audiendo' *Po1.* — 37 'peragere' *et* cursu'm theologiae' possit *add. Po1,* peragi *2le.,* absolui omnino cursus possint *1le.;* possint *Po2 vitiose.* — 38-39 *Marg.* D *add. Po2,* Oooo *1le.;* 'rerum... collegio' *[5 vv. add. Po1,* Si sic disposite res essent *3le.,* Si... esset dispositio alicuius collegii *2le.,* Si... esset in *1le. imp.]* uel uniuersitate [uniuersitatis *1le. Po1]* in Societate nostra ut *Po1, 2, 3, E1.* — 40 aliquando *Ant, Pra1, 2, Av, Ci, Fl.* — 41 conuenire experimento comperietur *Po1, 2, E1,* comperiretur *Po3.* — 43 *Marg.* E *add. Po3,* Pppp *Po2, 1le. Po3.* — 45 idoneus inuentus *1le. Po1;* praelegendam *Po1, 2;* 'inuentus' *add. Po1.*

---

[1] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VII, 633-634.

alterum, [k] ut praecludatur ostium ambitioni, nullis locis certis eis, qui ad gradus promoventur, assignatis; quin potius honore se invicem praevenire [2], [l] nulla locorum differentia observata, curent: [m] tertium, ut quemadmodum gratis docet, ita et ad gradus Societas gratis promoveat; † et non nisi admodum exigui sumptus (licet voluntarii sint) externis permittantur', ne consuetudo vim legis tandem obtineat, et in ea parte, temporis decursu, excessus fiat. Videat etiam Rector, ne Magistris vel ullis aliis de Societate, sibi aut Collegio pecuniam aut dona quaevis ab ullo, pro re quavis in ipsorum utilitatem facta, accipere permittat; [n] quandoquidem praemium nostrum solus Christus Dominus iuxta nostrum Institutum futurus est, qui est merces nostra magna nimis [3].

E. *Si iustas ob causas aliquis publice non examinandus videretur; habita a Generali vel Provinciali facultate, fieri poterit quod Rector ad maiorem* Dei *gloriam fore iudicaverit.*

F. *Et sic non permittentur convivia, nec alii ludi, qui cum sumptibus non mediocribus fiunt, et ad finem nobis propositum inutiles sunt: nec pilei, aut chirothecae, vel quid aliud detur.*

De iis, quae pertinent ad bonos mores. Cap. XVI [1].

1. Diligenter curetur, ut, qui litteras discendi gratia ad Universitates Societatis se conferunt, simul cum illis bonos ac christianis dignos mores addiscant. Ad quod multum iuverit, † si [a] omnes singulis saltem mensibus semel ad confessionis sacramentum acce-

[k] *Sup.* c. 6 n. 17 et P. 10 n. 6.
[l] C. 1 d. 34.
F
[m] *Sup.* c. 7 n. 3 et *inf.* c. 17 n. 3 et **F** et *Exa.* c. 1 n. 3 et c. 4 n. 27 et P. 6 c. 2 n. 7 et **G** et P. 7 c. 4 n. 4 et **B** et P. 10 n. 5.
[n] *Exa.* c. 4 n. 27.
A
[a] *Sup.* c. 7 n. 2.

48-49 'se' *et* praeueni're', *et* 'curent' *add. Po1,* praeuenient *Ile.,* praeueniant nulla observata differentia locorum *emend. Congl,* et doctiores infima loca procurent *pr.* 50 'gratis' *ac* 'et' *add. Po1.* — 51 non... admodum *add. Po2.; marg.* F *add. Po3,* Qqqq *Po2, Ile. Po3;* * exigui *E1.* — 52 noluntarii sint *add. Po3,* sponte fierent *Ile.;* permittantur *add. Po3.* — 53 decursu mediocritatem excedant *[seq.* permittantur *obl. Po3] Po1, 2, 3, E1.* — 52-53 externis *[seq.* permittantur *obl. Po1]* ne... decursu mediocrit'atem' exceda'n't, 'permittantur' *add. Po1,* mediocritas [mediocriter *pr.*] excedatur *Ile.* — 55 ullo hominum *Po1, 2;* 'quaeuis' *add. Po1,* licet exigua *Ile.,* ullo hominum accipere permittat *Ile. Po1.* — 55-56 'facta' *add. Po1,* quae in... utilitatem fiet *Ile.* — 56 premium nostrum *add. Po1,* merces nostra *Ile.* — 57 Dominus est futurus *Ile. Po1.* — 57-58 institutum (merces erit magna nimis) futurus est *Po2, 3, E1;* merces 'certe' magna 'futurus est' *add. Po1,* (qui est merces magna nimis) *Ile.* — 59 *Marg.* E *add. Po2,* Pppp *Ile.* — 62 *Marg.* F *add. Po2,* Qqqq *Ile.;* qui *add. Po2, om. Po3, Ile. ut Po1;* alii ludi 'vel' spectacula *]4 vv. add. Po1,* alia pompa *2Ile.,* alia festa *Ile.]* quae cum *Po1, 2, 3.* — 63-64 non mediocribus et *]3 vv. add. Po. Po1]* ad finem nobis *]1 v. add. Po2, om. Po3]* propositum inutilibus fiunt, nec pilei *Po1, 2, 3, E1.*

1 Caput '16' *Po1,* '15' *2Ile.,* 6 *Ile.;* iis *add. Po3,* his *Ile.* — 3-4 christian'is dignos' *add. Po1,* christianos mores *Ile.* — 4 *Marg.* A *add. Po3,* Rrrr *Po2, Ile. Po3;* 'iuuerit' *add. Po1,* conferet *Ile.* — 5 * singulis *E1.* — 5-6 'ad... accedent si' *add. Po1,* peccata confitebuntur *Ile.;* accedunt *E3.*

[2] Cf. Rom. 3, 10. Locum sequentem emendavit congregatio I, decr. 34, *Institutum* II, 164.

[3] Cf. Gen. 15, 1.

[1] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IV, 100 nn. 3-7; V, 374-375; XI, 537 n. 6, 538-539 nn. 14-17.

dent, si Missam quotidie, concionem singulis diebus festis, (cum ea fiet) audient'. Ex praeceptoribus autem quisque hoc a suis discipulis praestari curabit.

In Caput XVI.

A. *Qui facile compelli possunt, compellantur ad id, quod de confessione, Missa, concione, doctrina christiana et declamatione dicitur. Aliis amanter quidem persuadere convenit; sed ad id ne cogantur, nec, si id non praestiterint, a scholis expellantur; dum tamen nec dissoluti, nec aliis offendiculo esse videantur.*

---

2. [b] Praelegetur etiam in Collegio aliquo die cuiuscumque hebdomadae christiana doctrina; et ut pueri eam ediscant et recitent, omnesque etiam adultiores, si fieri potest, eamdem sciant, curabitur. [b] *Sup.* c. 7 n. 2.

3. [c] Habebitur etiam singulis hebdomadis (ut de Collegiis est dictum) † ab aliquo ex Scholasticis declamatio de rebus, quae audientibus aedificationi sint', eosque ad augmentum in omni puritate ac virtute expetendum invitent; [d] ut non solum stilus exerceatur, sed mores meliores reddantur. Omnes autem eos, qui latine sciunt, huiusmodi declamationi interesse oportebit. [c] *Sup.* c. 6 n. 13. **B** [d] *Sup.* c. 6 n. 13 et c. 13 n. 3.

B. *Quamvis, ut plurimum, ex prima classe sit futurus, qui hanc declamationem dicet, sive ex Scholasticis Societatis, sive ex externis sit; posset tamen aliquando aliquis alius, qui Rectori videretur, eam conficere, vel quod alius confecerit pronuntiare. Quia tamen res erit publica, huiusmodi esse debebit, ut, a quocumque pronuntietur, eo loco non indigna esse iudicetur.*

---

4. In scholis nec iuramenta, nec iniuriae, verbo vel facto illatae, nec inhonestum aut dissolutum quid in externis ad scholas accedentibus permittatur. [e] Feratur autem Praeceptorum peculiaris in- [e] *Sup.* c. 8, A

---

6 si *add. Po2, est Po1;* quotidie, ad *1le. Po1.* — 6-7 'cum ea fiet' *add. Po1,* si tamen f'iet' *2le.,* fuerit *1le.* — 7 Et ex praeceptoribus quisque *Po1, 2, 3.* — 7-8 quisque *[seq.* hoc in suis *add. et obl., et* curabit ne sui *1le. imp.]* hoc a suis 'discipulis prestari' curabit *Po1, seq.* prestare *obl.* — 9 In... 16 *[numeri add. Po1,* 15 *2le,* 6 *1le.]* De his quae ad bonos mores pertinent *Po1, 3;* De iis [his *1le.*]... pertinent *obl. Po2.* — 10 *Marg.* A *add. Po2,* Rrrr *1le.* — 12-14 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 12 'conuenit' *add. Po2, om. Po3.* — 12-13 'ad id ne' cog'antur' *add. Po2, om. Po3.* — 13 expell'antur' *add. Po2, om. Po3.* — 12-14 persuadere, sed non eos cogere, nec... expellere, dum... uideantur conuenit *Po1.* — 15 'cuiuscunque' *add. Po1,* in hebdomada *1le.* — 16 et curabitur ut *1le. Po1;* addiscant *Po1, 2, 3.* — 17 sciant 'curabitur' *add. Po1,* teneant *1le.* — 18 Habebitur *add. Po1,* Erit *1le.* — 19 *Marg.* B *add. Po3,* Ssss *Po2, 1le. Po3.* — 19-20 'sint' *add. Po1,* quae sint *1le.* — 22 mores etiam *Po1, 2, 3;* 'meliores reddantur *add. Po1,* iuuentur *1le.;* 'eos' *add. Po1.* — 22-23 sciunt, adesse oportebit *Po1, 2, 3.* — 24 *Marg.* B *add. Po2,* Ssss *1le.;* ut *obl. Po1, add. Po2, 3.* — 25 dicet *add. Po2, marg. Po1,* faciet *1le.* — 26 tamen *add. Po2.* — 29 esse *add. Po2,* esse non *1le.* — 30 Non permittantur in *1le. Po1; primum* 'nec' *add. Po1;* uel *add. Po3,* aut *1le.* — 31 quid *add. Po3,* nec quid *1le.* — 32 'permittatur' *add. Po1,* 'non permittatur' *1le.*

tentio, tam in lectionibus, cum se occasio obtulerit, quam extra eas, ad eosdem ad obsequium et amorem Dei ac virtutum, quibus
[f] *Sup.* c. 6 n. 1. ei placere oportet, movendos, et ut [f] omnia sua studia ad hunc
C finem referant. Quod ut ad memoriam eis reducatur, † ante lectionis initium dicat aliquis brevem orationem' ad id institutam; quam Praeceptor et discipuli omnes aperto capite attente audient.

C. *Oratio, vel eo modo dicenda est, ut devotionem et aedificationem addat, vel non est dicenda; sed Praeceptor signo crucis se muniat aperto capite, et incipiat.*

---

5. Propter eos, qui tam in diligentia suis studiis adhibenda, quam in iis, quae ad bonos mores pertinent, peccaverint, et cum
[g] *Sup.* c. 7 n. 2 et **D** et *inf.* c. 17, **G.** quibus sola verba bona et exhortationes non sufficiunt, [g] Corrector (qui [h] de Societate non sit) constituatur; qui pueros in timore con-
[h] C. 1 d. 35. tineat, et eos, quibus id opus erit, quique castigationis huiusmodi erunt capaces, castiget. Cum autem nec verba nec Correctoris officium satis esset, et in aliquo emendatio non speraretur, aliisque
D esse offendiculo videretur; † praestat [i] a scholis eum removere',
[i] *Sup.* c. 11, **B.** quam, ubi parum ipse proficit et aliis nocet, retinere. Hoc autem iudicium Rectori Universitatis, ut omnia ad gloriam et servitium Dei, ut par est, procedant, relinquetur.

D. *Si casus aliquis accideret, ubi in remedium offendiculi praestiti satis non esset a scholis expellere; videat Rector, quid*
[j] P. 10 n. 11, **B.** *praeterea conveniat providere: quamvis, [i] quoad eius fieri poterit, in spiritu lenitatis, pace et charitate cum omnibus conservata, sit agendum.*

34-35 eos'dem' *ac* 'et amorem' *et* 'mouendos et' *add. Po1,* eos mouendos ad amorem et obsequium Dei... oportet, profectum *Ile., seq.* quod *obl.* — 36 'referant. Quod' *add. Po1,* dirigant. Et *Ile.;* ut *add. Po2, est Po1; marg.* C *add. Po3,* Tttt *Po2, Ile. Po3.* — 37 * initium *E1.* — 37-38 quam... attent'e audient' *add. Po1,* ad quam... attenti erunt *Ile.* — 39 *Marg.* C *add. Po2,* Tttt *Ile.;* ut aedificationem et deuotionem *Po1.* — 42 Propter eos *add. Po2, Ile. ut Po1 infra.* — 43 iis *add. Po3,* his *Ile.* — 42-43 In eorum gratiam qui *[seq.* defecerint *obl.]...* in his... pertinent, 'peccauerint' *Po1.* — 44 sufficient *Po1, 2;* correptor *Ile. Po1, seq.* extr, *imp. v., obl.* — 45 'pueros' *add. Po1,* eos *Ile.* — 46 'quique... huiusmodi' *add. Po1,* et punitionis *Ile.* — 45-47 'constituatur' *add. Po3,* qui... castiget, constituatur *Ile.* — 47 'correctoris' *add. Po1.* — 48 essent *Ile. Po1;* 'in... speraretur' *add. Po1,* uideretur aliquis incorrigibilis *Ile.* — 48-49 aliis'que' esse [esset *pr.*] offendiculo 'videretur' *add. Po1,* quique aliis offensionis esset causa *Ile.* — 49 *Marg.* D *add. Po3,* Vvvv *Po2, Ile. Po3;* * scholis *E1.* — 50 quam eum *Ile. Po1;* 'proficit' *add. Po1,* iuuatur *Ile.* — 51 rectoris *Ile. Po2,* rectori *Po1;* uniuersitatis relinquetur *Ile. Po1.* — 52 relinquetur *add. Po3,* relinquatur *Ile., add. Po. Po1.* — 53 *Marg.* D *add. Po2,* Vuuu *Ile.;* 'Vbi non posset teneri corrector, excogitetur si quis alius sit modus, dum non sit de Societate qui castiget, et' si ad remedium *CompC1.* — 53-57 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 53 in *add. Po2.* — 55 praeterea *add. Po2.* — 56 conseruata *add. Po2, om. Po3.* — 57 'agendum' *add. Po2.* — 53-57 ad *[seq.* scan, *imp. v., obl.]* remedium offendiculi 'praestiti' *[2 vv. add.,* scandali *Ile.]...* scholis excludere *[1 v. add.,* expellere *Ile.]...* quid ulterius [praeterea, amplius *marg.*]... lenitatis, conseruata pace et charitate cum omnibus sit orocedendum [agendum *marg.*] *Po1.*

De Officialibus vel Ministris Universitatis. Cap. XVII.

1. † Cura universalis, vel superintendentia et gubernatio Universitatis penes Rectorem erit'; qui idem esse poterit, qui in Collegio praecipuo Societatis praeest, et iis praeditus Dei donis, [a] de quibus dictum est, ut possit commisso sibi officio dirigendi in litteris et moribus totam Universitatem satisfacere. [b] Eius electio ad Praepositum Generalem, vel alium, cui ille id commiserit (cuiusmodi esset Provincialis, vel Visitator) spectabit: confirmatio vero semper erit Generalis. † Habebit [c] autem Rector quatuor Consiliarios vel Assistentes', qui in rebus ad ipsius officium pertinentibus, ut plurimum, possint eum iuvare, et cum quibus ipse quae sunt maioris momenti conferat [1]. **A** **B**

[a] *Sup.* c. 10 n. 4.

[b] *Sup.* c. 2 n. 5 et c. 10 n. 3 et P. 9 c. 3 n. 3, 14 et 15.

[c] *Sup.* c. 10 n. 7 et *inf.* n. 6 et P. 9 c. 6 n. 14 et I.

In Caput XVII.

A. *Quamvis hoc ita se habeat, tamen nec lectores primarios, nec officiales (qualis est Cancellarius) inconsulto Provinciali, vel Generali, si vicinior est, mutabit, si ille non eidem id commisisset; cui ut res omnes perspectae sint curare debet.*

B. [d] *Ex his Consiliariis unus posset* [e] *Collateralis esse, si Praeposito Generali id necessarium videretur: et si tam multi esse commode non possent, fiet ut optime poterit.*

[d] P. 8 c. 1 n. 3.

[e] C. 2 d. 86.

---

2. † Erit [f] et Cancellarius', vir in litteris egregie versatus, qui et zelo bono et iudicio ad ea, quae sunt ei committenda, polleat: **C**

[f] *Sup.* c. 5 n. 1.

---

1 Caput '17' *add. Po1*, '16' *2le.*, 7 *1le.* — 2 *Marg. nulla litt. E1, Po3*, Xxxx *Po2;* 'suprema' *add. et obl. Po1.* — 3 in *om. Po1, 2, 3.* — 4 iis *add. Po3*, his *1le.* — 5 sibi *add. Po3.* — 9 *Marg.* A *E1, add. Po3*, Yyyy *Po2, 1le. Po3;* * consiliarios *E1.* — 11 ut... possint *om. Po1, 2, 3, E1*, 'in vniuersum' *add. ante* ut, *et obl. Po3;* iuuare possint *1le. Po1;* 'et' *add. Po1*, cum quibus et *1le.* — 11-12 ipse *add. Po3*, ille *1le.;* momenti tractare possit *[1 v. add. Po. Po1] Po1, 2, 3, E1.* — 13 17.[m] *add. Po1*, 16 *2le.*, 7 *1le.; seq.* De officialibus uel ministris vniuersitatum *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 14 *Marg.* A *add. Po2*, Xxxx *1le.;* tamen *add. Po2, om. Po3;* primarios *add. Po2, obl. Po1.* — 15 officiales primarios *1le. Po2.* — 16 'id' *Po1.* — 17 cui *obl. et rest. Po2*, quibus *add. et obl.*, quibus *Po3;* curare debet *add. Po1*, curandum erit *1le.* — 18 *Marg.* B *add. Po2*, Yyyy *1le.* — 19 id *add. Po1*, is *2le.*, sit necessarius *1le.;* commode *add. Po2, om. Po3.* — 20 optime *obl. et rest. Po2*, commodius *add. et obl.*, commodius *Po3.* — 21 *Marg.* B *E1, add. Po3*, Zzzz *Po2, 1le. Po3;* * cancellarius *E1;* 'egregie versatus' *add. Po1*, non mediocriter uersatus, celebris, 'insignis' *add. et obl.*, praeclarus *1le.*

---

[1] Quatuor consiliariorum seu consultorum institutio videtur facta anno 1556, mense Martio secundum collegii romani modum; cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], XI, 178. Sed nota, locum de consultoribus additum textui *B* (t. II, p. 712, *Const.* IX, 6, 14) jam esse in ipso textu *B*' seu Natalis, non additum textui (t. II, in Appendicibus, n. 4, p. 741); proinde additum fuisse textui *B* ante annum 1555, quando Natalis exemplo suo jamdiu utebatur. Itaque ordinatio de qua loquitur epistola anni 1556, non videtur referenda ad institutionem ipsam consultorum, sed solum ad modum in collegio romano usurpatum.

[g] *Sup.* c. 13 n. 4 et c. 15 n. 1.

[g] cuius sit munus, generale Rectoris instrumentum esse ad studia bene ordinanda, et disputationes in actibus publicis dirigendas, et ad discernendum, an sufficiens doctrina sit eorum, qui ad actus et gradus (quos quidem ipsemet dabit) sunt admittendi.

C. *Si satis esset Rector, ut, praeter suum, Cancellarii etiam munus obire posset, in eamdem personam haec duo officia possent convenire.*

D 3. Sit Secretarius ex eadem Societate, qui librum habeat, † ubi omnium Scholasticorum, qui scholas assidue frequentant, nomina scribantur': quique eorum promissionem de obedientia Rectori

[h] *Sup.* c. 7 n. 2.

E praestanda, et [h] constitutionibus observandis († quas ipsemet proponet') admittat; et sigillum Rectoris et Universitatis habeat: [i] quae tamen omnia sine ullis expensis Scholasticorum fient.

[i] *Sup.* c. 15 n. 4.

D. *Quando ultra unam hebdomadam assidue scholas frequentant, invitandi sunt ad nomina sua danda, quae in librum matriculae referantur: et legentur eisdem, non omnes constitutiones, sed quae unicuique sunt observandae: et promissio ab eis, non autem iusiurandum, de obedientia et observatione propositarum constitutionum exigetur. Si nollent aliqui promissione obligari, vel nomina in matriculam referenda dare, non ideo a scholis excludendi sunt; dummodo pacifice et sine offendiculo in eis versentur: et sic eis significari poterit; addendo nihilominus, quod cura magis peculiaris Scholasticorum, quorum nomina scripta in libro Universitatis sunt, haberi solet*[2].

E. *Quamvis postea, quae ab omnibus sunt observandae, eo in loco, ubi publice legi possint; quae vero in quavis classe, in ea ipsa sunt affigendae.*

23-26 *Ile. Po3 ut Po1 infra.* — 23 'generale... esse' *add. Po3.* — 25 'ad discernendum' *add. Po3.* — 26 'sunt admittendi' *add. Po3.* — 23-26 munus *[add.,* officium *Ile., seq.* generale instrumentum esse rectoris *obl.]* ad studia... dirigendas et an sufficiens *[2 vv. add.,* de *Ile.]* ...dabit) 'generale... esse' *Po1.* — 27 *Marg.* C *add. Po2,* Zzzz *Ile.* — 29 conuenire *add. Po1,* concurrere *Ile.* — 30 *Marg.* C *E1, add. Po3,* Aaaaa *Po2, Ile. Po3;* * secretarius *E1;* 'librum habeat' *add. Po1,* matriculam habeat *Ile.* — 31 omn'ium' scholastic'orum' [omnes scholastici *pr.*] qui scholas [scholae *pr.*] assidue frequentant 'nomina' *Po1.* — 32 quique de *Ile. Po2,* de *om. Po1.* — 32-34 'quique eorum' [admittatque eorum *pr.*]... proponet, 'admittat' *Po1.* — 33 *Marg.* D *E1, add. Po3,* Bbbbb *Po2, Ile. Po3.* — 34 et habeat sigillum *Ile. Po1;* 'habeat' *add. Po1.* — 36 *Marg.* D *add. Po2,* Aaaaa *Ile.* — 37 matriculae *add. Po2.* — 40 iusiurandum *add. Po2,* iuramentum *Ile.;* iuramenta *Ile. Po1, seq.* admittetur *obl.,* 'admittetur' *add. Po1;* praepositarum *Po1, 2, 3.* — 42 matriculam *add. Po2,* librum *Ile.* — 44 'significari' *add. Po1,* dici *Ile.;* magis *add. Po2.* — 45 scholasticorum vniuersitatis *Ile. Po2, per errorem, ut videtur;* 'in... vniuersitatis' *add. Po1;* uniuersitatis *add. Po2.* — 47 *Marg.* E *add. Po2,* Bbbbb *Ile.* — 47-49 in eo loco *[sic] add. Po2;* obseruandae *et* affigendae *add. Po2,* obseruanda... affigenda *Ile.;* obseruande... affigende *Ile. Po1.*

---

[2] «Chi voleva... participare dei privilegi concessi alla Università [di Padova], doveva farsi inscrivere nella matricula» GLORIA, *Monumenti della Università di Padova*, p. 178, n. 216.

4, † Erit et Notarius', ut fidem publicam faciat de susceptis gradibus, et aliis quae occurrent. † Sint et duo vel tres Bidelli', unus ad facultatis Linguarum, alter ad Artium, tertius ad Theologiae functiones destinatus. **F** **G**

F. *Hic poterit aliquid utilitatis ab externis, qui testimonium suorum graduum requirent, percipere. Sit tamen quid moderatum,* [j] *nihilque in Societatis utilitatem redundet. Ad testimonium autem Nostris reddendum, litterae patentes Rectorum satis erunt.*

[j] *Sup.* c. 15 n. 4.

G. *Hi ex Societate non erunt: quia tamen non parum laboris sunt habituri, commodum stipendium accipient;* [k] *et unus eorum Corrector esse poterit.*

[k] *Sup.* c. 16 n. 5.

---

5. In has tres Facultates Universitas dividetur; et in quavis earum sit Decanus et duo alii designati ex iis, qui melius res facultatis illius callent: qui, a Rectore vocati, possint dicere quid sentiant ad suae Facultatis bonum convenire: et, si quid tale in mentem venerit, dum inter se de huiusmodi rebus agunt, ad Rectorem, quamvis non vocentur, referent.

6. In rebus, quae ad solam unam Facultatem pertinent, † vocabit Rector, praeter Cancellarium et suos [l] Assistentes', Decanum etiam et designatos illius facultatis: in iis, quae ad omnes pertinent, Decani et designati omnium vocentur. Et, si Rectori visum fuerit et alios de Societate, vel extra eam, ad congregationem vocare, facere id poterit; ut, cum omnium sententias audierit, melius quod convenit constituat. **H**

[l] *Sup.* n. 1.

H. *Quamvis decisio rerum ex suffragiis horum non pendeat; ipsos tamen vocari et audiri convenit. Sententiae autem eorum, qui res melius intelligunt, eam, quam par est, rationem Rector habebit. Si tamen omnes alii aliter, quam ipse, sentirent, contra omnium sententium ne agat, nisi prius rem cum Provinciali contulerit.*

---

50 *Marg.* E *E1, add. Po3,* Ccccc *Po2, 1le. Po3;* * notarius *E1.* — 51 *Marg.* F *E1, add. Po3,* Ddddd *Po2, 1le. Po3;* * bidelli *E1;* bidelli *add. Po2,* apparitores *1le.;* uedelli *add. et obl. Po1.* — 52 facultatem *1le. Po1;* 'tertius' *add. Po1,* alter *1le.* — 53 'destinatus' *add. Po1.* — 54 *Marg.* F *add. Po2,* Ccccc *1le.* — 56 Si testimonium *1le. Po1.* — 58 *Marg.* G *add. Po2,* Ddddd *1le.;* erunt 'vt nec notarius' *CompC1.* — 60 correptor *1le. Po1.* — 62 'sit' *et* 'designati' *add. Po1.* erit... deputati *1le.;* iis *add. Po3,* his *1le.* — 63 dicere possint *Po1, 2.* — 64 'conuenire' *add. Po1,* sentiant conuenire *1le.;* et nisi *1le. Po2,* et si *Po1.* — 64-66 'et' *[seq.* inter 'ipsos' *2le.,* se *1le., obl.]* si quid tale 'in mentem venerit' [inuenerint *2le.,* excogitauerint *1le.*], 'dum... agunt' ['inter ipsos' *pr.*] *Po1.* — 67 *Marg.* G *E1, add. Po3,* Eeeee *Po2, 1le. Po3;* * solam *E1.* — 68 rector *add. Po3.* — 69 'designatos' *add. Po1,* deputatos *1le.;* iis *add. Po3,* his *1le.* — 70 'designati' *add. Po1,* deputati *1le.;* fuerit poterit *1le. Po1.* — 72 'facere id poterit' *add. Po1,* 'poterit' *add. pr. et obl.* — 74 *Marg.* H *add. Po2,* Eeeee *1le.;* decisio rerum *add. Po1,* deliberatio *1le.* — 75 ipsos tamen *add. Po2, om. Po3,* eos *1le.* — 76 'eam quam' *et* 'rationem' *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1.* — 75-76 Sententia... intelligunt, id quod par est momentum apud rectorem habebunt *add. Po1,* rector *[seq.* quam *ex* qua *obl.]* rationem habebit, ut par est sententie eorum quihus res magis sunt perspecte *1le.* — 78 agat *marg. Po1, add. Po. Po2,* procedat *1le.*

I 7. † Erit [m] Syndicus unus generalis', qui tam de personis,
[m] *Sup.* c. 6 n. 15 et c. 10 n. 7 et P. 3 c. 1 n. 16. quam de rebus, de quibus videbitur, Rectorem et Praepositum Provincialem et Generalem admoneat: qui quidem Syndicus vir magnae fidelitatis et iudicii esse debebit. Praeter hunc, suos habebit
K Syndicos particulares Rector; † ut, quae quavis in classe acciderint, quibus providere oporteat, ad ipsum referant'. Et ut ipse de omnibus Praeceptoribus et aliis de Societate[3]; ita et Collateralis, et
L Syndicus, et Consiliarii de ipso et de aliis † [n] scribent semel sin-
[n] P. 8 c. 1 n. 9. gulis annis Praeposito Generali, et bis Provinciali', qui Generalem (si quid oportuerit) admonebit: ut in omnibus maiori cum circumspectione et cura praestandi quod quisque debet, procedatur.

I. *Hoc Syndici officium posset coniungi cum Collateralis vel Consiliarii officio, si sic videretur convenire, quod alius in Universitate magis ad id idoneus, quam aliquis eorum, non esset.*

K. *Et quamvis Syndici nihil habeant, quod alicuius momenti sit; singulis tamen diebus Sabbati saltem, se nihil habere Superiori referant*[4].

L. *Mittantur huiusmodi litterae eo modo obsignatae, ut nullus sciat quid alius scripserit. Et cum vellet Praepositus Generalis, vel Provincialis, pleniorem rerum notitiam, non tantum Collateralis, Syndicus et Consultores de Rectore deque omnibus aliis scribent; verum etiam quisque Magistrorum et Scholasticorum approbatorum, et Coadiutorum quoque formatorum scribet, quid de omnibus ac etiam de Rectore sentiat. Et ne id novum videatur, tertio quoque anno saltem, haec referri quasi ordinarie sic debeant.*

---

79 *Marg.* H *E1, add. Po3,* Fffff *Po2, Ile. Po3;* * syndicus *E1.* — 80 rectorem admoneat *Ile. Po1.* — 81 'admoneat' *add. Po1;* quidem syndicus *add. Po3.* — 82 magnae *add. Po2,* non mediocris *Ile.; marg.* I *E1, add. Po3,* Ggggg *Po2, Ile. Po3;* * suos *E1;* 'hunc' *add. Po1,* id *Ile.* — 84 'vt ipse' *add. Po1,* ille *Ile.* — 85 'ita et' *add. Po1,* et *Ile.* — 86 *Marg.* K *E1, add. Po3,* Hhhhh *Po2, Ile. Po3;* * semel *E1.* — 86-87 'semel... annis' *add. Po1,* quotannis *Ile.* — 90 *Marg.* l *add. Po2,* Fffff *Ile.* — 90-91 posset... officio *add. Po1,* collaterali *[bis]* uel consiliario dari possit *Ile.* — 91 quod *add. Po2, om. Po3,* quoniam *Ile.,* quoniam *add. Po1,* quod *Ile.* — 92 ad id *add. Po1.* — 93 *Marg.* K *add. Po2,* Ggggg *Ile.* — 94 tamen *add. Po2, om. Po3,* singulis quibusque diebus *Ile.;* ad superiorem *Po1, 2, 3.* — 1 *Marg.* L *add. Po2,* Hhhhh *Ile.* — 1-2 ut... scripserit *add. Po2, Ile. ut Po1,* ut sic nesciat *[2 vv. add.]* quod ille *[1 v. add.,* unusquisque ignoret quod alius *Ile.]* scribit *Po1.* — 2-4 Et cum optaret *[1 v. add. Po. Po1,* uellet *Ile.]* praepositus... rerum notitiam *[2 vv. add. Po1,* informationem *Ile.]*... sindicus *Po1, 2, 3, E1.* — 4 et consultores *add. Po2.* — 5 etiam *add. Po2, om. Po3.* — 6-7 coadiutorum etiam formatorum... omnibus et etiam *Po1, 2, 3.* — 8 anno vt [vt *add. Po. Po2]* minimum haec referri ordinarie *[1 v. add. Po2, om. Po3] Po2, E1; Ile. Po2, ut Po1,* hec referri ex consuetudine *[seq.* deb, *imp. v., obl.]* sic debeant *add. Po1,* huiusmodi informatio tanquam ordinarie fieri debeat *Ile.*

---

[3] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VII, 42.

[4] Bidelli studii patavini tenebantur qualibet hebdomade «dominum decanum visitare» Brotto e Zonta, *La Facoltà teologica dell'Università di Padova,* parte 3, c. 2, p. 297.

8. De aliquibus [o] insigniis, num eis Rector, Cancellarius, Bi- [o] C. 1 d. 131.
delli, Doctores et Magistri, ut in Universitate cognoscantur, vel saltem in actibus publicis uti debeant, necne; et, si utantur, qualia esse debeant, † considerationi Generalis tunc exsistentis, cum aliqua **M**
Universitas admittitur, relinquetur'. Ille autem per se, vel per alium, expensis circumstantiis, quod iudicaverit ad maiorem Dei gloriam et obsequium, et bonum universale fore (qui unicus scopus in hac, et in omnibus rebus nobis est) constituet.

M. *Quamvis hoc ita se habeat; id tamen, quod in quovis loco convenire ex insigniis huiusmodi videbitur, distincte in cuiusque Universitatis regulis constituetur.*

QUINTA PARS

DE IIS, QUAE AD ADMITTENDUM IN CORPUS SOCIETATIS PERTINENT.

De admissione, et quis, et quando debeat admittere. Cap. I.

1. Qui in Societate, quantum satis est, probati fuerunt, et tamdiu, ut utrimque intelligi iam possit, num in eadem manere ad maius Dei obsequium et gloriam conveniat; † admitti debent, non, **A**
ut prius, ad probationem, sed modo magis interno, ut membra unius ac eiusdem corporis Societatis'. Huiusmodi autem sunt praecipue, qui ad Professionem, vel in Coadiutores formatos admittuntur. Sed quia Scholastici approbati, etiam modo quodam interiori, quam [a] admissi ad probationem, in corpus Societatis cooptantur; [a] C. 1 d. 66

---

9 De quibusdam *Po1, 2, 3;* bidelli *add. Po2,* apparitores *Ile.* — 9-10 num 'eis' rector *[seq.* et *obl.]* cancellarius *[seq.* et *obl.]* apparitores *[seq.* et etiam *obl.]* doctores *[seq.* et *obl.]* 'et' magistri *[seq.* eis uti debeant *obl.]* ut in *Po1.* — 10-11 uel *[add. Po2, obl. Po1]* certe *Po1, 2, 3;* cognoscantur necne *2le. Po1,* uel certe num in *Ile.* — 11 'vti ['eis vti' *pr.*]... necne' *add. Po1.* — 12 *Marg.* L *E1, nulla litt. Po3,* Jiiii *Po1, 2;* existentis relinquetur *Ile. Po1;* 'cum' *add. Po1,* quando *Ile.* — 14 iudicauerint *Ile. Po2,* iudicauerit *Po1.* — 15 scopus *add. Po1,* finis *Ile.* — 16 et omnibus aliis rebus *Po1, 2, 3;* nobis *add. Po1.* — 17 *Marg.* M *add. Po2,* Jiiii *Ile.;* id tamen *add. Po2, om. Po3,* id *Ile.;* 'id quod in' *add. Po1,* quod quouis in *Ile.*

2 iis *add. Po3,* his *Ile.* — 4 ac [et *pr.*] quando *Po1.* — 5 quantum... est *add. Po1,* sufficienter *Ile.* — 6 * in *E1.* — 7 conueniet *Ile. Po1.* — 9 autem *add. Po2.* — 9-10 sunt in primis qui *Po1, 2, 3.* — 10 admittuntur *add. Po2,* (sic enim dicuntur ad differentiam coadiutorum qui adhuc in probationibus sunt) admittuntur *Ile.* — 11 etiam interiori *Ile. Po1.* — 11-12 approbati admittuntur alio modo, et quidem magis interno quam qui in prima *[Congl dicit tollendum hoc v.]* probatione versantur *Congl.* — 12 ad probationem admissi *[1 v. add. Po1,* qui ad... admittuntur *Ile.] Po1, 2;* coaptantur *Po2;* 'cooptantur' *add. Po1,* admittuntur *Ile.*

de eorum quoque admissione in hac quinta parte dicetur, quid in Domino observandum videatur.

Declarationes in quintam partem. De iis, quae ad admittendum in corpus Societatis pertinent. In Caput 1.

A. [b] *Societas, ut eius nomen latissime accipitur, omnes eos, qui sub obedientia Praepositi Generalis vivunt, etiam Novitios, et quicumque,* [c] *cum propositum vivendi et moriendi in Societate habeant, in probationibus versantur, ut in eam ad aliquem ex aliis gradibus, de quibus dicetur, admittantur, complectitur.*

Secundo modo, [d] *qui minus late patet, Societas cum Professis et Coadiutoribus formatis, etiam Scholasticos approbatos continet. Ex his enim tribus partibus, seu membris, Societatis corpus constat.*

Tertio modo, et magis proprio, Professos et Coadiutores formatos dumtaxat continet: [e] *et sic accipiendus est in Societatem ingressus, quem Scholastici promittant; scilicet, ut inter Professos, vel Coadiutores formatos illius numerentur.*

Quarta huius nominis Societatis acceptio, et maxime propria, Professos dumtaxat continet: non quod eius corpus alia membra non habeat, sed quod hi sint in Societate praecipui, [f] *et ex quibus aliqui, ut inferius dicetur, suffragium activum et passivum habent in electione Praepositi Generalis, etc.*

Quocumque ex his quatuor modis aliquis in Societate sit, capax est communicationis gratiarum spiritualium, [g] *quas in ea Praepositus Generalis, secundum concessionem Sedis Apostolicae, ad maiorem Dei gloriam potest concedere. Caeterum de primo admittendi modo, cum idem sit, atque ad probationem admittere, in prima parte dictum est; et de admissione in tribus aliis modis in hac quinta parte agetur.*

[b] *Exa.* c. 1 n. 7.

[c] *Exa.* c. 3 n. 14 et P. 1 c. 4 n. 3.

[d] C. 27 d. 146.

[e] *Inf.* c. 4, E et *Exa.* c. 1 n. 10 et c. 7 n. 1.

[f] P. 8 c. 3, A et c. 6, B.

[g] P. 8 c. 1 n. 6 et P. 9 c. 3 n. 10.

---

13 quoque *et* parte *add. Po1*, admissione etiam in hac parte quinta *Ile.*; dicetur, quod *Ile. Po1.* — 15 Declar. *Po1*, Declaratio *Po3*, *Ile. Po2*, Declarationes *Po2*, *E1.* — 15-16 De iis *[1 v. add. Po2*, his *Ile., Po1, 3]*... primum. De admissione et quis et [ac *Po2, 3*] quando debet [debeat *Po2, 3*] admittere *Po1, 2, 3, E1.* — 17-21 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 17 'accipitur' *add. Po2, om. Po3.* — 19 'cum... moriendi' *et* 'habeant' *add. Po2, om. Po3.* — 21 'de... dicetur' *add. Po2;* complectitur *om. Po1, 2, 3.* — 17-21 ut... latissime patet [ut... patet *add.*, uniuersalissimo quodam modo loquendo *Ile.*] omnes... uiuunt *[seq.* complectitur *obl.]*... 'et quicunque' [eosque *Ile.*] cum uinere et mori in Societate uelint [uellent *pr.*], in probationibus... gradibus ulterioribus *[seq.* admittantur, complectitur *obl.*, altioribus *marg.]* admittantur *[anacoluthon] Po1.* — 22 modo quo et *Ile. Po1.* — 24 vt membris *[2 vv. add. Po2, Ile. ut Po1[Po2, 3, E1;* ac ueluti membris *Po1.* — 25 in Societatem *add. Po2, om. Po3, Ile. ut Po1;* accipiendus [accipiendum *Ile.*] est Societatis ingressus *Po1.* — 27-28 inter... 'illius numerentur' *add. Po1*, in professos uel coadiutores formatos illius admittantur *Ile.*, recipiantur, numerentur *add. et obl.* — 31-32 in Societate *et* ex *et* 'inferius' *add. Po2*, aliqui *et* habent *obl. et rest.*, competere potest *add. et obl.; Ile. ut Po1;* et quibus, ut octaua parte dicetur, suffragium... passivum competere potest in *Po3;* et ex quibus aliqui, ut octaua parte dicetur... passivum habent in *Po1.* — 38 idem... atque *add. Po1*, aliud non sit quam *Ile.*

2. [h] Primo quidem, facultas admittendi in corpus Societatis eos, qui admittendi erunt, penes eius caput erit, ut ratio postulat. Sed, quia Praepositus Generalis tam variis locis interesse non potest, † aliis [i] de Societate eam partem huius facultatis, quae ad totius corporis huius bonum facere videbitur, poterit communicare'.

B. *Alii, quibus ordinarie magis et absolute communicabitur, Praepositi Provinciales erunt. Quibusdam tamen Praepositis localibus, vel Rectoribus, et aliis Visitatoribus, aut personis insignibus, poterit Praepositus Generalis hanc auctoritatem communicare,* [j] *immo et alicui, qui de Societate non esset, aliquo in casu, ut Episcopo alicui, vel personae in dignitate ecclesiastica constitutae, cum nullus ex Professis eiusdem Societatis eo in loco, ubi aliquis ita est admittendus, inveniretur* [1].

---

3. [k] Tempus ad admittendum modo superius dicto, in universum loquendo, † ultra biennium esse oportebit'. Sed qui, antequam ad studia mitteretur, vel in eisdem diu probatus fuisset, post illa absoluta, si ad Professionem est admittendus, [l] integrum adhuc probationis annum habebit; ut adhuc magis perspectus sit, antequam eam emittat. [m] Et prorogari hoc tempus poterit (ut in Examine dictum est) cum Societas, vel qui ab ea hanc in Domino curam habet, plenius sibi satisfieri desideraret.

C. *Quamvis hoc ita se habeat, tamen ut prorogari, ita et* [n] *contrahi hoc spatium quibusdam in casibus, ex causis tamen non levis momenti, iudicio Praepositi Generalis (cuius erit dispensandi ius) licebit: raro tamen id fiet.*

[h] *Inf.* c. 2 n. 1, 4 et 5 et **B** et **C** et P. 9 c. 3 n. 1 et A.

B

[i] *Inf.* c. 2 n. 4 et 5 et **A**, **B** et **C** et P. 9 c. 3, A. C. 27 d. 151.

[j] C. 27 d. 151.

[k] *Inf.* c. 4 n. 3 et 6 et *Exa.* c. 1 n. 12 et c. 4 n. 16 et 41 et c. 6 n. 8 et P. 4 c. 3 n. 3 et c. 4 n. 5. C. 27 d. 36 § 1.

C

[l] *Exa.* c. 1 n. 12 et c. 4 n. 16 et c. 6 n. 8.

[m] *Exa.* c. 1 n. 12 et c. 4 n. 43.

[n] C. 5 d. 12, 13, 63. C. 27 d. 36 § 1.

41 'facultas' *add. Po1,* auctoritas *1le.* — 42 quos admitti oportebit *Po1, 2, 3, E1;* postulat *add. Po3,* uidetur postulare *1le.* — 43 variis in *1le. Po1.* — 44 *Marg.* B *om. E2;* 'facultatis' *add. Po1,* auctoritatis *1le.* — 45 uidebitur com, *imp. v.* communicare, *1le. Po1.* — 46 quibus... magis tum etiam [ordinarie... etiam *add. Po2,* ex consuetudine *1le.*] absolute *Po1, 2, 3, E1;* ordinarie *add., obl. (?), Po1.* — 47 Quibus *1le. Po1.* — 49 'facultatem' *add. Po1,* auctoritatem *1le.* — 54 superius dicto *add. Po2,* eo [hoc *pr. Po1*] modo constitutum *1le.* — 55 post biennium *Po1, 2, 3, E1;* * biennium *E1;* Sed siquis ante *E1, 2, 2b, 3; reliqua habent* qui ante *ut E4* *. — 56 studium *1le. Po1;* illa *add. Po2,* ea *1le.* — 57 'probationis' *add. Po1.* — 58 annum (ut in Examine dictum fuit) *1le. Po2, 3;* adhuc *om. Po1, 2, 3, E1;* notus *add. et obl. Po1.* — 59 'prorogari' *add. Po1,* protra'h'i *1le.* — 59-60 (ut... est) *add. Po2, 3.* — 60 Societatis *1le. Po1.* — 61 pleni'us sibi satisfieri' *add. Po1,* experientiam *odd. et obl.,* pleniorem satisfactionem *1le.* — 62 tamen *obl. Po1, add. Po2, om. Po3;* restringi *Po1,* contrahi *marg., add. Po. Po2,* restringi *1le.* — 63 spatium *[seq.* pote, *imp. v.* poterit, *obl.]*... casibus *[seq.* Poterit *obl.]* ex *Po1.*

* Congregatio quarta decrevit tollendam esse particulam *si* ex locutione «si ad professionem», quae est paulo inferius (v. Append. 3) quod particula illa redundaret; et certe redundat praemisso «sed si quis»; deinde vero maluerunt tollere primum *si,* et pro «Sed si quis» posuerunt «Sed qui», intacta locutione «si ad professionem».

[1] Narrat Polancus, Benedictum Palmium professionem in manibus episcopi cujusdam fecisse Patavii, etiamsi P. Simon Rodriguez, unus e primis professis, praesens ibidem adesset, *De rebus Cong.* I-VIII, p. 46; cf. et *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 655-656; III, 100-101, 454, 729 caet.

Quales esse debeant qui admittendi sunt. Cap. II.

[a] C. 4 d. 9. C. 5 d. 37. C. 9 d. 6.

A

[b] *Exa.* c. 1 n. 8 et P. 8 c. 1 n. 2 et **B** et P. 10 n. 7.

[c] *Sup.* c. 1 n. 2 et *inf.* n. 4 et 5 et **B** et **C** et P. 9 c. 3 n. 1 et **A.**

[d] *Exa.* c. 4 n. 16.

[e] *Inf.* n. 2 et P. 3 c. 1 n. 23.

1. Cum nullo ex his modis admitti debeat, nisi [a] qui idoneus in Domino fuerit existimatus; illi ad Professionem idonei habebuntur, [b] quorum vita diuturnis ac diligentibus probationibus † a Praeposito [c] Generali (ad quem referent particulares Praepositi, vel alii, quorum testimonium Generalis requiret) perspecta valde et approbata fuerit' [1]. Ad hoc autem conferet illis, qui ad studia missi fuerunt, absoluta iam ea cura et diligentia, quae ad excolendum intellectum adhibita fuerit, ultimae probationis tempore in schola affectus diligentius se exercere, [d] et in rebus spiritualibus et corporalibus, quae ad profectum in humilitate et [e] abnegatione universi amoris sensualis, voluntatis et iudicii proprii, et ad maiorem cognitionem et amorem Dei conferunt, insistere; ut, cum in se ipsis profecerint, melius ad profectum spiritus alios ad gloriam Dei et Domini nostri iuvent [2].

In Cap. II.

[f] *Sup.* c. 1 n. 2 et **B** et P. 9 c. 3, **A.**

[g] P. 9 c. 3 **A.** C. 27 d. 149.

A. [f] *Quamvis in remotissimis regionibus (cuiusmodi sunt Indiae) possit Praepositus Generalis iudicio Provincialis relinquere, non exspectata hinc approbatione (quae non nisi per multos annos eo perveniret* [3]*) num aliquis ad Professionem admitti debeat, nec ne:* [g] *in locis tamen ex quibus maior potest haberi communicatio, non facile ulli Provinciali facultatem admittendi ad Professionem*

---

1 qui... sunt *add. Po1,* admittendi *Ile.* — 2 his *add. Po3,* iis *Ile.* — 3-4 habebuntur, cuius *Ile. Po1.* — 4 *Marg.* A *add. Po3,* D *Ile.* — 7 autem magnopere *Ile. Po3.* — 8 ea *add. Po1;* quae *et* excolendum *add. Po1,* instruendum *Ile.* — 9 adhibita fuerit *add. Po3,* adhibita est *Ile.;* 'est' *add. Po1.* — 10 se exercere *add. Po1,* insistere *Ile.* — 11 corporalibus etiam *Ile. Po3.* — 12 sensualis *add. Po2;* uniuersi *[1 v. add. Po1]* amoris *[seq.* proprii *obl.,* sensibilis, sensitiui, 'vel sensualis' *4 rr. add. et obl.]* uoluntatis ac *Po1;* ad *add. Po3.* — 13 cognitionem *add. Po1,* intelligentiam *Ile.;* 'insistere' *add. Po1,* se exerceat *Ile.* — 15 et... Nostri *add. Po3.* — 16 *Seq.* Quales esse debeant qui admittendi sunt *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 17 *Marg.* A *add. Po2,* D *Ile.;* 'sunt' India'e' *add. Po2, om. Po3,* est India *Ile.* — 18 relinquere 'omnino' *CompCl.* — 19 hinc approbatione *add. Po2,* ab eo probatione *Ile.* — 20 aliqui *Po1,* aliquis *Ile.* — 21 ex *add. Po1,* cum *Ile.* — 22 'facultatem' *add. Po1,* auctoritatem *Ile.*

---

1 Dilatio professionis solemnis, absoluto tirocinii tempore, aliquid novi erat saeculo XVI; nunc distinguit jus canonicum professionem temporariam et perpetuam, simplicem et solemnem, can. 573.

2 V. annot. 11 p. 6.

3 Forma *perveniret* respondet hispano *llegara* seu *llegaría,* non *llegará,* quod est *perveniet; Matr.* legit *llegará* (p. 173), nec tamen notat discrimen versionis latinae. Cum in ms. nullus apex inveniatur, alterutrum ex hac parte probabile est, sententia vero potius *llegara* postulat secundum modum quem irrealem grammatici vocant, id quod vidit latinus interpres.

committet; nisi prius ipse certior factus ad eos, qui ei videbuntur in Domino, ad Professionem admittendos particulariter consensum praestiterit.

---

2. [h]Doctrina etiam in huiusmodi sufficiens esse debebit, praeter Humaniores Litteras et Artes Liberales, in Theologia scholastica et Sacris Litteris. Et quamvis aliqui breviori tempore non minorem progressum, quam alii longiori facere possent; nihilominus, ut communis aliqua mensura sumatur, spatium aliquod temporis praescribetur: et hoc erit † [i]quadriennium integrum post Artium Liberalium et Philosophiae studia, in Theologia explevisse'. Ut ergo [j]ad Professionem quis admittatur, in ea facultate hoc tempus se exercuisse, et quidem ad gloriam Dei satis in ea profecisse convenit; et in profectus huiusmodi testimonium quisque ante Professionem assertiones Logices, Philosophiae et Theologiae scholasticae tuebitur. Quatuor autem ad argumentandum, et iudicandum de eorum doctrina, an sit quanta oportet, prout iuxta veritatem sincere senserint, deligantur. [k]Quod si doctrina ea praediti esse, quae satis sit, non invenientur, conducibilius erit, ut, donec eam consequantur, exspectent[4]: ut illos etiam exspectare oportebit, qui in [l]abnegatione sui ipsorum, et virtutibus Religioso dignis testimonium, quod par esset, nondum omnino haberent.

[h] *Exa.* c. 1 n. 8 et 10.

B

[i] P. 4 c. 9, n. 3 et c. 15 n. 3.

[j] C. 9 d. 42. C. 13 d. 9. C. 16 d. 20.

[k] Par. 10 n. 7.

[l] *Sup.* c. 1.

B. *Quamvis, ut plurimum haec mensura studii quatuor annorum in sacra Theologia (praeter Litterarum Humaniorum et Artium studia et examinationem dictam, ut quem progressum in ea doctrina fecerint videri possit) sit observanda; nihilominus tamen, qui*

23-25 *Ile. Po2 ut Po1. infra.* — 23 factus, sigillatim *Po3, Ile. Po2.* — 24 'particulariter' *add. Po2, om. Po3.* — 23-25 'committet'... factus, sigillatim *[seq.* consensum praestiterit *obl.]* ad eos... admittendos *[seq.* committet *obl.]* 'consensum praestiterit' *Po1.* — 26-28 *Ile. Po3 ut Po2, infra.* — 26 sufficiens esse *add. Po3.* — 27 artes liberales *add. Po3.* — 28 et... litteris *add. Po3.* — 26-28 non mediocris *[1 v. add. Po2,* poenitenda *Ile.,* 'non poenitenda' *add. Po1,* sufficiens *Ile.]* esse debebit ac praeter... liberalium artium [liberal'ium artium' *add. Po1,* liberales *Ile.]* disciplinas etiam in... et sacris litteris *[3 vv. add. Po2] Po1, 2.* — 28 litteris satis uersati *[2 vv. add. Po. Po1,* sufficienter instructi *Ile.,* uersati *marg. obl.]* esse debebunt. Et *Po1, 2, 3, E1.* — 30 sumetur *Ile. Po2,* sumatur *Po1.* — 31 *Marg.* B *add. Po3, E Ile.;* praescribendum erit *Ile. Po1.* — 32 liberalium et philosophiae *add. Po3,* inferiorum *Ile.* — 34 'satis' *add. Po3.* — 35 quisque ad *Ile. Po2,* ante *Po1.* — 36 assertiones logices [logicas *pr.]* *add. Po1,* positiones *2Ile.,* conclusiones in logica *Ile.* — 37 autem ex Societate *[2 vv. add. Po. Po1] Ile. Po3.* — 38 an sit *[seq.* suffi, *imp. v., obl.]*... oportet *add. Po1.* — 38-39 Juxta *et* deligantur *add. Po1,* prout in omni ueritate et sinceritate senserint, deputenter *Ile.* — 40 *Post v.* inuenientur *seq.* quam *et* do [quamdiu *et* donec *imp. v. (?)] obl. Po1.* — 41 expectent, et eos *Ile. Po1.* — 42 et relig, *imp. v., Ile. Po1.* — 43 nondum omnino retulerunt [dum... retulerunt *add. Po. Po1,* integre non habent *Ile.] Po1, 2, 3, E1.* — 44 *Marg.* B *add. Po2,* E *Ile.* — 46-52 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 46 examinationem dictam *add. Po2, om. Po3.* — 47 tamen *add. Po2, om. Po3.*

---

[4] Studiorum gratiam Ignatius fecit interdum, antequam Constitutiones clauderentur, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IV, 12, et X, 481; cf. et t. I, p. 245 n. [5].

[m] C. 7 d. 96. C. 12 d. 23. [n] C. 12 d. 24, C. 27 d. 163 [o] *Sup.* c. 1 n. 2.

in Iure [m] *Canonico doctrinam sufficientem, vel alia* [n] *egregia* DEI *dona haberet, ex quibus, quod studio Theologiae deest, compensari posset; sine eo, ad Professionem trium, et aliqui viri insignes etiam ad quatuor votorum (quamvis hoc extendi non debeat) admitti possent.* [o] *Horum donorum iudicium Praeposito Generali tantum, vel si cui, peculiari praescripto, id ille committeret, ut quod foret ad maiorem* DEI *gloriam faceret, relinquetur.*

C 3. Praeter hos, † [p] nonnulli ad trium votorum solemnium tantum Professionem admitti possent': raro tamen, et non sine causis peculiaribus alicuius momenti: et hos, [q] septem annos in Societate notos fuisse, et non mediocrem sui talenti ac virtutum satisfactionem ad gloriam DEI praebuisse in ea oportebit.

[p] *Inf.* c. 3, n. 5 et 6 et *Exa.* c. 1 D. [q] C. 27 d. 164.

C. *Qui ad professionem trium votorum solemnium admittuntur, ordinarie sufficientiam in litteris, quae saltem ad Confessarii munus bene obeundum satis sit, habeant oportet; vel certe dona* DEI *aliqua rara, quae id compensare videantur, ita, ut* [r] *Praepositus Generalis, vel alius, cui suas vices ad hoc ille speciali commissione concederet, ad maius* DEI *obsequium et Societatis bonum sic convenire iudicaret. Et hi, ut plurimum, homines erunt, qui, propterea quod bene meriti sint et valde devoti, quamvis minori doctrina ac concionandi aptitudine praediti, quam nostrum Institutum in Professis requirat, admittendi esse in Domino videbuntur.*

[r] *Sup.* c. 1 n. 2.

---

48 doctrinam non mediocrem *[1 v. add. Po. Po2] Po2, 3, E1;* 'egregia' *add. Po2.* — 49 'compensari' *add. Po2.* — 50 trium votorum *Po3, 1le. Po2.* — 51 ad *et* votorum *add. Po2, om. Po3;* multum extendi *Po3, 1le. Po2.* — 46-52 'studia') [facultatem) *1le.*] 'et' examinatio dicta, ut... possit, sit... nihilominus qui... doctrinam 'non poenitendam uel alia rara [singularia, eximia, egregia *marg.*] Dei... deest, suppleri [compensari *marg.*] posset [possit *1le.*]... trium uotorum et aliqui... etiam quatuor (quamuis hoc multum extendi non debet)... possent [possint *1le.*] *Po1.* — 53 'praescripto' *et* committeret *add. Po2, marg. Po1, 1le. ut Po1.* — 53-54 si cui *[seq.* particulari uel si cui *obl.]* peculiari 'ordinatione' [praescripto *marg.*, commissione *1le.*] id *[1 v. obl. et rest.]* ille *[add.]* commendaret [committeret *marg.*]... ut quod 'foret'... gloriam *[seq.* foret *obl.]* faceret *Po1.* — 55 *Marg. nulla litt. E1, Po1, 2, 3;* tantum *om. Po1, 2, 3, E1.* — 57 hos certe *Po1, 2, 3, E1.* — 58-59 satisfactionem... oportebit *add. Po2,* specimen praebuisse *[2 vv. add. Po1]* ac omnibus *[2 vv. add. Po. Po1]* ad gloriam Dei satisfecisse *[1 v. add. Po. Po1]* oportebit *1le.,* aedificationem ac satisfactionem ad gloriam Dei 'habuisse' [uidisse *1le.*] oportebit *2le. Po1.* — 60 *Marg.* C *om. Po1, 2, 3, E1.* — 60-69 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 60-61 admittuntur ut *[1 v. add. Po2]* plurimum eruditionem quae saltem *Po2, 3, E1.* — 61 in litteris *om. E2, 3, add. Cong4.* — 62 habeant *add. Po2.* — 63 quae eruditionem compensare *[3 vv. add. Po2,* his aequalia *1le.] Po2, 3, E1.* — 64 'alius' *add. Po2, om. Po3.* — 64-65 speciali... concederet, *3 vv. add. Po2.* — 66 hi fere homines *Po1, 2, 3, E1;* propterea *add. Po2, om. Po3.* — 68 'concionandi' *add. Po2;* praediti *add. Po2, om. Po3.* — 69 requirat praediti *Po3, 1le. Po2.* — 60-69 admittuntur, plurimum [communiter *add. et obl.,* ut plurimum *1le., seq.* sufficientem *obl.*] eruditionem, quae [satis sit *add. et obl.*] saltem... habeat *[sic.]*... dona aliqua Dei rara, quae his aequalia 'videantur' *[2 vv. add.,* 'paria faciant' *2le.,* aequiualeant *1le.]* ita... uel cui... ille committeret *[seq.* iudicarent *obl.]* ad... conuenire 'iudicaret' et hi fere homines... qui quod... ac predicandi [concionandi *marg.*] aptitudine quam... requirat, 'praediti' admittendi *Po1.*

4. [s] Ut quis etiam in Coadiutorem formatum admittatur, oportet Societati esse satisfactum de eius vita, deque bono exemplo ac talento ad se iuvandam, vel cum litteris, in rebus spiritualibus, vel sine illis, in exterioribus; prout cuique divina bonitas dona sua communicaverit. Hoc ipsum autem [t] metiatur oportet Praepositi Generalis prudentia: nisi alicui ex particularibus, cui multum in Domino confideret, id committendum videretur [5].

[s] *Exa.* c. 6 n. 1 C. 27 d. 165.

[t] *Sup.* n. 1.

5. [u] Ut aliqui admittantur in Scholasticos approbatos, quadam proportione servata, eadem requiruntur: et id peculiari quadam ratione, ut ex eorum ingenio speretur, eos in litteris profecturos, [v] Praepositi Generalis iudicio, vel eius, cui hoc munus ille commiserit, confidendo prudentiae ac probitati a Deo ipsi donatae [6].

[u] *Exa.* c. 1 n. 10 et P. 4 *Prooe.* A et c. 3 n. 1, 2 et 3.

[v] *Sup.* n. 1.

De modo admittendi ad professionem. Cap. III.

1. Quando [a] aliqui, peracto probationis tempore, et experimentis ac aliis, quae in Examine continentur, confectis, ad Professionem admittendi fuerint; cum Societati, vel eius Praeposito Generali plene sit in Domino satisfactum, Professio hoc modo, qui sequitur, emittetur.

[a] *Exa.* c. 1 n. 8.

2. In primis Praepositus Generalis, vel qui, accepta ab eo facultate, ad Professionem admittet, † postquam publice Missae sacrificium obtulerit in ecclesia coram domesticis et aliis externis, qui interfuerint'; cum Sanctissimo Sacramento Eucharistiae ad eum, qui Professionem est emissurus, se convertat. [b] Ille autem, absoluta generali confessione et verbis, quae ante Communionem dici

A

[b] C. 1 d. 36.

71-74 *Ile. Po3, ut Po2, infra.* — 71 'satisfactum' *add. Po3;* que *add. Po3.* — 72 litteris et in rebus *E2b.* — 71-74 Societati esse de eius vita satisfactum de eius bono exemplo *add. Po2,* Societatem [bene sentiat oportet Societas *pr. Po1,* bene sentire *marg. obl.*] de eius uita et exemplo 'ad aliorum edificationem' *[3 vv. add. Po1]* ac talento ad se *[1 v. add. Po1]* iuuandam *[seq.* Societatem *Po1. obl.]* uel... communicauerit 'bene sentire' *[2 vv. add. Po1, obl. Po2] Ile.* — 74 Hoc *add. Po1,* Cuius rei iudicium *Ile.* — 76 confideret *add. Po2,* deferret *Ile.* deferre *Ile. Po1,* confidere *add. et obl.;* id *add. Po1,* ei *Ile.* — 77 'aliqui' *add. Po3,* Vt quis admittatur in scholasticum approbatum *Ile.* — 78 id precipue *Ile. Po1.* — 79-81 ingenio atque indole *[seq.* speretur quod *obl. Po1]* in uiros doctos eos euasuros *[2 vv. add. Po1,* sint euasuri et id *Ile.]* praepositi... ille *[seq.* commiserit *obl. Po1.]* (confidendo... a [ei a *pr. Po1*]... ipsi ['ipsi' *add. Po1.*] donatae) commiserit, speretur *[1 v. add. Po. Fol] Po1, 2, 3, E1.*

2 peracto... tempore *add. Po1,* peractis probationibus *Ile.* — 3 et aliis *Ile. Po1.* — 4 Societas... praepositus generalis *Ile. Po1.* — 5 contempto, *pro* contento *(?) add. et obl.* — 7 * praepositus *E1;* 'facultate' *add. Po1,* auctoritate *Ile.* — 8 *Marg.* A *add. Po3,* F *Ile.* — 8-9 'missae... obtulerit' *add. Po1.* — 11 admissurus *Ile. Po1.*

---

[5] Cf. t. I, monum. 9, n. 48, p. 48. Polancus loquitur interdum de «coadiutoribus temporalibus professis» *Po. Compl.* I, 612.

[6] Cf. t. I, monum. 10 et 10bis, pp. 53-60.

[c] *Exa.* c. 4 n. 41. solent, voce alta votum [1] suum scriptum [c] (quod aliquot ante dies consideraverit oportet) leget; cuius formula haec est:

In Cap. III.

A. *Particularia, quae hic et inferius attinguntur, decent quidem, et cum fieri potest, observanda sunt; non tamen ut necessaria.* [d] *Fieri enim posset, ut Sacerdos non esset, vel Missam celebrare non posset, qui ex ordinatione Praepositi Generalis Professionem admittit. Illud autem* [e] *essentiale est, ut publice votum legatur coram iis de Societate et externis, qui adfuerint, atque ut tamquam solemne et emittatur, et admittatur* [2].

[d] C. 27 d. 150.

[e] Ib. d. 168.

---

3. Ego N. Professionem facio, et promitto omnipotenti Deo, coram eius Virgine Matre, et universa coelesti curia ac omnibus circumstantibus, et tibi Patri Reverendo [N.] [3], Praeposito Generali Societatis Iesu, locum Dei tenenti, et successoribus tuis; vel, tibi Reverendo Patri [N.] vice Praepositi Generalis [f] Societatis Iesu et successorum eius locum Dei tenenti; perpetuam [g] paupertatem, castitatem et obedientiam; et, secundum eam, † peculiarem [h] curam circa puerorum eruditionem; iuxta formam vivendi in litteris apostolicis Societatis Iesu, et in eius Constitutionibus contentam'.

[f] C. 1 d. 67.

[g] *Inf.* n. 6 et *Exa.* c. 1 n. 3 et P. 6 c. 1 et 2 fere per totum.

B

[h] *Inf.* n. 6 et c. 4 n. 2.

C

† Insuper [i] promitto specialem obedientiam Summo Pontifici circa missiones'; prout in eisdem litteris apostolicis et Constitutionibus continetur. Romae, vel alibi, tali die, mense et anno, et in tali ecclesia.

[i] *Exa.* c. 1 n. 5 et P. 6 c. 5 et P. 7 c. 1 n. 1 et **B.**

---

13 ante *add. Po1.* — 14 illum consideraverit *Ile. Po1;* formula haec *add. Po1,* tenor hic *Ile.* — 15 *Seq.* De modo admittendi ad professionem *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 16 *Marg.* A *add. Po2,* F *Ile.* — 19 generalis ad, *imp. v., Ile. Po1.* — 21 iis *add. Po2, om. Po3,* his *Ile.* — 21-22 atque... admittatur *add. Po2,* eo ut solenne admisso *Ile.* — 25 Reverendo N. *Ant. sqq.* — 27 reuerende Pater *Po1;* Patri N. *Pra2 sqq., sic infra quater post v.* Patri *in formulis votorum,* Societatis Jesu *add. Po1.* — 29 *Marg.* B *add. Po3,* G *Ile.* — 30 * circa *E1.* — 32 *Marg.* C *add. Po3,* H *Ile.;* * pontifici *E1.*

---

[1] Nota verbum *votum*, numero singulari positum, significare hic vota saltem quatuor, ne ex uno hoc verbo concludas, scholasticos Societatis justo diutius tria vota religiosa non emisisse. Cf. *Proleg.* tomi II c. 6, a. 1, § 2, p. CXXX.

[2] De modo emittendae professionis quaesitum est in congregatione prima « An aliquae ceremoniae... addi deberent ». Statutum est non esse addendas, decr. 36, *Institutum* II, 164. Cf. variata hujus loci in t. II, pp. 508-509, ll. 75-76 textuum *A* et *B*. Olim erant solennitates, ut scribit Polancus Kesselio, non necessariae, sed voluntariae, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, III, 729. Caeterum, etsi professio non dicitur fieri «in manibus» admittentis, hoc tamen esse intelligendum colliges ex iis quae legimus in declaratione *A* cc. 3 et 4, et in n. 1 et declaratione *D* c. 4.

[3] Addimus textui editionis quartae litteram N, ut significemus, exprimendum esse «nomen vota excipientis; Praepositi Generalis vero (aut, post huius mortem, Vicarii Generalis) officium tantum et non nomen, nisi ipse vota excipiat», congr. 27 decr. 179.

B. *Promissio* [j] *docendorum puerorum ac rudium hominum, iuxta litteras apostolicas et Constitutiones, non inducit aliam obligationem, quam reliqua spiritualia exercitia, quae ad auxilium proximorum adhibentur; cuiusmodi sunt confessiones et praedicationes, etc. in quibus quisque se debet occupare, iuxta rationem obedientiae suorum Superiorum. Quod autem de pueris docendis in voto fit mentio, ea de causa fit, ut sancta haec exercitatio peculiari modo sit commendata, et devotius curetur propter singulare obsequium, quod* Deo *per eam in animarum auxilio exhibetur; et quia facilius oblivioni tradi poterat et in desuetudinem abire, quam alia magis speciosa, cuiusmodi est praedicatio, etc.*

[j] C. 1 d. 138. C. 2 d. 58

C. *Tota intentio quarti huius voti obediendi Summo Pontifici fuit et est circa Missiones; et sic intelligi oportet litteras apostolicas, ubi de hac obedientia loquuntur; in omnibus quae iusserit Summus Pontifex, et quocumque miserit, etc.*

---

4. Post haec, sumet [k] sanctissimum Eucharistiae Sacramentum. Quibus peractis, [l] in libro, quem ad hoc habebit Societas, eius nomen, qui Professionem emisit, et illius in cuius manibus emisit, adnotato die, mense et anno, scribetur; et eius vota scripta asservabuntur, ut omnia semper constare possint ad Dei gloriam.

[k] C. 1 d. 36.

[l] *Inf.* c. 4 **G.**

5. Aliqui, [m] qui ad Professionem trium votorum solemnium dumtaxat admittentur, in ecclesia, ac coram domesticis et externis, qui aderunt, antequam sanctissimum Christi Corpus accipiant, ex scripto suum votum, iuxta formulam sequentem, legent.

[m] *Sup.* c. 2 n. 3 et **C.** et *Exa.* c. 1, **D.**

6. Ego N. Professionem facio, et promitto omnipotenti Deo, coram eius Virgine Matre, et universa coelesti curia ac omnibus circumstantibus, et tibi Reverendo Patri [N.] [4], Praeposito Generali Societatis Iesu, locum Dei tenenti, ac successoribus tuis; vel, tibi Reverendo Patri [N.], vice Praepositi Generalis [n] Societatis Iesu et successorum eius locum Dei tenenti; [o] perpetuam paupertatem, castitatem et obedientiam; et, secundum eam, [p] peculiarem curam

[n] C. 1 d. 67.

[o] *Sup.* n. 3.

[p] *Sup.* n. 3.

36 *Marg.* B *add. Po2,* G *Ile.* — 38 quae in *Ile. Po1.* — 40-41 iuxta... obedientiae superiorum *add. Po1,* iuxta obedientiae a superioribus profectae ordinem *Ile.* — 41 'suorum' *add. Po2, om. Po3.* — 42 voto fiat *Po1, 3, Ile. Po2;* in causa *add. et obl. Po1.* — 43-44 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 43-44 'propter' ['propterea' *pr.*] *et* Deo *add. Po2, om. Po3.* — 44 exhibetur *add. Po2, om. Po3.* — 43-44 curetur 'quia' singulari 'modo id' obsequium 'Deo placet, quod per eam' in ['quia' singulare obsequium 'Deo placeat quod per eam' in *2Ie.,* ob singulare obsequium quod Deo in *Ile.*]... auxilio praestatur, et *Po1.* — 47 *Marg.* C *add. Po2,* H *Ile.* — 48 missiones 'tantum' *CompC1.* — 51 assumet *Ile. Po1,* sumet *marg. obl.* — 55 ut omnium ad gloriam Dei ratio semper constet *Po1, 2, 3, E1.* — 56 Qui *[add. Po1,* Nonnulli *Ile.]* ad *Po1, 2, 3, E1.* — 57 admittentur, et in *Ile. Po1.* — 58 aderint *Po1, 2;* 'accipiat' *add. Po1,* accipiat *marg. obl.,* assument *Ile.* — 63 tenenti et *Po1,* 'tuis' *add. Po1.* — 64 reuerende Pater *Po1.* — 66 *Marg.* D *E1, Po3, cui nulla respondet decl.*

[4] V. annot. 3.

[q] C. 1 d. 138. C. 2 d. 58.

[q] circa puerorum eruditionem, iuxta formam vivendi in litteris apostolicis Societatis Iesu et in eius Constitutionibus contentam. Romae, vel alibi, tali die, mense et anno, et in tali ecclesia. Deinde sequetur Communio, et reliqua superius dicta.

De admittendis coadiutoribus formatis et scholasticis. Cap. IIII.

[a] *Exa.* c. 1 n. 9 et c. 6 n. 8.

1. Qui [a] in Coadiutores formatos spirituales cum simplicibus votis, et non solemnibus, admittuntur, in ecclesia, vel sacello Domus, aut alio decenti loco, coram domesticis et externis qui ade-
A runt, † in manibus eius, qui admissurus sit, votum suum emittent in hac formula', quae sequitur, id legentes:

In Caput IIII.

A. *In manibus fieri vota dicuntur, quando emittuntur coram aliquo, qui, cum ad id habeat potestatem, ea admittit. Et quamvis multi adessent cum huiusmodi vota fiunt, non ideo tamen mutant naturam simplicium: quandoquidem intentio emittentis et admittentis, iuxta traditam a Sede Apostolica facultatem, haec est, ut nec emittantur, nec admittantur ut solemnia*[1]. *Ad prudentiam autem admittentis pertinebit, conscituratae aedificationis rationem habere; et sic curabit, ut plures vel pauciores intersint. Caeterum eadem erit formula, qua Coadiutores temporales, et spirituales utentur; et utraque in exterioribus persimilis erit ei, qua Professi utuntur.*

2. Ego N. promitto omnipotenti Deo, coram eius Virgine Matre et tota coelesti curia, et tibi R. Patri [N.][2], Praeposito Generali Societatis Iesu, locum Dei tenenti, et successoribus tuis; vel tibi R. Patri [N.], vice Praepositi Generalis Societatis Iesu et successo-

67 * circa *El.* — 68 in *om. Po1, 2, 3.* — 69 anno in *Po1, 2, 3.*

5-6 *Marg.* A *add. Po3,* E *2le.,*] *1le.;* qui aderunt *add. Po3, est Po1, 2;* qui praesentes inibi aderint *1le. Po1;* admissurus sit *add. Po2,* admiserit *1le.* — 6-7 'emittent... hac' *et* 'quae... legentes' *add. Po3,* legent, cuius haec formula erit *1le.* — 8 *Seq.* De admittendis coadiutoribus formatis et scholasticis *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 9 *Marg.* A *add. Po2,*] *1le.;* emittuntur *add. Po2,* admittunt, *sic, 1le.* — 9-10 quando 'admittuntur' coram... 'potestatem' [auctoritatem *1le.*]... admittit *[seq.* et mittuntur, *sic, obl.] Po1.* — 11 tamen *add. Po2, om Po3.* — 13 a 'sede apostolica' *add. Po2, om. Po3,* ab Ecclesia *1le.;* 'traditam ab' *et* 'facultatem' *add. Po1,* Ecclesiae autoritatem *1le.* — 14 'prudentiam' *add. Po1,* discretionem *1le.* — 16 Caeterum *add. Po2,* De caetero *1le.* — 17 utantur *1le. Po3.* — 21 tenenti vel *1le. Po1.* — 22 generalis *om. Pra2, sqq.*

[1] Paulus III in brevi Exponi nobis , 5 Junii 1546, t. I, monum. 23, p. 171 n. [2].
[2] V. sup. not. 3 p. 168.

rum eius locum DEI tenenti; [b] perpetuam paupertatem, castitatem et obedientiam; et, secundum eam, [c] peculiarem curam circa [d] puerorum eruditionem, † iuxta modum in litteris apostolicis et Constitutionibus dictae Societatis expressum'. Romae, vel alibi, in tali loco, die, mense et anno, etc. Demum sumat sanctissimum Christi Corpus; et fient quae de Professis dicta sunt.

B. *Quod dicitur, iuxta bullas et Constitutiones, intelligendum est, quod Coadiutores emittunt huiusmodi simplicia vota, cum tacita quadam, quod ad perpetuitatem attinet, conditione, quae haec est: si Societas eos tenere volet.* [e] *Quamvis enim illi, quod in ipsis est, se obligent in perpetuum suae devotionis et stabilitatis gratia; liberum tamen erit Societati eos dimittere,* [f] *ut in secunda parte dicitur: quod si accideret,* [g] *tunc illi liberi ab omnium votorum obligatione manent.*

---

3. † Formula ad Coadiutores in rebus temporalibus admittendos eadem erit', clausula illa de puerorum institutione solum remota.

C. *Si homines essent, qui latinam linguam non intelligerent, quales aliqui Coadiutores temporales erunt, votum in vernaculam linguam vertetur; et legant ipsi, vel praeeat alius legendo verba, quae mox ipsimet, eum insequendo, pronuntiabunt.*

Qui peracta sua priori Probatione et experimentis [h] per biennium, in Scholasticos approbatos admittuntur, coram aliquibus domesticis, † quamvis non [i] in manibus cuiusquam, vota sua emittent' ad hunc modum:

D. *Ut hoc votum soli* DEO *offertur, et non homini: ita nemo id admittit. Propterea in* [j] *nullius manibus fieri dicitur. Et conditio illa tacita, quae inesse dicta est in voto Coadiutorum,* [k] *quod ad perpetuitatem attinet, etiam in hoc est intelligenda; scilicet: si Societas eos tenere volet.*

[b] *Exa.* c. 1 n. 9 et P. 6 c. 1 et 2.

B

[c] *Sup.* c. 3 n. 3 et **B**.

[d] C. 2 d. 58.

[e] *Exa.* c. 6 n. 8 et **A**.

[f] P. 2 c. 1 n. 1 et **A**.

[g] *Exa.* c. 6 n. 8 et c. 7 n. 1 et 2 et P. 2 c. 4 n. 3.

C

[h] *Sup.* c. 1 n. 3 et *Exa.* c. 1 n. 12 et c. 4 n. 41 et P. 4 c. 3 n. 3 et c. 4 n. 5.

D

[i] C. 9 d. 39 n. 5.

[j] C. 9 d. 39 n. 5.

[k] *Exa.* c. 7 n. 1 et 2.

---

25 *Marg.* B *add. Po3*, F *2le.*, K *1le.* — 27 etc. demum *(?) obl. Po3;* etc. *om. E1;* assumat *1le. Po1.* — 28 fient [fiant *pr. Po1*] reliqua quae *Po1, 2, 3, E1.* — 29 *Marg.* B *add. Po2*, K *1le.* — 31 quadam conditione, quod... attinet, quae *Po1, 2, 3.* — 33 obligent *add. Po2*, obligant *2le. et Po3*, ligant *1le.* — 33-34 'liberum... erit' *et* dimittere *add. Po2*, *om. Po3, 1le. ut Po1.* — 33-35 se ligant [obligant *marg.*] in perpetuum *[2 vv. add.]*... gratia, non adimunt Societati libertatem ad eos dimittendos ut... dicitur *[seq.* Et tunc *obl.]:* quod *Po1.* — 37 *Marg.* C *add. Po3*, G *2le.*, L *1le.;* ✻ in *E1.;* admittendis *1le. Po2*, admittendos *Po1.* — 39 *Marg.* C *add. Po2*, L *1le.;* latine no, *imp. v., 1le. Po1.* — 40 quales *add. Po1*, ut *1le.* — 41 uertatur *Po1*, 2, *3;* legendo *om. Po1, 2, 3, E1.* — 43-44 biennium fieri solitis *[2 vv. add. Po. Po1] Po1, 2, 3, E1.* — 45 *Marg.* D *add. Po3*, H *2le.;* M *1le.;* cuius'quam' *add. Po1*, cuiusdam *1le.* — 47 *Marg.* D *add. Po2*, M *1le.* — 48 'Propterea' *add. Po2, om. Po3*, Ideo in *1le.* — 49-50 quam inesse dictum est... intelligendum *Po1 et 1le. Po2;* quam inesse... est intelligenda *Po3 et 2le. Po2.*

4. Omnipotens sempiterne Deus, Ego N., licet undecumque divino tuo conspectu indignissimus, fretus tamen pietate ac misericordia tua infinita, et impulsus tibi serviendi desiderio, [l] voveo coram sacratissima Virgine Maria, et curia tua coelesti universa divinae Maiestati tuae paupertatem, castitatem et obedientiam perpetuam in Societate Iesu; † et [m] promitto eamdem Societatem me ingressurum' ut vitam in ea perpetuo degam, omnia intelligendo iuxta ipsius Societatis Constitutiones. A tua ergo immensa bonitate et clementia per Iesu Christi Sanguinem peto suppliciter, ut hoc holocaustum in odorem suavitatis admittere digneris; et, ut largitus es ad hoc desiderandum et offerendum, sic etiam ad explendum, gratiam uberem largiaris. Romae, vel alibi, tali loco, die, mense et anno. Post haec, perinde ut alii, sanctissimum Christi Corpus sument; et reliqua, quae superius dicta sunt, peragentur.

[l] *Exa.* c. 1 n. 10 et c. 7 n. 1 et P. 4 c. 3 n. 3.

E

[m] C. 5 d. 4, 5, 50 n. 1. C. 7 d. 32.

E. *Promissio ingrediendi Societatem, ut declaratum est initio* [n] *huius partis, est de votis Professorum solemnibus, vel Coadiutorum formatorum, prout Praeposito ad maius Dei obsequium fore videbitur, emittendis.*

[n] *Sup.* c. 1, A et *Exa.* c. 1 n. 10 et c. 7 n. 1. C. 27 d. 146.

---

5. [o] Postquam aliquis in corpus Societatis cooptatus fuerit in aliquo gradu, † ad alium progredi curare non debet; sed in suo perfici', et obsequio Dei et gloriae sese impendere, ac Superiori, qui scilicet Christi Domini nostri vices gerit, curam aliorum omnium relinquere.

[o] *Exa.* c. 6 n. 5 et 6.

F

F. [p] *Proponere quae in animo versantur, quaeque occurrunt, licitum est: nihilominus, ut in Examine dicitur, omnino paratum esse oportebit,* [q] *ut id melius esse existimet, quod Superiori suo melius videbitur.*

[p] *Exa.* c. 8, A et P. 7 c. 2, I.

[q] P. 3 c. 2 n. 1 et P. 6 c. 1 n. 3.

---

6. Qui in Domibus versantur, [r] post biennium vota eadem emittere, quae Scholastici, et Christo Domino Nostro se obstringere debent; et id, quamvis studiis applicandi non videantur, nec

[r] *Sup.* c. 1 n. 3.

57 *Marg.* E *add. Po3,* J *2le.,* N *1le.;* ✻ Societatem *E1.* — 58 in ea *add. Po1, 2,* meam *1le.* — 65 sumet *1le. Po2,* assumet *1le. Po1.* — 66 *Marg.* E *add. Po2,* N *1le.;* de ingredienda Societate *Po1, 2, 3.* — 68 maius *et* obsequium *add. Po2, om. Po3,* maiorem... gloriam *1le.* — 69 'emittendis' *add. Po1.* — 70 coaptatus *Po2.* — 71 *Marg.* F *add. Po3,* K *2le.,* O *1le.* — 72 obsequio... sese *add. Po2,* in eodem obsequio et gloriae Dei se *1le.;* superiori curam *[seq.* relinquendo *obl. Po1]* aliorum omnium, qui *1le. Po2.* — 73 'vices gerit' *add. Po1,* locum tenet *1le.;* curam... omnium *add. Po2.* — 74 'relinquere' *add. Po1.* — 75 *Marg.* F *add. Po2,* O *1le.* — 76-77 ut *et* esse *add. Po2, om. Po3; 1le. ut Po1;* ad id melius existimandum, quod... melius esse uidebitur *Po1.* — 79 domibus uel collegiis in probationibus uersantur *1le. Po3,* domibus in probationibus uersantur *Po2;* in probationibus *add. Po2, 1le. ut Po1 infra.* — 79-80 eadem ...quae *add. Po2, 1le. ut Po1 infra;* domibus *[seq.* uersantur *obl.]* uel in collegiis 'versantur more ['ad modum' *pr.*] coadiutorum' [ut coadiutores, perinde atque scholastici *obl.*] post biennium uota sua emittere 'perinde vt scholastici' et [ac *pr.*] *Po1.* — 80 *Marg.* G *E1, add. Po3,* L *2le.,* P *1le.;* ✻ et *E1.* — 81 non studiis applicandi *Po1, 2, 3;* 'videantur' *add. Po1,* non uideantur *1le.*

expedire, ut tam cito in Coadiutores formatos vel Professos admittantur, existimetur. [s] Quod si quis, propria impulsus devotione, ante id tempus biennii vellet votis se Deo offerre; eamdem formulam sequi poterit: et † uno voti sui scripti exemplo tradito Superiori', alterum penes se retineat, ut quid Deo ac Domino nostro obtulerit recordetur. [t] Et ad hoc ipsum, simulque ad devotionem augendam conferet, † statutis quibusdam temporibus, quae congrua videbuntur, vota sua renovare'. Quod quidem non est [u] obligatione nova se obstringere, sed eius, qua obstricti sunt in Domino, recordari, atque eamdem confirmare.

[s] *Exa.* c. 1, E et P. 3 c. 1, **T.**

G

[t] C. 27 d. 154.

H

[u] C. 8 d. 22. C. 12 d. 13.

G. [v] *Etiam in libro aliquo horum memoria (sicut et aliorum) honestas ob causas debet asservari.*

[v] *Sup.* c. 3 n. 4.

H. *Quod* [x] *ad Scholasticos attinet, iam in quarta parte dictum est, quibus temporibus sua vota renovare debeant. Eadem erit ratio eorum, qui in Domibus habitant et vota emiserunt. In* [y] *duobus*[3] *enim festis solemnibus, singulis annis ea renovare debent, et in aliquo alio, si Superiori videretur expedire: non in cuiusquam manibus, sed unoquoque suum votum legente coram Sanctissimo Sacramento, reliquis vel nonnullis de Societate praesentibus; ut magis ad devotionem observandi, quod Deo ac Domino nostro promiserunt, magisque prae oculis habendum id, quod ex obligatione debent eidem Domino, excitentur.*

[x] P. 4 c. 4 n. 5 et **D.**

[y] C. 4 d. 55. C. 27 d. 154.

---

83 'Quod' *add. Po1,* Et *1le.* — 84 offerre *add. Po2,* consecrare *1le.;* uotis se Deo *[3 vv. add.,* uoto emitte, *imp. v., pr.]* consecrare *Po1.* — 85 *Nulla litt. marg. E1, Po1, 2, 3;* scripti *add. Po1;* exemplo penes *1le. Po1.* — 86 'penes se' *add. Po1.* — 87 obtulerit eum *1le. Po1.* — 88 confert *1le. Po1;* conferet, ut dictum est in quarta parte *1le. Po3.* — 88 *Marg.* H *add. Po3,* M *2le.,* Q *1le.* — 89 * vota *E1.* — 91 eadem *1le. Po2,* atque *add. Po2,* eademque *Po1, illud* que *videtur obl. in Po1, ideo Po2 transcripsit* eadem. — 92 *Marg.* G *add. Po2,* P *1le.* — 94 *Marg.* H *add. Po2,* Q *1le.* — 1 duobus *E3, Cong4,* tribus *Po1, 2, 3, E1, 2.* — 3 ali'quo alio' *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1;* debent *[add.,* oportebit *1le.]* et in aliis *[1 v. add.,* alia *2le.,* aliqua *1le.]* etiam, si *Po1.* — 5 reliquis praesentibus *1le. Po1.* — 7 'magisque' *et* 'habendum' *add. Po2, om. Po3,* et prae oculis id ad *1le.* — 7-8 ex... debent *marg. Po1,* 'ex... debent' *add. Po2,* tenentur in eodem Domino habendum *1le.*

---

[3] Congregatio IV posuit *dos* pro *tres,* confirmans decreto 55 mutationem factam a P. Everardo in editione tertia, *Institutum* II, 259; v. textum hispanum hujus loci in t. II p. 518 cum variatis l. 36 et not. 10.

SEXTA PARS.

DE IIS, QUI ADMISSI ET IN CORPUS SOCIETATIS COOPTATI SUNT, QUOD AD IPSORUM PERSONAS ATTINET.

De iis, quae ad obedientiam pertinent. Cap. I.

1. Ut illi, qui iam ad Professionem, vel in Coadiutores formatos admissi sunt, uberiori cum fructu, iuxta nostrum Institutum, divino servitio et proximorum auxiliis se impendant; aliqua in se-
[a] P. 5 c. 3 n. 3 et c. 4 n. 2.
ipsis observare debent, quorum praecipua, licet ad ea vota [a] quae Deo et Creatori nostro iuxta litteras apostolicas obtulerunt, reducantur; de illis tamen, ut magis et declarentur et commendentur, in hac sexta parte dicetur. Et quoniam quae ad votum castitatis pertinent interpretatione non indigent, cum constet, quam sit perfecte observanda, nempe enitendo angelicam puritatem imitari et corporis et mentis nostrae munditia[1]: his suppositis, de sancta obedientia dicetur[2]. Quam quidem omnes plurimum observare et in ea excellere studeant; nec solum in rebus obligatoriis, sed etiam in aliis, licet nihil aliud, quam signum voluntatis Superioris, sine
[b] *Inf.* n. 2 et 3 et P. 3 c. 1 n. 23 et P. 4 c. 10 n. 5 et P. 7 c. 2 n. 1 et **A** et **I** et P. 8 c. 1, **D** et P. 9 c. 3 n. 20.
ullo expresso praecepto, videretur. [b] Versari autem debet ob oculos Deus Creator ac Dominus noster, propter quem homini obedientia praestatur: et, ut in spiritu amoris, et non cum perturbatione

2 iis *add. Po3,* his *Ile., sic l. 4;* qui iam *Po1, 2, 3;* coaptati *Ile. Po3;* his qne pertinent ad eos *Ile. Po1.* — 3 quid *Ile. Po2.* — 5 *Marg.* A *E1, Po1, 2, 3;* ∗ qui *E1.* — 7 proximorum suorum *Po1;* 'se' *add. Po1.* — 8 praecipue *Ile. Po1.* — 9 reducantur *add. Po3,* reduci possint *Ile.,* reducantur *Ile. Po1.* — 12-14 sit... nostrae *add. Po2,* perfectissime eam obseruandam, ac *[1 v. add. Po1,* esse *Ile.]* puritatem angelicam in corporis ac mentis munditia imitandam esse ['dam esse' *add. Po1,* imitari curando *Ile.*] *Ile.* — 14 'his suppositis' *add. Po3,* his omissis *Ile.* — 15-16 In *[praec. Q obl. Po1]* qua quidem uirtute *[1 v. add. Po. Po1,* obseruanda *add. et obl.]* omnibus studiose curandum est *[4 vv. add. Po1,* omnes sollicite curent *Ile.]* ut eximium progressum faciant ['eximium' progressu'm' fac'iant' *add. Po1,* ad perfectionem precellere uel eminere, insignes (insignem *pr.*) progressus facere *Ile.*] nec solum *Po1, 2, 3, E1.* — 16 obligatoriis *add. Po3,* illis ad quas [quae *Ile. Po2*] tenentur *Ile.* — 17 quam nutus voluntatis *E1;* 'licet... aliud *[seq. v. quod legi nequit]* quam nutus' *add. Po3,* ubi uel minimum *[1 v. add. Po. Po1]* signum *Ile.*

[1] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, V, 253 et 430-431.

[2] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 50, 64, 65; III, 156-157; IV, 495 et 559-563; XII, 659-665 «Documenta circa obedientiam». S. Basilius, *Regulae brevius,* interrog. 137, 138, 141, 142, 147, PG., 31, 1174, 1178, 1179; *Regula S. Benedicti,* c. 5. In *Regula Magistri* legimus: «In monasterio nulli licet dicere; hoc volo et hoc nolo... ut non propria eligatur voluntas», PL. 88, 1039.

timoris procedatur, curandum est, ita [c]ut omnes constanti animo incumbamus, ut nihil perfectionis, quod divina gratia consequi possimus, † in absoluta omnium Constitutionum observatione' nostrique Instituti peculiari ratione adimplenda, praetermittamus: et exactissime omnes nervos virium nostrarum ad hanc virtutem obedientiae, in primis Summo Pontifici, deinde Superioribus Societatis exhibendam, intendamus; ita † ut omnibus in rebus, ad quas potest cum charitate se obedientia extendere', ad eius vocem, perinde ac si a Christo Domino egrederetur (quandoquidem ipsius loco ac pro ipsius amore et reverentia obedientiam praestamus) quam promptissimi simus, re quavis, [d]atque adeo littera a nobis inchoata necdum perfecta relicta [3]; ad eum scopum vires omnes ac intentionem in Domino convertendo, † ut sancta [e]obedientia tum in exsecutione, tum in voluntate, tum in intellectu sit in nobis semper omni ex parte perfecta'; cum magna celeritate, spirituali gaudio et perseverantia quidquid nobis iniunctum fuerit obeundo; omnia iusta esse nobis persuadendo; omnem sententiam ac iudicium nostrum contrarium caeca quadam obedientia abnegando; et

A

B

[c] *Inf.* c. 5 et P. 4 c. 10 n. 5 et P. 9 c. 3 n. 8 et c. 6, **A** et P. 10 n. 13

[d] P. 4 c. 10 n. 9.

C

[e] P. 3 c. 1 n. 23 et P. 4 c. 10 n. 5.

22 *Marg.* B *Po3.* — 23 *Marg. nulla litt. E1, Po1, 2.* — 24-25 omnes... exactissime [et selectissime *add. et obl.*[*add. Po3,* omnes ad perfectissima *[2 vv. obl. Po2, obl. et rest. Po3 (?),* ita ut nihil perfectionis quam etc. *marg. Po2, 3, obl. Po3, non obl. Po2]* quaeque consectanda quae cum diuina gratia consequi possimus (obseruatis integre omnibus Constitutionibus ac modo quo in Societate nostra procedendum est) mutuo nos in Domino inflammemus *Ile.;* omnes... 'consequi possimus' obseruati's' integr'e' omni'bus' Constitution'ibus' ac mod'o quo in Societate nostra' procendend'um est) mutuo nos in Domino' inflammemus *Po1,* omnes inuicem ad... gratia *[seq.* ad *obl.]* in obseruatione integra omnium ac *[seq.* nostri *obl.]* modi nostri procedendi in Domino, consequi possimus, nos exhortemur *[1 v. add.,* animemus *Ile.]* *2le.* — 25 exactissime *add. Po2,* exacta admodum ratione *3le.,* selectissime *2le.,* peculiari quadam ratione *1le.* — 25-27 neruos *et* intendamus *add. Po3,* nerui... intendantur *1le.* — 27 ita ut *add., Po2, 3, 1le. ut Po1, infra.* — 28 *Marg.* B *Po1, 2, E1,* C *Po3 add.,* A *1le. (?);* * charitate *E1;* ex charitate *Po1, 2, 3, E1.* — 29 egrederetur *add. Po3 et Po. Po2, 1le. ut Po1 infra.* — 30 pro eius *Po2.* — 25-31 ad [in *1le.*] hanc *[sup.]* uirtutem obedientiae 'imprimis' [primo loco *1le.*] summo... exhibendam [exhibendum *1le.*] intendantur. Omnibus 'itaque' [Itaque omnibus *1le.*] in... potest ex... se *[1 v. sup.]*... uocem *[seq.* quam promptissimi simus *obl.]* perinde... Domino (quandoquidem ...obedientiam praestamus *[2 vv. add.,* obedimus *1le.]* egrederetur, 'quam promptissimi simus' *Po1.* — 31 atque adeo *add. Po3,* etiam *1le.,* re [rem *pr.*] *et* 'etiam' *add. Po1,* imperfectam quamuis litteram uel rem nostram *1le.* — 32 perfecta, studio celeriter *[1 v. add. Po2,* velociter *1le.]* obediendi relicta *Po1, 2, 3, E1, 2, 2[b], 3,* studio celeriter obediendi *om. Cong1;* 'necdum perfecta, studio velociter obediendi ['velocis obedientiae' *pr.*] relicta' *add. Po1,* inchoatam 'necdum perfectam' relinquendo *2le.,* inchoatam relinquendo. *1le.* — 32-33 omnes *[1 v. add.]* uires atque intentionem *[2 vv. add.] Po2;* ac intentionem *add. Po3.* — 33 *Marg.* D *Po3 add.,* B *(?) 1le.;* obedientia *add. Po1, 2, 3, 1le. ut Po1 infra.* — 33-33 ad scopum eum uires omnes in Domino conuertendo, ut sancta 'haec' uirtus [sanctae obedientiae uirtus *1le.*] tum in executione *Po1.* — 34 * in executione *E1;* 'in nobis' *add. Po1.* — 35 semper... parte *add. Po2,* omnibus numeris *1le.;* magna 'celeritate' *2 vv. add. Po1,* uelocitate *1le.*

[3] S. BENEDICTUS ait: «Relinquentes statim quae sua sunt... mox exoccupatis manibus, quod agebant imperfectum relinquentes» *Regula*, c. 5. Ab hoc loco nostrarum Constitutionum videntur pendere *Constitutiones Scholarum Piarum*, parte 2, c. 1, n. 8; aiunt enim: «Ad ejusdem Superioris vocem perinde ac si a Christo Domino egrederetur, seu ad campanae signum quam promptissimi sint omnes, re quavis, atque adeo littera a nobis inchoata, nedum perfecta, relicta».

id quidem in omnibus, quae a Superiore disponuntur, ubi definiri non possit ([f] quemadmodum dictum est) aliquod peccati genus intercedere. Et sibi quisque persuadeat, quod qui sub obedientia vivunt, se ferri ac regi a divina providentia per Superiores suos sinere debent, perinde ac si cadaver essent [4], quod quoquoversus ferri et quacumque ratione tractari se sinit; vel similiter atque senis baculus, qui ubicumque et quacumque in re velit eo uti, qui eum manu tenet, ei inservit. Sic enim obediens rem quamcumque, cui eum Superior ad auxilium totius corporis Religionis velit impendere, cum animi hilaritate debet exsequi; pro certo habens quod ea ratione potius, quam re alia quavis, quam praestare possit, propriam voluntatem ac iudicium diversum sectando, divinae voluntati respondebit [5].

[f] [P. 3 c. 1 n. 23.] *Inf. Declar.* **B**

Declarationes in Sextam Partem. In Caput I.

A. *Hae primae declarationes, quae simul cum Constitutionibus promulgantur* [g] *eamdem, quam illae auctoritatem habent. Et ita in utrarumque observatione eamdem curam adhiberi oportet* [6].

[g] *Prooe. declar.*

39 'quidem' *add. Po1.* — 40 aliquod *et* genus *add. Po3, 1le. ut Po2 infra.* — 39-41 disponuntur... est) aliquam peccati speciem intercedere *add. Po2,* praecipientur *[1 v. add. Po1]* vbi *[seq.* quidem *obl. Po1]* nullam speciem esse peccati *[seq.* (ut dictum est) *obl. Po1]* certo constitui possit *1le.* — 41 persuadeat *add. Po3, et Po. Po2,* sentiat *1le.;* Et 'sic' quisque 'sentiat' [existimet *1le.*] *Po1.* — 43 debet *1le. Po1, 2;* esset *Po1, 2;* 'cadauer' *add. Po1,* corpus mortuum *1le.* — 44 'quacunque ratione' *add. Po1,* utcunque *1le.;* similiter atque *add. Po2,* uel ut *1le. Po1.* — 45 qui *add. Po2,* quod *1le.* — 45-46 'vti' *et* eum *add. Po1,* iuuari... in *1le.* — 46 tenet in, *imp. v.* inservit, *1le. Po2;* obediens ad rem *1le. Po1.* — 47 'eum' *add. Po1;* corporis congregationis uelit *Po1, 2, 3, E1.* — 48 'debet' *add. Po1,* debet cum... hilaritate id exequi *1le.* — 48-49 exequi ac omnino existimare quod *Po1, 2, 3, E1.* — 51 uoluntati quam optime *1le. Po2, 3.* — 49-51 quod ea ratione *[2 vv. add.,* (sic uel *pr. add. et obl.*) ea in re diuinae uoluntati, *2 vv. add., 2le.,* cum diuina uoluntate quam maxime conformis erit *1le.]* potius quam re [in re *pr.*] alia quauis *[seq.* quam *obl.]* quam [in qua *pr.*] 'praestare possit' ['sectando' *add. et obl.*] propriam uoluntatem ac iudicium *[emend. ex* propria uoluntate ac iudicio *2le.,* propriam uoluntatem ac iudicium *1le.]* diuersum 'sectando' [sectando praestare possit *1le.*] 'diuinae uoluntati' quam optime respondebit *[3 vv. marg.,* quam maxime conformis erit *add. et obl.] Po1.* — 52 Declarationes... primum *add. Po2,* partem, 'De his qui in corpus Societatis coaptata *(?)* [coaptati *Po2, 3*] sunt, quod ad ipsorum personas attinet'. In... primum. De his quae ad obedientiam pertinent *Po1, 3, 1le. Po2.* — 55 utrarumque *add. Po1,* earum *1le.*

[4] Auctor *Constitutionum monasticarum*, qui diu creditus est S. Basilius, ad obedientiam caecam explicandam, utitur exemplo instrumenti artificis, quod sine ulla discussione simpliciter se moveri sinit, c. 23 (apud alios 22, n. 5, PG. 31, 1409); cf. SUAREZ, l. 4, c. 15, § 4, n. 509. S. Franciscus assisiensis adhibet comparationem cadaveris apud S. BONAVENTURAM, *Legenda [major] S. Francisci*, c. 6, n. 4. Qui plura velit de obedientia caeca ac de superioribus loco Dei considerandis, adeat SUAREZ l. c., et S. ROBERTUM BELLARMINUM in tribus opusculis: *Tractatus de obedientia quae caeca nominatur, Responsio ad censuram P. Juliani Vincentii in epistolam sanctae mem. P. Nostri Ignatii, Brevis demonstratio, Quod ex Constitutionibus et praxi Societatis non colligitur Praepositum Generalem errare non posse, contra calumnias Juliani Vincentii*, in opere *Auctarium Bellarminianum*, edito a P. le BACHELET S. J., Paris, Beauchesne, 1913, pp. 377-403.

[5] Haec de obedientia constitutio est jam in t. I, monum. 28ter, p. 216 n. 21.

[6] Recte notat Nadal, nihil addi hoc loco iis quae in Prooemio de obligatione

B. [h] *Huiusmodi sunt illae omnes, in quibus nullum manifestum est peccatum.* [h] *Sup.* n. 1 et P. 3 c. 1 n. 23.

C. *Obedientia, quod ad exsecutionem attinet, tunc praestatur, cum res iussa completur: quod ad voluntatem, cum ille, qui obedit, id ipsum vult, quod qui iubet: quod ad intellectum, cum id ipsum sentit, quod ille; et quod iubetur bene iuberi existimat. Et est imperfecta ea obedientia, in qua, praeter exsecutionem, non est haec eiusdem voluntatis et sententiae inter eum qui iubet, et qui obedit, consensio.*

---

2. Omnibus itidem maxime commendatum sit, ut multum reverentiae (et praecipue in interiori homine) suis Superioribus exhibeant; [i] IESUM Christum in eisdem considerent, ac revereantur, eosdem ex animo, ut patres, in eodem diligant [7]: ac sic in spiritu charitatis in omnibus procedant, ut [j] nihil ex externis vel internis eos celent; quin potius ut omnia prorsus intelligant, quo melius in via salutis et perfectionis se dirigant, optare debent. Et ea de causa omnes tam Professi, quam formati [k] Coadiutores, semel singulis annis (et quoties praeterea Superiori visum fuerit) [l] ad suas conscientias in confessione, vel secreto, vel alia ratione eidem aperiendas, propter magnam eius rei utilitatem (ut in Examine dictum est) parati esse debebunt: tum etiam ad confessionem generalem, quae ab ultima generali inchoetur, ei quem Superior sibi substituerit, faciendam.

[i] *Sup.* n. 1.

[j] *Exa.* c. 4 n. 34 etc. et P. 3 c. 1 n. 12 et P. 4 c. 10 n. 5.

[k] *Exa.* c. 4 n. 40.

[l] C. 22 d. 44 n. 4.

3. Deferant omnes ad Superiorem suum res, quae eis expetendae occurrerint: nec privatus quispiam, directe vel indirecte,

---

58 'praestatur' *add. Po1,* fit, praestatur *add. et obl.,* impletur *Ile.* — 59 quoad *Ile. Po1, sic l. 60.* — 61 bene iuberi *obl. et rest. Po2,* bonum iustumque esse *Po3, add. et obl. Po2.* — 63 et eum qui *Po1, 3, Ile. Po2.* — 64 'consensio' *add. Po1,* conformitas *Ile.* — 65 uel maxime *Ile. Po2.* — 66 et praecipue *add. Po3,* praesertim *Ile.* — 67 reuereantur *add. Po2,* uenerentur *Ile.* — 68 ex animo *add. Po1,* ex corde *Ile.* — 69 ut *add. Po2.* — 70 eos *add. Po2,* eum *Ile.;* 'quin potius' *add. Po1,* sed *Ile.* — 71 eos dirigant *Po1, 2, 3,* eos *obl. et rest. Po1,* se *add. et obl.;* eadem *Ile. Po2,* ea *Po1.* — 72 tam *add. Po2, est Po1,* tam omnes *Pra2, sqq.* — 73 (et saepius si superiori *Po1, 2, 3, E1.* — 74 eisdem *E5 sqq.* — 75 'aperiendas' *add. Po1,* detegendas *Ile.;* 'magnam ['eximiam' *pr.*] eius rei' *add. Po3,* propter spiritualem profectum, vtilitatem eximiam [propter spiritualem utilitatem *(seq.* et *obl., quod non est in Po1)* eximiam *Po2*] quae ea in re deprehenditur ut in *Ile. Po3,* quam ea in re deprehenderent *Ile. Po1.* — 76 dictum fuit *Po1, 2, 3,* dictum est *Ile. Po3;* 'parati... debebunt' *add. Po1,* parati erunt *Ile.;* tum etiam *add. Po2,* ut etiam *Ile. non obl.* — 77 quae *et* incho'etur' [inchoandam *pr.*] *add. Po1,* generalem ab ultima etiam generali incohandam *Ile.* — 77-78 'sibi substituerit' *add. Po3,* designauerit *Ile.* — 78 'faciendam' *add. Po1,* facere parati esse debebunt *Ile.* — 79-80 Omnes ad... occurrerint, deferre debent: nec *Po1, 2, 3, E1;* 'res' *et* 'eis expetendae' *et* 'deferre debent' *add. Po1,* in rebus quae optandae occurrerint, se conuertant *Ile.*

Declarationum dicta sunt (*Scholia*, 367). Cur hic denuo ponitur? Fortasse quod de obedientia agatur.

[7] *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IX, 90-92; *Fabri Monum.*, 510-511; *Monum. Xaver.* I, 668-674; *Lainii Monum.* I, 216-219.

sine eius facultate et approbatione, a Summo Pontifice, nec ab alio extra Societatem, gratiam ullam in suum privatum vel alterius usum petat, aut petendam curet [8]: sibique [m] persuadeat, si per Superiorem suum, vel cum eius consensu, quod optat non obtinuerit: ne id quidem ad divinum servitium sibi convenire; et, si convenit, cum Superioris consensu, ut qui [n] Christi Domini nostri locum erga ipsum tenet, id se consecuturum.

[m] P. 3 c. 2 n. 1 et P. 5 c. 4, F.

[n] *Sup.* n. 1.

De iis, quae ad paupertatem, quaeque eam consequuntur, pertinent. Cap. II.

1. Paupertas, [a] ut murus Religionis firmus, diligenda et in sua puritate conservanda est, quantum, divina gratia aspirante, fieri poterit. Et quia humanae naturae hostis ad hoc propugnaculum ac refugium debilitandum (quod Deus Dominus noster Religionibus inspiravit contra illum aliosque religiosae perfectionis adversarios) eniti solet, ea, quae a primis Fundatoribus bene ordinata fuerant, immutare per declarationes vel innovationes primo illorum spiritui minime consentaneas; ut quod in nobis situm fuerit, hac parte Societati prospiciamus, [b] quicumque in ea Professionem emiserint, † se ad innovationem Constitutionum in iis, quae ad paupertatem pertinent, nihil facturos promittant'; nisi aliquo modo,

[a] P. 3 c. 1 n. 25 et P. 10 n. 5.

[b] C. 4 d. 54.

A

81 eius permissu et *Po1, 2, 3, E1.* — 80-81 quispiam *[seq.* petat aut peti curet *obl.]* directe uel indirecte ['aperte vel clanculum' *add. et obl.*] sine eius 'permissu' *[1 v. add.,* licentia *1le.,* permissu, iussu, uoluntate, assensu *marg. obl.]* et *[add.]* approbatione *[seq.* uel *obl.]* a summo *Po1.* — 81-82 pontifice gratiam ullam, sed ['sed' *add. Po1*] nec ab... Societatem in suum *Po1, 2, 3.* — 82 'priuatum' *add. Po1,* proprium usum *1le.* — 83 'vsum... petendam ['peti' *pr.*] curet' *add. Po1;* petendam *et* priuatum *marg. obl.;* persuadeat quod *1le. Po1.* — 84 'suum' *add. Po1.* — 85 sibi conuenire *add. Po1,* ei conuenit *1le.;* 'et' *add. Po1, marg. obl.,* quodque *1le.* — 87 'id' se consecuturum *[2 vv. marg.] add. Po1,* consequetur *1le.*

1 iis *add. Po3,* his *1le.* — 2 quaeque *add. Po1,* et quae ad eam *1le.* — 3-5 Paupertatem ut murum... firmissimum diligere... conseruare, quantum... poterit, necesse est *[2 vv. add.,* oportet *1le.] 2le. Po1.* — 5 hostes *1le. Po1; supra v.* propugnaculum *sunt vv. hispana* defensa [defena *ms.*] y reparo *obl. Po1.* — 6-9 ac refugium... immutare *add. Po2, 1le. ut Po1, infra.* — 8-9 ea immutare quae... fuerant *[obl. et rest. Po3]* per *Po2, 3.* — 9 immouendo, *sic, Ant.,* immutando *Pra1 sqq.;* uel novas constitutiones primo *Po1, 2, 3, E1.* — 10 *Post* consentaneas *est in Po3* 'ea immutare... fuerant' *ut supra, ll. 8-9 add. et obl.;* consentaneas eniti solent *1le. Po2.* — 6-10 quod diuina sapientia contra ipsum aliosque relligionum *[1 v. add.,* ipsarum *1le.]* perfectioni aduersarios 'opposuit, immutare' [inmutando *pr.*] quae a primis... minime consentaneas *[1 v. add.,* conformes *1le.]* eniti solet [solent *ms.*] ut, quod *Po1.* — 10 fuerit situm *1le. Po1;* in hac *Po1, 2.* — 11 'Societati prospiciamus' *add. Po1,* prouideamus *1le.;* 'ea' *add. Po1,* hac Societate *1le.* — 12 *Marg.* A *add. Po3, 1le. (?),* D *Po1, 2;* ✱ ad *E1;* iis *add. Po3,* his *1le.* — 13 nihil *add. Po1,* non *1le.;* aliqu'o modo' *add. Po1,* aliqua ratione *1le.*

[8] Cf. t. I, monum. 28bis, p. 201 n. 12, et monum. 38bis, n. 76 p. 286. *Constitutiones Narbonenses,* a S. Bonaventura concinnatae, habent; «Inhibemus districte, quod nullus frater impetret per se vel per alium litteras a domino papa pro aliquo loco obtinendo sine generalis ministri licentia speciali», Rubrica 5, apud Ehrle, ALKG VI, 103.

pro rerum occurrentium ratione, eam in Domino magis restrin-
gendam iudicarent [1].

In Caput II. [c]

[c] C. 1 d. 38.

A. *Innovari quod ad paupertatem attinet, est relaxari ad reditus vel possessionem ullam in proprium usum, vel ad sacristiam, vel ad fabricam, vel ad aliquem alium finem* [d] *praeter id, quod ad Collegia et Domos Probationum attinet, admittendum. Et ne in re, quae tantum habet momenti, Constitutiones mutentur; post emissam professionem unusquisque promittat coram Praeposito Generali et iis, qui apud eum erunt, offeratque in conspectu Creatoris et Domini nostri, quod numquam assentietur ad immutandum quod ad paupertatem in Constitutionibus pertinet; nec in Conventu totius Societatis congregatae, nec per seipsum ulla ratione id curando.*

[d] *Exa.* c. 1 n. 4.

---

2. [e] In Domibus vel ecclesiis, quae a Societate ad auxilium animarum admittentur, † [f] reditus nulli, ne sacristiae quidem aut fabricae applicati, haberi possint: sed neque ulla alia ratione, ita ut [g] penes Societatem eorum sit ulla dispensatio'; sed in solo Deo, cui per ipsius gratiam ea inservit, fiducia constituatur, sine reditibus ullis ipsum nobis prospecturum de rebus omnibus conveni-entibus ad ipsius maiorem laudem et gloriam [2].

B

[e] *Inf.* n. 5 et 6 et *Exa.* c. 1 n. 3 et 4 et P. 10 n. 5.

[f] C. 2 d. 33.

[g] C. 7 d. 50, 51 C. 11 d. 20.

---

14 ratione *add. Po1,* dispositione *1le.;* magis *add. Po1.* — 16 *Seq.* 'De his [iis *Po2, om. Po3*] quae ad paupertatem pertinent' *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 17 *Marg.* A *add. Po2,* D *1le.;* innouare *ter scriptum, bis obl. Po2,* innouare *Po3, add. Po. Po1,* Variare *2le.,* Alterare *1le.;* ad *add. Po1;* 'est' *add. Po1.* — 18 sacristiam *obl. et rest. Po2,* sacrarium *marg. Po1, add. et obl. Po2,* sacristiam *Po3.* — 19 praeterquam *1le. Po1.* — 20 probationis *Po1,* probationum *1le.;* 'admittendum' *add. Po1.* — 21 re *add. Po1,* parte *1le.* — 22 promittat *add. Po1,* promissionem faciat *1le.* — 23 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.;* apud... erunt *marg. Po1, add. Po. Po2,* cum eo inuenientur *1le.;* asseratque *Ant. sqq.* — 24 assentietur uel quicquam aget ad immutandum *[1 v. add. Po. Po2, marg. Po1, om. Po3,* alterandum *1le.] Po1, 2, 3, E1, 2, 3,* vel quidquam aget *om. Cong4.* — 27-28 'quae' *et* admittuntur [*pro* admittentur] *add. Po3,* ecclesiis... admissis *1le.,* admi'tendis' *add. et obl. Po3.* — 28 *Marg.* E *Po1, 2, nulla litt. Po3;* * reditus *E1;* redditus *add. Po1,* reditus *1le.* — 29 applicandi *1le. Po2,* 'applicati' *add. Po1;* 'vlla' *add. Po1,* ad alia ea ratione *1le.* — 29-30 'ita vt penes' *et* 'eorum sit dispensatio' *add. Po1,* ut Societas de eis aliquo modo disponere possit *[6 vv. add.] 2le.,* eos dispensare possit *1le.* — 30 ulla *add. Po2;* 'solo Deo' *add. Po1,* Domino *1le., seq.* suae conf, *imp. v., obl.* — 31 'ea' *add. Po1.* — 31-33 constituatur, qui quidem *[2 vv. add. Po2,* quod *1le.]* sine... ullis de rebus omnibus convenientibus *[2 vv. add. Po1,* necessariis *1le.]...* maiorem laudem et gloriam nobis ['maiorem' *et* 'nobis' *add. Po1,* ipsius laudem et gloriam maiorem *1le.*] prospiciet *Po1, 2, 3, E1.*

---

[1] Cf. t. I, p. 39, monum. 9, n. 12; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 355-356. V. in Appendicibus, n. 1, formulam hujus voti in formula votorum simplicium post professionem emittendorum.

[2] Cf. t. I, monum. 9, nn. 2-12, 20, 39 et partim 42, pp. 34-39, 46-47; monum. 10, 17 et 19, pp. 48, 78, 86.

B. *Si aliquis ex fundatoribus Domorum vel ecclesiarum vellet reditus aliquos ad fabricae usum relinquere; dummodo nec dispositio eorum ad Societatem pertineat, nec sit unde ei competat actio in illos (quamvis id illi curae esset, ut is, cui tale munus commissum est, suum officium faceret)* [h] *et sic in rebus similibus; non esset id a paupertate Societatis alienum* [3].

[h] C. 27 d. 188 § 1.

C 3. † Professi vivant ex eleemosynis in Domibus, cum aliquo non mittuntur: [i] nec officium Rectorum ordinarium in Collegiis vel Universitatibus Societatis habeant (nisi ipsarum necessitas vel magna utilitas id exigeret)' † nec [j] reditibus eorum in Domibus utantur' [4].

[i] P. 4 c. 10, A. C. 27 d. 244.

D

[j] *Exa.* c. 1 n. 4 et P. 4 c. 2 n. 5 et c. 10 n. 1 et P. 9 c. 3 n. 18 et c. 4 n. 7 et P. 10 n. 4

C. *In Collegiis Professos non habitare, intelligitur, diu in eis manendo;* [k] *quamvis, dum alio iter faciunt, diem aliquem vel tempus congruum in eis manere possint: habitare autem* [l] *diu etiam possent, cum necessarium aut conveniens ad ipsius Collegii vel Universitatis bonum id esset; ut si ad gubernationem studiorum essent necessarii; vel si legerent, aut in spiritualibus exercitiis confessionum et concionum, ad Scholasticos, qui id praestare deberent, sublevandos; vel ad id demum, quod ipsi non possunt, praestandum, occuparentur; vel si ad visitanda et dirigenda huiusmodi Collegia vel Universitates mitterentur: quando etiam necessarium aut conveniens ad universale bonum id videretur; ut si ali-*

[k] P. 4 c. 2, F.

[l] P. 4 c. 2 F.

---

34 *Marg.* B *add. Po2,* E *Ile.* — 35-39 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 35-37 'dummodo... illos' *add. Po2,* dummodo de his disponere *[4 vv. add.]* non posset Societas nec se ingerere ad eos [hos *pr.*] expendendos (quamuis id illi curae esset [illi *et* esset *add., om. Po3,* id curae haberet *Po3, Ile. Po2*] ut *2le., Po3 ut 2le. Po2.* — 37 is *om. Po1, 2, 3.* — 39 a paupertate... alienum *add. Po2.* — 35-39 'dum' [si *pr.*] hos dispensare non posset Societas *[6 vv. add.,* si de his disponere non posset Societas *Ile.]* nec se *[seq.* posset *obl.]* ingerere ad eos expendendos (quanuis id curae haberet, ut cui tale... non esset id prohibendum, ut quod damnum 'nostrae paupertatis virtuti' inferre posset [non... posset *add.,* nihil incommodi id haberet *Ile.*] *Po1.* — 40 *Marg. nulla litt. Po1, 2, 3, E1;* domibus scilicet *[1 v. add. Po2] Po2, 3, E1;* 'aliquo' *add. Po3,* peregre *Ile.* — 41-42 'officium' ordinari'u'm rectorum 'in' collegi'is' uel vniuersitat'ibus' *add. Po1,* curam ordinariam collegiorum uel vniuersitatum *Ile.* — 42 'nisi' *add. Po1,* nisi *marg.,* si *Ile.* — 42-43 vel eximia *[1 v. add. Po. Po1,* insignis *Ile.]* utilitas *Po1, 2, 3, E1.* — 43 *Post v.* utilitas *est* non ta, *imp. v.* non talem *(?), obl.; marg. nulla litt. Po1, 2, 3, E1.* — 43-44 'nec... eorum' *et* 'vtantur' *add. Po3,* nec redditus corum in suos usus in domibus conuertant *Ile.,* nec... conuertant *add. Po1,* nec in domibus ex eorum redditibus iubentur, *sic, Ile.* — 45 *Marg.* C *add. Po2,* F *Ile.;* professos *add. Po2.* — 46 quamis *[seq.* qui alio iter faciunt *obl.]* utrique dum *Po1, Ile. Po2.* — 47 conueniens *add. et obl. Po1.* — 48 conueniens *add. Po1,* perutile *Ile.* — 50 aut occuparentur *Ile. Po1.* — 51 concionum *add. Po2,* praedicationum *Ile.;* 'id' *add. Po1.* — 52 ad *add. Po2, om. Po3;* 'demum' *add. Po1.* — 53 'occuparentur' *add. Po1.* — 53-54 'et dirigenda' *add. Po1,* uniuersitates ac dirigenda *Ile.*

---

[3] S. Ignatius noluit admittere perpetuam eleemosynam menstruam, quam nonnulli cardinales domui romanae assignare volebant; sed causam indicat ipse Camara, quod nollet Ignatius id per cardinalem protectorem fieri, cum protector Societatis pontifex ipse esse deberet, *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 266.

[4] Deliberatio de hac re indicatur t. I, monum. 38, n. 27, p. 274; v. not. 2 p. 137.

quis, cum expressa facultate Praepositi Generalis, [m] *scribendi gratia per tempus aliquod se eo reciperet.* [m] C. 27 d. 196 § 1.

D. *Res* [n] *minimae ducuntur pro nihilo: et ita ad scrupulos eximendos declaratur, ubi Rector eum, qui iter per ipsius Collegium haberet ac viatico egeret, viatico aliquo ac eleemosyna prosequeretur, recipi eam posse. Quod autem Collegia suppleant aliquos sumptus, quos, si ipsa non facerent, facturae essent Domus, si possent, ut vestitum et viaticum eis, qui ad Collegia ex Domibus mittuntur, providere; quamvis id sit, aut esse videatur Domum iuvare; non tamen est contra intentionem huius Constitutionis, quae cavet, ne Collegiorum reditibus ad victum, et vestitum, et alias expensas proprias, Domus iuventur. Sic etiam intelligitur contra Constitutionem non esse, quod in aliquo horto Collegii aliquid recreationis infirmi vel sani, qui sunt in Domibus, sumant; dum tamen expensis Collegii, quamdiu sunt in Domibus, non alantur: et tantumdem de rebus similibus potest iudicari.* [n] P. 4 c. 2, F.

---

4. Coadiutores, quamdiu in Domibus erunt, quae ex eleemosynis vivunt, et ipsi eodem modo vivent. In Collegiis, si Rectores fuerint vel Lectores, aut alioqui in rebus necessariis vel valde convenientibus eisdem Collegiis utiles fuerint, vivent, sicut reliqui, ex eorum reditibus, quamdiu eorum opera Collegia indigebunt. Cum autem desierint utiles esse Collegiis, desinent in eis habitare; et in Domibus Societatis, ut de Professis est dictum, habitabunt. ° *Sup.* n. 2.

5. ° Non solum reditus, † sed nec possessiones ullas habeant **E** in particulari nec in communi Domus vel ecclesiae Societatis', praeterquam quod ad habitationem vel usum necessarium eis, aut valde conveniens fuerit; cuiusmodi duceretur, si in usum convalescentium, vel eorum, qui, ut rebus spiritualibus vacent, se ab

---

57 'eo' *add. Po1.* — 58 *Marg.* D *add. Po2,* G *1le.;* ducuntur *marg. Po1, add. Po. Po2,* reputantur *1le.* — 59-61 declaratur quod ubi *[2 vv. add. Po2,* quod *om. Po3]* rector, eum qui... ipsius [suum *Po3, 1le. Po2*]... posse [eum... posse *add. Po2, (manet* quod... posse*), 1le. ut Po1*] *Po2, 3;* declaratur quod cum rector aliquo uiatico transeuntem per [diuertentem ad *marg. Po1, add. et obl. Po2,* aliqua elemosina in uiaticum posset admitti *add. et obl. Po1*] suum collegium, iuuaret 'eleemosina, posset admitti *[3 vv. add.,* posset admitti *1le.] Po1.* — 61 'Quod autem' *add. Po1,* 'Vt etiam' *2le.,* Et quod *1le.* — 61-62 sup'pleant' collegia 'sumptus aliquos' quos... ipsa *[1 v. add.]* non *[seq.* ipsa *add. et obl.] Po2, 1le. ut Po1, 3;* sumptus aliquos faciant collegia, quos si non *Po1, 3.* — 64-65 aut videatur... non est tamen 'contra' *[2 vv. add. Po2, om. Po3,* praeter *1le.]* intentionem *Po1, 2, 3.* — 67 proprias *add. Po1.* — 68 collegii *add. Po2,* horto uel collegio *1le.* — 69 assumant *1le. Po1.* — 72 domibus uiuunt, *1le. Po1.* — 75 'collegiis' *add. Po3,* ualde *1le., quod est Po2, non Po1.* — 77 *Marg.* B *E1, add. Po3,* F *1le.;* * desinent *E1; marg.* C *E1, add. Po3,* G *1le.;* * habitare *E1;* habitare *add. Po1,* desinent et in eis residere *1le.* — 78 habitent *(?) 1le. Po1.* — 79 *Marg.* D *E1, add. Po3,* H *1le.;* Non solum non *[1 v. add.] Po2;* redditus ne *1le. Po1;* habeant nec, *1 v. add. et obl. Po1.* — 81 praeter quam quod *add. Po2,* nisi quid *1le.,* 'nisi' [praeter id *1le.*] quod [quid *pr.*] *Po1;* usum ipsorum *Po2.* — 82 fuerit *add. Po2,* esset *1le.* — 83-84 'ab... frequentia' *[seq.* 'se' *obl.] add. Po1,* coligunt *add. et obl.*

hominum frequentia recipiunt, locus aliquis a communi habitatione separatus, qui aere salubriori et aliis commodis polleret, admitteretur: et tunc huiusmodi ille sit, ut nec aliis locetur, † nec fructus, qui redituum loco esse possint, habeat' [5].

E. *Quia, ut in litteris apostolicis dicitur, non est habitura Societas ius civile ad rem ullam stabilem, nisi ad ipsius habitationem et usum esset opportuna*[6]*; quidquid stabile illi datum fuerit, teneatur eo, quam primum poterit, se exuere ac vendere; ut pauperibus Societatis vel externis sua in penuria subveniatur.*

Quamvis hoc ita se habeat, temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda. Et hoc intelligatur, cum res illa stabilis necessaria non est ad Domus usum, ut aliqua ex superius memoratis. Aliarum rerum mobilium, ut pecuniarum, vel librorum, vel earum, quae ad victum et vestitum pertineant, potest in communi Societas proprietatem ad usum suum habere.

[P] C. 27 d. 188 § 3.

F. *Huiusmodi essent, si vini, vel olei, vel tritici* [P] *proventum dictae possessiones ferrent; vel si fructus et olera ex hortis venderentur, quorum nihil licebit* [7]*. Quamvis fructibus aut parte ipsorum ad commodum Domus suae uti possint; si tamen Societas colonum aliquem vel secularem hominem haberet, qui hortis vel agris, quos dictae Domus habent, praeesset; non esset etiam ei prohibendum, ne ad privatam suam utilitatem quod videretur convenire ex dictis faceret; dummodo tunc nec ad Domos, nec ad particulares personas Societatis utilitas interim ulla perveniret.*

---

85 admitteretur *add. Po1,* assumeretur *1le.* — 86 tunc *add. Po2;* huiusmodi 'ille sit vt' *add. Po1,* huiusmodi sit *2le.,* ea sit *1le.* — 87 'qui' *et* 'habeat' *add. Po1,* nec *[seq.* ex fructibus *obl.]* fructus redituum loco esse possint *1le.,* fructus equiualentes sint reditibus *marg. obl.; marg.* E *E1, add. Po3,*] *1le.;* * fructus *E1.* — 88 *Marg.* E *add. Po2,* H *1le.* — 89 res ullas stabiles *1le. Po1.* — 90 opportuna *add. Po2,* opportunum *1le.;* illi *add. Po2, om. Po3,* ei *1le.* — 90-91 teneatur *[seq.* Societas *obl. Po1]* eo quamprimum fieri *Po1, 3, 1le. Po1.* — 91-92 Societatis sua in pe, *1le. imp., Po1.* — 93 tamen *add. Po2, om. Po3;* Quanuis tamen... temporis opportunitas *Po1, 1le. Po2.* — 94 intelligatur, 'vt dictum est' cum *Po1, 3, 1le. Po2.* — 94-95 res illas stabiles *1le. Po1.* — 95 aliqua dic, *1le. imp., Po1.* — 1 'memoratis' *add. Po1,* dictis *1le.* — 2 earum *add. Po2, om. Po3.* — 4 *Marg.* F *add. Po2,* I *1le.;* 'prouentum' *add. Po1,* uini prouentum *1le.* — 5 olera ex hortis *marg. Po1, add. Po. Po2,* herbae hortorum *1le.* — 6 'quorum' *add. Po1,* sed nihil horum licebit *1le.* — 7 'commodum' *et* uti *add. Po2, om. Po3,* usum... frui *1le.;* tamen *add. Po2, om. Po3.* — 8 'haberet' *add. Po1.* — 11-12 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 11 tunc nec *add. Po2, om. Po3.* — 11-12 'nec ad... personas' *add. Po2, om. Po3.* — 12 ulla *add. Po2, om. Po3.* — 11-12 dum'modo' *[seq.* in huiusmodi occasionibus *2le.,* casibus *1le. obl.]* ad domos Societatis uel quemquam ex illa [illis *pr.*] utilitas 'interim' nulla peruenire *Po1.*

---

[5] Bulla Julii III « Exposcit debitum », 21 Julii 1550, t. I, monum. 39, p. 379, n. [5].

[6] Cf. ib. et monum. 10 p. 64; monum. 28, p. 191 n. '5'; monum. 38[bis], p. 284 n. 56; *Monum. Ignat.* ser. 1[a], VII, 536-537.

[7] De verbis « si vini... licebit » notat SUAREZ, l. 4, c. 9, n. 429, videri aliqua ex his sumpta ex clementina *Exivi,* § *Licet.* Agit haec Clementina de paupertate Fratrum Minorum; verba autem ad quae refertur Suarez sunt haec: « habere tamen hortos aliquos vt colantur ac olera et alia hortalitia pretio distrahantur, necnon et

6. Quamvis ad bona et sancta opera et maxime perpetuo duratura incitare laudabile sit; ob maiorem tamen aedificationem, nullus de Societate debet nec potest quemquam ad eleemosynas perpetuas Domibus vel ecclesiis eiusdem Societatis relinquendas incitare [q] et si aliqui sponte sua eas relinquerent, nullum ius civile ad eas petendas in iudicio acquiratur; sed cum ad id [r] charitas propter DEUM eos moverit, tunc eas elargiantur [8].

7. [s] Omnes, qui sub obedientia sunt Societatis, † meminerint se gratis dare debere, quae gratis acceperunt; nec postulando nec admittendo [t] stipendium vel eleemosynas ullas', quibus Missae, vel confessiones, vel praedicationes vel lectiones, vel visitationes, vel quodvis aliud officium ex iis, quae Societas iuxta nostrum Institutum exercere potest, compensari videatur: ut sic maiori cum libertate possit, et proximorum aedificatione, in divino servitio procedere [9].

G. *Quamvis quicumque voluerint, Domum vel ecclesiam eleemosynis iuvare possint (sive in spiritualibus ipsi ab ea iuventur, sive non), tamen non debet quidquam accipi tamquam stipendium vel* [u] *eleemosyna* [10], *pro iis, quae ob solum Christi Domini nostri obsequium eis communicantur; ita ut hoc detur aut accipiatur pro illo.*

[q] C. 27 d. 188 § 1.
[r] C. 2 d. 56.
[s] *Exa.* c. 1 n. 3 et c. 4 n. 27 et P. 4 c. 7 n. 3 et c. 15 n. 4 et c. 17, F et P. 7 c. 4 n. 4 et B et P. 10 n. 5. G
[t] C. 5 d. 29. C. 12 d. 39, 40. C. 14 d. 25. C. 16 d. 21. C. 27 d. 199.
[u] C. 1 d. 37.

13-14 'o duratura, incitare' *add. Po1,* opera incitare *[seq.* pres, *imp. v.* presertim, *obl.]*... perpetua *Ile.* — 14 ad maiorem *Ile. Po1.* — 15 quemquam alium ad *Po1, 2, 3, E1.* — 17 incitare, uel *Ile. Po1; marg.* 'K' *obl. Po1.* — 18 petendas *add. Po1,* iure *Ile.;* in iudicio *om. Po1, 2, 3, E1;* acquiratur ita ut in iudicio conueniri qui non solueret [eret *add. Po2 et Po. Po1,* soluit *Ile.*] posset [possit *pr. Po1, 2*] sed *Po1, 2, 3, E1.* — 19 'tunc eas' *add. Po3, Ile. ut Po2 infra.* — 18-19 tunc eas *[seq.* largiantur *obl. Po1]* cum ad... Deum [Dei seruitio eos *add. et obl. Po1*] eos *[add. Po2]* mouerit [mouentur *pr. Po1*] 'elargiantur' *[add. Po1] Po1,* 2. — 20-21 meminerint quod gratis dare debeant *Ile. Po1.* — 22 *Marg.* F *E1, add. Po3,* K *Ile.;* * stipendium *E1;* admittendo elemosynas *Ile. Po1.* — 23 uel praedicationes *om. Pral sqq.* — 24 quiduis *Ile. Po2,* quoduis *Po1;* aliud charitatis *Ile. Po3; post* charitatis *est* aliud *add. et obl. Po2;* iis *add. Po3,* his *Ile.* — 25 potest exercere *Po1, 2, 3;* uideantur *Ile. Po2;* vt ma, *imp. v., Ile. Po1.* — 26 possit *add. Po3,* seruitio possit *Ile.* — 28 *Marg.* G *add. Po2,* K *Ile.* — 29 'ipsi' *add. Po1.* — 30 tamen *add. Po2, om. Po3.* — 31 iis *add. Po2, om. Po3,* his *Ile.* — 32 hoc dari aut accipi pro illo [illa *Po3*] uideatur *Po1, 2, 3, E1.*

vineas, repugnat regulae et ordinis puritati», *Clementinae Constitutiones svae integritati vna cvm glossis restitvtae,* Venetiis, M.DCV, p. 230.

[8] Cf. t. I, monum. 28bis, pp. 205-206 n. 30; monum. 38, p. 273, n. 22; 38bis, p. 285 n. 64. In *Constitutionibus Narbonensibus* ait S. BONAVENTURA: «Inhibemus etiam ut nullus Frater inducat aliquam personam ad ordinandum eleemosynam perpetuam, annuatim vel certis temporibus Fratribus exhibendam. Et si aliqua taliter legata fuerit, nullo modo a Fratribus in juditio exigatur», *Opera,* t. VIII, opusc. 18, p. 466. Cf. et ALKG, VI, 37, annot.

[9] Statuerunt hoc jam anno 1541, cf. t. I, monum. 9, nn. 9-10, p. 38; imo, saltem quod attinet ad missae sacrificium et sacramentorum confessionis et eucharistiae administrationem, Parisiis voto firmarunt anno 1534: cf. SIMON RODRIGUEZ, *De origine et progressu Societatis Jesu, Epist. PP. Broet...,* 457; *Chron.* I, 50; *Fabri Monum.* 503; v. et t. I, monum. 38, p. 272, n. 18; *Monum. Ignat.* ser. 1a, III, 115 et 716; VI, 577; VIII, 65-66; XII, 316-317 et 627.

[10] Verba «vel eleemosyna» a congr. prima addita sunt, decr. 37, *Institutum* II, 164.

8. Ut omnis avaritiae species evitetur, praecipue, in piis ministeriis, quibus ad animarum auxilium Societas utitur; nulla sit
[v] C. 2 d. 78. in ecclesia [v] arca, in quam eleemosynae ab iis, qui ad conciones, Missas, vel confessiones et reliqua spiritualia ad eam conveniunt, coniici solent [11].

9. Eadem de causa munuscula, quae magnatibus ad res maiores ab ipsis obtinendas offerri solent, ne offerantur: nec huiusmodi primarios viros invisere Nostri consuescant, nisi sancto studio piorum operum ducerentur; vel quando intima benevolentia in Domino tam essent coniuncti, ut huiusmodi officium aliquoties eis deberi videretur [12].

[x] *Inf.* 1 et *Exa.* c. 4 n. 27. et P 4 c. 2 n. 6. 10. [x] Parati sint ad mendicandum ostiatim, quando vel obedientia, vel necessitas id exiget [13]. Et sit unus vel plures ad eleemosynas petendas, quibus personae Societatis sustententur, destinati: quas
[y] C. 2 d. 56. [y] eleemosynas simpliciter amore Domini nostri petent.

H 11. † Ut nihil [z] proprium domi teneri, ita nec foris apud
[z] P. 3 c. 1 n. 7. alios potest'. Et quisque iis, quae de communi data fuerint ad usum suum necessarium aut convenientem, resecatis superfluis, sit contentus [14].

H. *Intelligendum est hoc absolute de Professis et Coadiutoribus formatis. Ceterum in Scholasticis, et aliis, qui tempus probationis*
[a] *Exa.* c. 4 n. 4. *nondum expleverunt, hoc intelligi debet de rebus iis,* [a] *quae in praesentia subsint eorum dispositioni. Nihil enim horum habere*

34-35 sit arca [capsa uel arca *pr.*] in ecclesia *Po1.* — 35 iis *add. Po3,* his *1le.* — 36 'et... spiritualia' *add. Po1,* etc. *1le.;* conuenient *1le. Po1.* — 37 solent coniici *Po1, 2, 3;* coniicere *2le. Po1,* reponere *1le.* — 38 dona rerum minutarum *add. et obl. Po1.* — 39 ne *add. Po3,* non *1le.* — 39-41 huiusmodi *[seq.* uiros *obl. Po1]* primari'os' uir'os' *[add. Po1,* primari'orum' uir'orum domos' *2le.,* primarios uiros *1le.]* frequent'e'r 'inuisere' *[add. Po1,* frequentare *1le.]* nostri *[1 v. add. Po3]*... sancto *[1 v. add. Po3,* sanctorum *1le.]* studio *[1 v. add. Po3,* et *1le.]* piorum operum ducerentur *[1 v. add. Po3,* gratia *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 41 uel cum *1le. Po1;* intima eis *1le. Po3.* — 42 'tam es's'e'nt *add. Po1,* sint *1le.;* ita ut *1le. Po1.* — 42-43 officium aliquando... videretur *[1 v. add. Po. Po3,* uideatur *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 44-45 obedientia uel indigentia *[1 v. add. Po. Po1,* necessitas *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 45 'vnus' *add. Po3,* aliquis *1le.;* uel aliq, *imp. v.* aliqui, *1le. Po1;* plures si opus fuerit *1le. Po3.* — 46-47 quibus domus sustententur, destinati *[1 v. add. Po2 et Po. Po1,* 'deputati' *add. et obl. Po1]* et eas cum sancta simplicitate propter Dei amorem [amorem Dei *Po3, E1]* illi petant [petant destinati *1le. Po2,* 'et... petant' *add. Po1,* (et si cum simplicitate per Dei amorem eas petendo) deputati *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 48 *Marg.* G *E1, add. Po3,* L *1le.;* * proprium *E1.* — 48-49 apud alios *add. Po1.* — 49 iis *add. Po3,* his *1le.* — 50 'suum' *add. Po1.* — 52 *Marg.* H *add. Po2,* L *1le.* — 53 qui in tempore *1le. Po1.* — 54 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 55 praesentia... eius dispositioni *[4 vv. add. Po. Po2, 1le. ut Po1] Po2, 3, E1, 2, 3,* eorum *Cong4;* eodem loco ad eos pertinent *Po3, add. et obl. Po2;* in praesentiarum pro suo arbitratu dispensare possunt *Po1;* horum *add. Po2.*

---

[11] Cf. t. I monum. 9, p. 38, n. 11, monum. 28[ter], p. 211, n. 5; *Constitutiones Narbonenses, Opera S. Bonaventurae,* t. VIII, p. 452.

[12] Cf. t. I, monum. 9 p. 39 n. 12, et 28[bis], p. 201 n. 16.

[13] Ib. monum. 9, p. 47 n. 42, et 28[ter] p. 213 n. 11; *Monum. Ignat.* ser. 1[a], II, 662; IV, 494, 501, 565; VIII, 129; XI, 319-320; XII, 656-659; ser. 4[a], I, 277.

[14] *Monum. Ignat.* ser. 1[a], VIII, 422.

debent, nisi conscio et approbante Superiore. Neque vero sermo est de bonis, quae forte procul inde illi habent, de domibus scilicet vel rebus aliis; [b] *sed, quod ad haec attinet, parati etiam esse debebunt, ut illis se abdicent, quandocumque Superiori videretur, ut in Examine dictum est.*

[b] *Exa.* c. 4. n. 2 et 5 et P. 3 c. 1 n. 7 et **F** et P. 4 c. 4, **E.** C. 27 d. 176 § 1.

12. Quo melius paupertatis puritas et quies illa, quam secum affert, conservetur; non solum particulares Professi, vel Coadiutores formati haereditariae successionis non erunt capaces; verum nec Domus, nec ecclesiae, nec Collegia [c] eorum ratione. Sic enim, omnibus litibus et controversiis praecisis, charitas cum omnibus ad Dei gloriam melius conservabitur.

[c] C. 1 d. 38. C. 2 d. 33. C. 3 d. 39.

13. [d] Quando Summus Pontifex vel Superior, huiusmodi Professos vel Coadiutores ad laborandum in vineam Domini mittet, [e] nullum viaticum petere possint; sed se liberaliter repraesentent, † ut mittantur, prout illis ad maiorem Dei gloriam fore videbitur'. **I**

[d] P. 7 c. 1 n. 1 et c. 2 n. 1.

[e] *Exa.* c. 1 n. 5 et P. 7 c. 1 n. 3 et **E** et c. 2, **G.**

I. *Id est pedites vel equites, cum pecuniis vel sine illis. Et* [f] *omnino parati esse debebunt ad id faciendum, quod is, qui mittit, magis convenire, et ad maiorem aedificationem universalem fore iudicaverit.*

[f] *Sup.* n. 10 et P. 7 c. 1, **E** et c. 2, **G.**

14. Ut in hac etiam parte modo consentaneo debitae paupertati procedatur, † nullum in Domibus Societatis iumentum ad **K**

56-59 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 56 Neque uero *add. Po2, om. Po3.* — 57 illi *add. Po2, om. Po3.* — 57-58 de domibus *et* rebus aliis *add. Po2, om. Po3.* — 58 sed etiam *Po3, Ile. Po2;* etiam *add. Po2, om. Po3.* — 56-59 Nec sermo... inde habent 'domos scilicet vel res alias' [in domibus uel aliis rebus *Ile.*]; sed etiam quod... parati esse... abdicent [spolient, exuant *add. et obl.*] *Po1.* — 60 *Seq.* 'Cum vniuersaliter' obseruetur, nec ius succedendi nec proprium quid [professos *add. Congl*] habere; nihilominus, si aliquis sua deuotione *[seq.* motus *obl. Po1]* et sancta cum intentione ad maiorem Dei gloriam motus, ante suam professionem, a sede apostolica facultatem obtineret, ut uel ipse uel domus in qua professionem emittat [emisit *Po2, 3, Ile. Po1*] posset ius succedendi in haereditate habere *[5 vv. add. Po1,* succedere hereditati *Ile.]* dum non ad priuatum usum illius, sed ad pia opera uel ad quae alioqui [alia *(?), imp. v.* alias, *Po1*] ipse *[1 v. om. Congl]* obligaretur [obligatoria *add. et obl. Po1*], 'possent ea applicari, et omnia' *[add. Po1]* praepositi generalis 'arbitrio' *[add. Po1]* subdi [et in omnibus arbitrio praepositi generalis se subdendo *Ile. Po1*] non contra istam constitutionem uel eius intentionem existimaretur *non obl. Po1, 3, obl. Po2, ubi marg.* M, J *obl.,* M *Po1, 3 non obl.*.* — 61 quies quam *Ile. Po1.* — 63 *Marg.* H *E1, add. Po3,* M *Ile.;* * haereditariae *E1.* — 64 Domus aut *Pra2, Ci, sqq.* — 63-64 successionis erunt expertes, uerum... nec ecclesiae [uel ecclesiae uel collegia *Ile. Po1*]... ratione succedent *Po1, 2, 3, E1.* — 64 Sic *add. Po1,* Siqua *Ile.* — 65 omnes lites et controuersiae melius praescindentur, et charitas *Ile. Po1.* — 66 ad Dei gloriam *add. Po2, est Po1;* 'melius' *add. Po1.* — 68 mittit *Po1.* — 69-70 petere *[add. Po2,* exigere *Ile.]* 'debent' *[add. Po3]* sed... liberaliter offerre *[seq.* *, *marg.* I, *E1]* ut... prout illis *[1 v. add. Po. Po3]*... fore *[seq. in Po3* superioribus *obl.,* 'fore superioribus' *add. Po1,* ipsis *Ile.]* uidebitur *[seq. in Po3* debent *obl.] Po1, 2, 3, E1.* — 70 *Marg.* I *add. Po3,* N *Ile.* — 71 *Marg.* J *add. Po2,* N *Ile.;* pedites uel equites *add. Po2,* peditem uel equitem *Ile.* — 72 omnino *add. Po2, om. Po3,* re uera *Ile.;* is *om. Po1, 2, 3.* — 76 *Nulla litt. marg. Po1, 2, 3, E1.*

* Est locus additus manu, ut videtur, Joannis Philippi Viti et deletus in Autographo hispano, f. 130, suppressus a congregatione prima, decr. 38, *Institutum* II, 165.

equitandum, ad usum alicuius de ipsa Societate (sive Praepositus, sive subditus ille sit) ordinarie habebitur' [15].

K. *Nisi id fieret propter adversam valetudinem continuam, vel necessitatem urgentem propter publica negotia, praecipue in amplis populis. Tunc enim potius universalis boni et sanitatis Nostrorum, quam temporis definiti aut perpetui, quamque suis vel alienis pedibus incedendi, ratio est habenda; intuendo semper quod necessarium et honestum sit, et nulla ratione quod ad pompam ullam pertineat.*

---

[g] *Exa.* c. 4 n. 26 et P. 3 c. 2 n. 3 et **C.**

15. [g] In vestitus itidem ratione tria observentur: primum, ut

L honestus [h] ille sit; alterum, † ut ad usum loci, in quo vivitur,

[h] C. 1 d. 95. accommodatus'; tertium, ut professioni paupertatis non repugnet.

M † Videretur autem repugnare, si sericis vel pretiosis pannis uteremur'; a quibus abstinendum est, ut in omnibus [i] humilitatis et submissionis debita ad maiorem Dei gloriam ratio habeatur [16].

[i] Sequenti §.

L. *Vel saltem quod omnino non recedat.*

M. *Hoc intelligendum est in iis, quibus Domus novas vestes providet:* [j] *non tamen repugnat, quod, qui Societatem ingrediuntur, si panno pretiosiore aut re simili induti venerunt, eo uti possint. Nec etiam si in occurrenti aliqua occasione vel necessitate quis vestibus melioribus,* [k] *honestis tamen, indueretur: sed ad ordina-*

[j] *Exa.* c. 1, **F.**

[k] C. 1 d. 68.

---

77 *Marg.* K *add. Po3*, O *1le.*; (* sive *E1.* — 75-78 consentaneo syncerae *[3 vv. add. Po. Po1,* paupertati debitae *1le,* consonae *2le.,* sincerae *3le.]* paupertati... nulla in *[2 vv. add. Po. Po1]*... iumenta *[1 v. marg. Po1, ubi* nulla jumenta *pr.,* 'bestiae' nulle *2le.,* nulle bestie *1le.]*... ille ['ille' *add. Po1*] sit) ordinarie habeantur *[2 vv. add. Po. Po3,* tanquam ex consuetudine *(2 vv. add. Po1,* ordinaria *1le.)* teneantur *1le.] Po1, 2, 3, E1.* — 79 *Marg.* K *add. Po2,* O *1le.*; 'aduersam... continuam' *add. Po1,* continuam aegritudinem *2le.,* continuas infirmitates *1le.* — 81 'amplis *[seq.* 'urbibus vel' *obl.]* populis' *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1;* urbibus uel *[2 vv. add.]* locis magnis *Po1.* — 82 nostrorum *add. Po1,* particularium nos *1le. imp.*; 'definiti' *add. Po2,* limitati *1le.*; praescripti, definiti *marg. Po1.* — 84 sit *om. Po1, 2, 3.* — 84-85 ad... pertineat *add. Po1,* speciosum est *1le.* — 86 uestitus etiam *1le. Po2,* itidem *Po1.* — 87 *Marg.* L *add. Po3,* P *1le.*; * loci *E1.* — 87-88 honest'us ille' *et* alter'um', accommodat'us' *et* terti'um vt' *add. Po1,* honesta; altera... accommodata, tertia quae *1le.* — 89 *Marg.* M *add. Po3,* Q *1le.*; * si *E1;* 'Videretur... repugnare' *add. Po1,* Huiusmodi esset *1le.*; pretiosis utcunque pannis *Po1, 2, 3, E1;* vtcunque... vteremur *add. Po2,* alioqui pannis uterentur *1le.* — 92 *Marg.* L *add. Po2,* P *(?) 1le.,* P *Po1, 3.* — 93 *Marg.* M *add. Po2,* Q *1le.*; iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* — 94 repugnat huic *[1 v. add. Po. Po1]* constitutioni *Po1, 2, 3, E1.* — 1 qui *Congl.* — 2 'ordinarium' *add. Po2,* consuetum *1le.,* usitatum *Po3, marg. Po1, add. et obl. Po2.*

---

[15] V. statutum anni 1541, t. I, monum. 9, p. 46, n. 39; cf. et monum. 38[bis], p. 285, n. 65; *Chron.* III, 19, n. 27.

[16] Multo plura et minutiora erant statuta de vestibus anno 1541, cf. t. I, monum. 9, nn. 22-32. Constitutio paratur in monum. 28[ter], pp. 211 et 212, nn. 4 et 9. V. quae suggerebat Simon Rodriguez anno 1544, *Epist. Mixtae* I, 174; dignosci autem nostros etiam in communi habitu, colligitur ex *Monum. Ignat.* ser. 1[a], IV, 42; V, 91; VI, 681; VII, 38; IX, 26 et 555; X, 148; XII, 617; *Chron.* I, 211; de scholastici unius expensis annuis *Monum. Ignat.* ib. I, 78; XII, 67; *Epist. Mixtae* V, 95. Cur habitum Societati non assignaverit Ignatius, narrat Camara, *Monum. Ignat.* ser. 4[a], I, 219-220.

rium vestiendi modum eis uti non debent. Est nihilominus considerandum, quod non omnes eisdem viribus naturalibus, nec sanitate corporis, nec aetate ad eam convenienti pollent: atque ita, iuxta maius particulare bonum huiusmodi personarum et universale aliarum multarum, id considerandum est; et, quoad eius fieri poterit, ad maiorem Dei gloriam providendum.

---

16. In iis, quae ad rationem victus, [l] somni ac usus reliquarum rerum vitae necessariarum vel convenientium spectant, † quamvis [m] communis illa sit, minimeque diversa ab eo, [n] quod medicus illius loci, in quo vivitur, iudicabit', ita ut quod quisque sibi inde subtraxerit, [o] ex devotione, non ex obligatione subtrahat; [p] habenda tamen semper erit ratio humilitatis, paupertatis ac spiritualis aedificationis [q] quae semper nobis in Domino ob oculos versari debet [17].

[l] P. 3 c. 2, **E** et P. 4 c. 4 n. 1. **N**
[m] *Exa.* c. 1 n. 6.
[n] P. 3 c. 2, **G.**
[o] C. 1 d. 96.
[p] *Sup.* n. 15 et *Exa.* c. 4 n. 26.
[q] P. 7 c. 4 n. 2.

N. *In particularibus, si magis vel minus necessarium erit, iuxta circumstantias personarum relinquetur discretioni eorum, qui ipsis praesunt, ut quemadmodum eis conveniet, provideant.*

De iis rebus, in quibus occupari et a quibus abstinere debent qui in Societate sunt. Cap. III.

1. Quoniam, habita ratione temporis ac approbationis vitae, quae exspectatur, ut aliqui ad professionem vel in Coadiutores formatos in Societate admittantur, tamquam certum ducitur eos viros spirituales futuros; et qui sic in via Christi Domini nostri profe-

---

4 naturalibus pollent *1le. Po1.* — 6-7 uniuersale bonum aliarum *Po1, 2, 3.* — 7 id *add. Po2, om. Po3.* — 7-8 'considerandum... poterit' *et* 'prouidendum' *add. Po1,* 'considerandum et' ad maiorem Dei gloriam prouidendum quod poterit *3le.,* uidendum est et 'prouidendum quod' *2le. imp.,* uidendum est et ad... prouidendum quod poterit *1le.* — 9 iis *add. Po3,* his *1le.;* rationem *add. Po1,* ad uictum, somnum ac usum *1le.* — 10 *Nulla litt. marg. E1, Po1, 2, 3, add. in Erratis E1;* spectant *add. Po1.* — 11 quamuis ratio *1le. Po2;* 'illa' *add. Po1,* quamuis ratio communis sit *1le.* — 13 'inde' *add. Po1,* hinc *1le.;* et non *Po1, 2.* — 14 'tamen ...erit' *add. Po1,* est *1le.* — 17-19 In... prouideant *et* N *marg. add. Po2, om. Po1, 3* *. — 19 'quemadmodum' *add. Po2,* 'sicut' *1le.*

1-2 debeat [debet *E1*] Societas *Po1, 2, 3, E1;* 'debeat' *add. Po1,* occupari debeat *1le.* — 3-5 ratione *[seq.* diuturni *obl. Po3]* temporis ac [ac *add. Po2, est Po1*]... expectatur 'vt' *[1 v. add. Po3, 1le. ut Po1 infra]* quis ad... coadiutorem formatum... admittatur *Po2, 3.* — 6-7 sic... possint *add. Po2, 1le. ut Po1, infra.* — 3-7 Quoniam 'habita... temporis' *[4 vv. add.,* pro temporis diuturnitate *1le.]* ac approbationis 'vitae, quae exspectatur' *[5 vv. add.,* et vitae ac probationum quae exiguntur *2le.,* et vitae approbatione (ac probatione *ms.*) quae exigitur *1le.]* 'antequam quis' [ut *pr.*]... coadiutorem formatum [coadiutores formatos *1le.*] 'in Socie-

* Est locus additus in Autographo hispano, f. 130v, «En los particulares», de quo non meminit congregatio prima.

[17] Cf. t. I, monum. 38bis, p. 278, n. 27, et p. 285 n. 67; *Monum. Ignat.* ser. 1a, VII, 6-7; XI, 374-375; ser. 4a, I, 520-521.

cerint, ut per eam currere possint, quantum corporis valetudo et externae occupationes charitatis atque obedientiae permittent; non
[a] P. 3 c. 1, R. videtur in iis, [a]quae ad orationem, meditationem et studium pertinent, ut nec in corporali exercitatione ieiuniorum, vigiliarum aut aliarum rerum ad austeritatem vel corporis castigationem spectantium, † ulla regula eis praescribenda, nisi quam discreta charitas
A
[b] *Exa.* c. 1 n. 6 et C et P. 3 c. 1 n. 12 et c. 2 n. 5. unicuique dictaverit: [b]dum tamen semper Confessarius consulatur, et, ubi dubium acciderit, quid conveniat, res ad Superiorem referatur. Hoc tamen dicetur in universum esse quidem animadvertendum,
[c] P. 3 c. 2 n. 1. [c]ne nimius huiusmodi rerum usus tantopere vires corporis debilitet, tantumque temporis eos distineat, ut deinde spirituali proximorum auxilio iuxta nostri Instituti rationem non sufficiant: nec contra tanta in illis sit relaxatio, ut, fervore spiritus refrigescente, humani ac inferiores affectus incalescant [1].

In Caput III.

A. *Si quibusdam convenire iudicabitur certum tempus praescribi, ne excedant vel deficiant in spiritualibus exercitiis, Superior id facere poterit. Sic etiam in usu aliorum mediorum, si ipse omnino iudicaret aliquo utendum esse, non id relinquendo arbitrio cuiusquam particularis personae; procedet, ut in Domino convenire iudicabit. Subditi autem erit, cum omni devotione, quod sibi praescriptum fuerit, amplecti.*

---

tate' admittatur [admittantur qui in Societatis 'corpus sunt coaptandi' *2le.*, admittantur qui in Societatem sunt admittendi *1le.*]... certum 'ducitur' [existimatur *1le.*], 'eos viros' spirituales 'futuros' [uiros spirituales futuros *marg. obl.*, quod erunt uiri *1le.*] et qui profecerint *[seq.* ad currendum *obl.]* in via Christi Domini 'in eaque currant' quantum *Po1.* — 7 corporis habitudo *Po1, 2, 3, E1.* — 10 'vt' *add. Po3,* sed *1le.* — 11 'rerum... vel *[seq.* 'penitentiam spectantium' *obl.]*... spectantium' *add. Po1,* laborum [asperitatum *add. et obl.*] vel penitentiarum *1le.* — 12 *Marg.* A *add. Po3,* R *1le.; 4 vv.* 'vlla', 'eis', 'nisi', 'quam' *add. Po1,* alia regula praescribenda quam illa quam *1le.* — 14 conueniet *1le. Po1.* — 13-14 'consulatur' *et* 'res... referatur' *add. Po3,* et, ubi... conueniat, etiam superior consulatur, et quod opus est, intelligat *1le.*, 'consulatur... est' *add. Po1,* quod oportet *2le.*, quod fit *1le.* — 15 tamen *add. Po3,* tantum *1le.;* dicetur... animaduertendum *add. Po2, 1le. ut Po1,* tamen uniuerse *[1 v. add.*, in genere dicetur *1le.]* animaduertendum esse 'dicetur' *Po1.* — 17 'eos' *et* 'deinde' *add. Po1.* — 19 contra *add. Po1,* vice uersa *1le.;* 'sit' *add. Po1,* relaxatio accidat *1le.* — 19-20 refrigescant et humanae *1le. Po1.* — 20 *Seq.* In reliquis [Nihilominus *sup.*] tamen ad regularum. quae in domibus, ubi resident, obseruantur, obseruationem tenebuntur; et quidem aliis exemplo esse in diligenti earum obseruatione debebunt *obl. Po1.* — 21 *Seq.* De *[seq.* doctrina *obl. Po1]* his [iis *add. Po2, om. Po3*] rebus in quibus occupari et a quibus abstinere debeat Societas *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 22 *Marg.* A *add. Po2,* R *1le.* — 24 Sic... in *add. Po2, om. Po3,* Et tantundem sit dictum de *1le.* — 24-26 *1le. Po2, ut Po1 infra.* — 24-25 omnino iudicaret *add. Po2, om. Po3.* — 25 arbitrio [in arbitrio *Po3*] cuiusquam *add. Po2.* — 24-26 ipse certo 'statueret' [iudicaret *2le.*, omnino constitueret *1le.*] aliquo utendum esse [quod... utendum esset *1le.*], 'non id relinquendo' *[3 vv. add., omissa in 1le.]* discretioni [ipsius *add. et obl.*] particularis [arbitrio cuiusquam *marg.*] 'personae', procedet *Po1.* — 27-28 'quod' *et* 'fuerit, amplecti' *add. Po1,* ordinem... admittere *1le.*

---

[1] Similis doctrina est in *Constitutionibus monasticis* olim S. Basilio datis, c. 4, PG. 31, 1347; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, III, 502 et 510; VII, 270; XII, 650-652; maxime II, 233-237.

2. Sacramentorum frequentatio valde commendetur [2]. [d] Differri autem non debet communio aut Missae celebratio, sine causis iudicio Superioris legitimis, ultra octo dies: [e] omnesque assignato sibi Confessario, vel alioqui iuxta ordinem, quem quisque praescriptum habet a Superiore, confiteantur.

[d] *Exa.* c. 4 n. 25 et P. 3 c. 1 n. 11 et P. 4 c. 4 n. 3 et **B**.

[e] P. 3 c. 1 n. 11 et **I** et **Q**.

3. Ex regulis particularibus, quae in Domibus, ubi ipsi fuerint, observantur, debet operam dare, ut eam partem observent, quae conveniens est, ac iudicio [f]Superioris ipsis imponetur; sive ad profectum vel aedificationem suam id sit, sive etiam aliorum, inter quos versantur.

[f] C. 4 d. 22.

4. Quoniam occupationes, quae ad animarum auxilium assumuntur, magni momenti [g]sunt, ac nostri Instituti propriae, et valde frequentes; cumque alioqui nostra habitatio tam sit in hoc vel in illo loco incerta; † non utentur Nostri choro ad horas canonicas, [h]vel Missas, et alia officia decantanda': quandoquidem illis, quos ad ea audienda devotio moverit, abunde suppetet, ubi sibi ipsis satisfaciant. Per Nostros autem ea tractari convenit, quae nostrae vocationis ad Dei gloriam magis sunt propria [3].

[g] *Exa.* c. 1 n. 2 et P. 4 *Prooe.*

B

[h] C. 1 d. 39. C. 2 d. 17. C. 27 d. 231.

B. *Si in quibusdam Domibus vel Collegiis sic convenire iudicaretur, eo tempore, quo vesperi praedicandum vel legendum est, ad populum detinendum ante huiusmodi lectiones vel conciones, posset* [i] *vespertinum officium tantum dici. Sic etiam ordinarie Dominicis et festis diebus, sine cantu figurato vel firmo, ut vocant, sed tono quodam devoto, suavi et simplici* [4]*: et id in hunc finem, et quatenus iudicaretur, quod populus ad magis frequentandas confes-*

[i] C. 1 d. 39, 40. C. 3 d. 35, 36. C. 27 d. 231.

---

29 'valde' *add. Po3,* serio *1le.* — 29-30 commendetur, et differri non *Po1, 2, 3,* et praeter quam quod *1le. Po1.* — 30 'missae' *add. Po1.* — 31 assignato *add. Po1,* cum eis deputato *1le.* — 32 'praescriptum' *add. Po1.* — 34 *Om.* 3 *E3.* — 34-38 Ex... uersantur *add. Po2,* De particularibus regulis quae in domibus quas habitant, obseruantur, partem illam obseruare tenebuntur, quae ad ipsorum uel aliorum inter quos uersantur, utilitatem ac aedificationem, iudicio superioris facere *[1 v. add. Po1,* conuenire *1le.]* uidebuntur, in quarum diligenti *[1 v. add. Po. Po1]* obseruatione aliis esse exemplo [exemplo esse *Po1*] curabunt *1le.* — 39 illae quae *Po1.* — 41 nostra *bis script. semel obl. Po2.* — 41-42 uel illo *Po1, 2, 3.* — 42 *Marg.* S *Po1, 2, nulla litt. Po3 in reliquo cap. 3°;* * horas *E1.* — 43 *Marg.* C *E1,* T *Po1, 2;* * missas *E1;* quandoquidem eis *1le. Po1.* — 44 deuotio tulerit *Po1, 2, 3;* sibi ipsis *add. Po1, 2, 3.* — 44-45 ei satisfaciant *2le. Po2,* satisfaciant ei *1le.,* eis *1le. Po1.* — 45 Per... autem *add. Po1,* nostrarum *[sic]* autem magis conuenit *1le.;* tractari magis *1le. Po3,* 'magis conuenit' *add. Po1.* — 46 uocationi... sunt consentanea *Po1, 2, 3, E1,* 'consentanea' *add. Po1,* uocationis... propria *1le.* — 47 *Marg.* B *add. Po2,* S *1le.* — 49 'detinendum' *add. Po1,* intertenendum *1le.* — 50 ordinarie *add. Po2,* ex consuetudine dominicis *1le.* — 51 'vt vocant' *add. Po1.* — 53 magis *add. Po1.*

---

[2] Vide usum primorum Patrum in *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 113; ad rem cf. not. 16 p. 22.

[3] Cf. t. I, monum. 4, p. 19 n. [6]; monum. 7, p. 30 n. [7], caet.; monum. 28ter, p. 214 n. 14; item *Monum. Ignat.* ser. 1ª, XI, 183, 198, 245, 326; XII, 197; ser. 4ª, I, 220 n. 11, 418 n. 10.

[4] De hoc loco quaesivit congregatio I, an immutari oporteret; negavit, decr. 40, *Institutum* II, 165.

siones, conciones et lectiones moveretur, et non aliter. Eodem tono officium, quod tenebrarum dici solet, cum suis caeremoniis in Hebdomada Sancta fieri posset.

[j] P. 4 c. 1, A. [k] C. 1 d. 95.

In [j] Missis maioribus, quae dicentur (licet submissa voce) habita devotionis et decentiae ratione, licebit [k] duos vestitos superpelliceis, vel unum assistere, prout in Domino fieri poterit.

---

[l] P. 4 c. 2 n. 4 et B.

5. Cum [l] homines itidem huius Societatis semper parati esse debeant ad discurrendum per quasvis mundi partes, quo fuerint a Summo Pontifice vel a suis Superioribus missi; non debent curam animarum, neque item [m] mulierum religiosarum, vel aliarum quarumcumque suscipere, ut ordinarie illarum confessiones audiant vel ipsas regant [5], quamvis nihil repugnet semel unius monasterii confessiones ob speciales causas audire.

[m] C. 7 d. 56. C. 20 d. 12 n. 9.

C

[n] P. 4 c. 2 n. 4 et B.

6. † Obligari [n] etiam ad Missas perpetuas in suis ecclesiis dicendas vel ad curam similem', quam libertas nostro procedendi modo in Domino necessaria non patitur, minime convenit.

C. *Quod ad Collegia attinet, in quarta parte attingitur quid horum possit tolerari: Domibus quidem omnino convenit, tale onus non suscipere.*

---

* Per errorem omiserat vv. «desiderio quo nostros postulant», scribens «ex instanti ex parte», quae addita sunt in marg.

[4] Epitheton *extremae* respondet hispano *entera,* quod errore librarii scriptum est pro *eterna,* ex primo exemplo *a,* v. t. II, p. 217 l. 16.

petunt, ex parte intelligi potest) vel in conditione et qualitate personarum, quae magis sint idoneae, ut iuvari, et fructum quem ceperint, ad Dei *gloriam conservare possint.*

Ubi magis debemus, ut in locis illis, in quibus Domus vel Collegia Societatis sunt, vel aliqui ex ea, qui student, et beneficentia populi iuvantur, (si paria essent caetera, quae ad spiritualem profectum attinent); magis conveniret aliquos nostros operarios versari, et huiusmodi loca talem ob causam, iuxta ordinem perfectae charitatis aliis praeferri.

[i] *Inf.* E. *Quia bonum, quo* [i]*universalius, eo divinius est*[5]*; illi homines et loca, quae cum profecerint, in causa erunt, ut bonum ad multos alios, qui eorum auctoritatem sequuntur vel per eos reguntur, perveniat, debent praeferri. Sic spirituale auxilium, quod hominibus magnis et publicis (sive seculares, ut principes, Domini, Magistratus, vel iustitiae ministri; sive ecclesiastici illi sint, ut Praelati) quodque viris doctrina et auctoritate eminentioribus confertur, maioris momenti esse propter rationem eamdem boni universalioris existimandum est: propter quam etiam auxilium impensum magnis gentibus, ut Indis, vel populis primariis, vel Universitatibus, quo solent multi confluere, qui, si iuventur, ipsi operarii esse ad alios iuvandos poterunt, debeat praeferri.*

Ubi itidem intelligeretur inimicus Christi Domini Nostri seminasse zizania, ac praecipue effecisse, ut male sentiant vel male affecti sint in Societatem, quo impediatur fructus, qui ex ea posset provenire; tunc impensius esset incumbendum, praesertim si alicuius momenti, et cuius habenda sit ratio, is locus est: eoque mittendi

---

63 et habitudine personarum *Po1, 2, 3, E1.* — 64 sint *add. Po2.* — 61-64 'quod quidem' posit'um' [quae posita *1le.*] est in eius maiori... (quod ex parte cognosci [intelligi *marg.*] potest ex instanti *[2 vv. add., seq.* eorum postulatione *add. et obl.,* ex eorum efflagitatione *1le.;* praesenti, intelligi *marg.]* 'desiderio quo nostros postulant') uel... et habitudine *[1 v. add.,* qualitate *1le.]* personarum... magis sunt *Po1.* — 66 debemus *et* 'illis in quibus' *add. Po1,* tenemur... ubi *1le.* — 67 student *add. Po2, om. Po3,* studeant *1le.* — 68 iuuentur *Po1, 3, 1le. Po2.* — 68-69 paria... 'caetera quae ad' *et* 'attinent' *add. Po2, om. Po3,* (si par esset spiritualis profectus) magis *1le.* — 69 'nostros' *et* 'versari' *add. Po1,* uersari operarios *1le.* — 71 praeferri *add. Po1, 2,* praeferre *1le.* — 74 reguntur *add. Po1,* gubernantur *1le.;* perueniat *marg. Po1, add. Po. Po1,* extendatur *1le.* — 76 seculares siue eccles *2le. imp. Po1.* — 76-77 magistratus et *Po1, 2, 3, E1.* — 77 'illi' *add. Po1;* sint, confertur *1le. Po1;* ut praelati *add. Po2, om. Po3.* — 78 praestantioribus *marg. Po1.* — 79 esse existimanda est *1le. Po1.* — 81 indis *add. Po2, om. Po3,* indianis *1le.,* indi'anis' *add. Po1,* indiis *1le.* — 82 'confluere' *add. Po1,* concurrere *1le.* — 83 debent *Po1, 1le. Po2,* debet *Po2, 3.* — 84-90 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 84 Vbi *add. Po2, est Po1,* Vt *1le. Po2;* inimicus *add. Po2, om. Po3.* — 84-85 zizania seminasse *Po1, 2, 3.* — 85 effecisse *add. Po2, om. Po3.* — 86 quo *add. et obl. Po2,* ut *1le. obl., etsi alterutrum est necessarium,* ut *Po3.* — 87 tunc *add. Po2,* eo *2le. et Po3.* — 88 eo quod *Po3, errore ranscriptionis.*

---

[5] Aristoteles in l. 1 *Ethicorum ad Nicomachum* apud S. Thomam, l. 1, lectione 2, ed. Parisiis, 1660, p. 4, col. 1 « Amabile quidem et uni soli, melius vero et diuinius, genti et ciuitatibus ».

essent homines, si fieri posset, qui vitae exemplo et doctrina conceptam ex falsis narrationibus malam opinionem removerent [6].

E. *Ad meliorem ac certiorem operum electionem, ad quae Superior suos mittit* [i] *eadem regula ob oculos versetur, scilicet divinus honor maior maiusque bonum universale. Haec enim consideratio iustissime ad mittendum in hunc locum potius, quam in illum, movere potest. Et ut aliqua, quae ad alterutram partem possunt momentum habere, attingantur; in primis cum possint, qui de Societate sunt, operam suam collocare, ubi bona spiritualia quaeruntur et etiam ubi corporalia, in quibus etiam misericordia et charitas exercetur; cum itidem aliqui possint in rebus maioris suae perfectionis et minoris, et demum in rebus ex se melioribus et minus bonis iuvari;* [k] *si utraque simul praestari non possunt, priora (ceteris paribus) secundis semper essent praeferenda.*

[i] *Sup.* n. 1, **D.**

[k] *Inf.* c. 4 n. 9.

Cum etiam res aliquae in divino servitio magis urgeant, aliae minus, quod remedii dilationem melius ferant; quamvis alioqui aequalis essent momenti, priores posterioribus sunt anteponendae.

Cum etiam quaedam peculiari quodam modo ad Societatem pertineant, vel cernatur alios non esse, qui eisdem vacent; rursus aliae, quarum curam et modum eisdem prospiciendi alii habent; priores in missionibus priorem locum habere aequum est.

Sic etiam inter pia opera, quae aequalis essent momenti ac necessitatis et quae aequaliter urgerent, si aliqua securiora tractanti, alia vero periculosiora essent; et rursus, aliqua, quae facilius et

---

90 malam *om. Po1, 2, 3;* remouerent *add. Po2.* — 84-90 inimicum... zizania seminasse ac praecipue ut male... sint [effecisse *add. et obl.*] in Societatem 'effecisse', ut impediatur... prouenire, in id impensius... momenti *[seq.* is locus est *obl.]*... 'is locus est'... doctrina male conceptam... narrationibus opinionem, in bonam conuerterent *Po1.* — 91 *Marg.* E *add. et obl. Po2,* M *Ile.;* operum *et* quae *add. Po1,* rerum... quas *Ile.* — 92-93 diuinus... uniuersale *add. Po2,* ratio diuini honoris et maioris boni uniuersalis *[1 v. obl. Po1,* scilicet... uniuersalis *add. F'o1,* ut diuinus honor ac maius uniuersale bonum *Ile.] Ile.* — 93 operis *[1 v. add. Po. Po1]* consideratio *Ile. Po2.* — 94 *Secundum* in *add. Po2, om. Po3.* — 95 ut *om. E3;* que mouere *Ile. Po1.* — 95-1 'momentum... attingantur' *add. Po1.* — 1 'in primis' *add. Po1,* Primum *Ile.* — 2 sunt, dare operam *Ile.* — 4 suae *add. Po2, om. Po3.* — 5 ex se *add. Po2, om. Po3.* — 6 simul *add. Po1.* — 6-7 priora *et* praeferenda *add. Po2,* 'semper' *add. Po2, om. Po3,* priores... preferendae *Ile.* — 8 urgeant ac mi *Ile. imp. Po1.* — 9 'alioqui' *add. Po1.* — 10 priores secun, *imp. v., Ile. Po1.* — 11-13 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 11 'ad... pertineant' *add. Po2.* — 12-13 aliae [alia *pr.*] quorum *[sic]* alii *Po2,* alia quorum alii *Po3.* — 13 alii *om. Po1, 2, 3.* — 11-13 'quaedam' *[add.,* res aliquae sint quae *Ile.]*... modo incumbant Societati [ad Societatem pertineant *marg.*] uel cernatur alios [cernitur alter *Ile.*]... aliae quarum [quorum *ms., seq.* curam *obl.*] alii 'curam' *[seq.* habent *obl.]* et... prospiciendi 'habent' *Po1.* — 15-19 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 15-16 quae... urgerent *add. Po2.* — 16 aliqua *add. Po2, om. Po3.* — 17 alia *add. Po2, om. Po3.*

---

[6] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 96, 568-569, 630; II, 242, 616; III, 351-352, 492-493, 496 (paratus Ignatius ire nudis pedibus in Lusitaniam), 637-638; IV, 24-25; V, 148-151 (Xaverius Romam vocatur), 649, 716-717; VI, 74-75, 188-189, 259-262, 294-295, 609; VII, 265; VIII, 78-79, 423; *Epist. Mixtae* I, 237-238.

expeditius, alia quae maiori cum difficultate et longiori tempore absolvuntur; priora etiam debent praeferri.

[1] *Ceteris, quae dicta sunt, paribus, cum etiam sint aliquae occupationes universalioris boni et quae se ad plurium auxilium extendunt, ut concionari vel legere; aliae magis particulares, ut confessiones audire vel Exercitia Spiritualia tradere; si utrisque vacari non potest, priores praeferantur, nisi aliquae circumstantiae moverent, ut secundae magis convenire viderentur. Cum etiam quaedam pia opera diuturniora, et semper profutura sint, ut fundationes aliquae piae, quae ad proximorum auxilium instituuntur; alia minus diuturna, quae raro et ad tempus exiguum iuvant; constat priora secundis esse praeferenda. Et sic Praepositus Societatis potius ad haec, quam ad illa, suorum operam conferre debet. Fiunt vero haec omnia propterea, quod ad maius Dei obsequium maiusque proximorum bonum ita conveniat* [7].

[1] *Sup.* **D** et *inf.* c. 3 n. 2.

F. [m] *Quamvis summa providentia et Sancti Spiritus directio, ea sit, quae efficaciter meliora cum in aliis omnibus eligere faciat, tum in mittendis ad quemvis locum illis, qui magis convenient et quadrabunt personis et rebus propter quas mittuntur; illud tamen in universum dici potest: primum, quod ad res graviores, et in quibus plus refert non errare (quoad situm in eo fuerit cum divina gratia, qui providere debet) mitti viros magis delectos, quibusque magis confidatur, oportet.*

[m] *Prooe. Consti.* et P. 1 c. 2 n. 13 et P. 4 c. 8 n. 8.

In rebus, quae corporis labores maiores exigunt, qui robustiores et saniores.

---

19 priora *add. Po2.* — 15-19 opera in quibus et momentum et 'mature prouidendi occasio' ['ratio' *pr.*, celeritas *1le.*] et necessitas equalia essent, si 'haec' [quae essent securiores *1le.*] securiora [tutiora *marg.*] tractanti 'illa' [alia *1le.*] uero... 'essent', ...alia quae [aliqua *pr.*] ...priores *Po1.* — 20-61 Caeteris... suscipiunt, *om. Po2, folio amisso.* — 20 Caeteris paribus quae dicta sunt *Po3, add. Po1,* Cum dicta omnia equalia essent *1le.* — 21 plurium proximorum *1le. Po1.* — 22 et alie *1le. Po1.* — 24 si aliquae... non mouerent *Po1, 3.* — 25 cur secundas... uideretur *1le. Po1.* — 26 opera durabiliora *Po1,* diuturniora *Po3, marg. Po1.* — 27 piae, ad... institutae *Po1, 3.* — 27-28 minus durabilia *Po1,* diuturna *Po3, marg. Po1.* — 28-29 constant priores... preferendae *1le. Po1.* — 29-30 ad haec... illa *add. Po1,* in his quam in illis *2le.,* in illis quam in his *1le.* — 30 conferre *add. Po1,* collocare *1le.* — 31 propterea *om. Po3.* — 30-32 debet. Idque omnino quod... obsequium et proximorum bonum *[seq.* id *obl.]* conueniat *Po1.* — 33 *Marg.* N *Po1, 3.* — 34-35 efficaciter [re uera *add. et obl. Po1]* meliora in omnibus 'eligi doceat et speciatim' *[4 vv. add. Po1,* docet et *1le.]* in mittendis *Po1, 3.* — 36 tamen *om. Po3.* — 38-39 (quoad poterit cum... gratia is qui... debet) *Po3.* — 36-40 illud in genere [in uniuersum *marg.*] dici potest, quod... 'plus' [magni *2le.,* maioris *1le.*]... 'errare eum' [rare, *sic, 1le.*] quoad eius fieri poterit *[seq.* eum *obl.]* qui prouidere *[1 v. add., seq.* debet *obl.]* cum *[1 v. add.,* in *1le.]* diuina gratia 'debet', mitti *[seq.* debent *obl.]* uiros... delectos [uiri... delecti *1le.*]... confidant 'oportet' *Po1.* — 41 corporeos *1le. Po1.* — 42 seniores *[sic]* erunt *1le. Po1.*

---

[7] Cf. *Monum. Ignat.* ib., I, 651-652; III, 647; IV, 419, 625-628 (de confessoribus regis et principis Lusitaniae); XI, 301, 348, 550-551; XII, 142, 293-295; ser. 4ª, I, 439 (de socio); *Fabri Monum.* 69-70, 86, 88, 135-136; *Lainii Monum.* VII, 222-224; *Epist. Mixtae* III, 67-68.

Ubi pericula spiritualia plura sunt, qui in virtute magis probati et securiores.

Ut agant cum viris prudentibus, qui spiritualem gubernationem vel temporalem habent, ii convenire magis videntur, [n] *qui discretionis et conversandi cum hominibus gratiam habent, cum exteriori specie (modo quae interiora sunt, non desint) quae ad auctoritatem conferat. Posset enim magni momenti esse eorum consilium.*

[n] P. 1 c. 2 n. 9 et 10.

Ingeniosis et subtilibus ac litteratis ii magis quadrant, qui in ingenio itidem et litteris peculiare donum habent. Hi enim in lectionibus et colloquiis magis iuvare poterunt.

Ad populum, ut plurimum, aptiores erunt, qui talento praedicationis et audiendarum confessionem pollent.

Quod ad numerum attinet huiusmodi operariorum, qui mittendi sunt, et combinationem eorum, consideratio erit etiam adhibenda: et primo quidem, cum fieri posset, conveniret unum solum non mitti, sed saltem duos: tum ut mutuo ipsi in rebus spiritualibus et corporalibus iuventur, tum ut possint esse magis utiles iis, ad quos missi sunt, labores inter se dividendo, quos in servitium proximorum suscipiunt.

Et si duo mittentur, cum uno concionatore vel lectore commode coniungeretur alius, qui messem in confessionibus et Spiritualibus Exercitiis, quam illi praepararet, colligeret, iuvaretque eumdem in colloquiis et aliis mediis, quae ad proximos iuvandos adhiberi solent.

Sic etiam, si quis in modo procedendi Societatis et cum proximis agendi parum exercitatus mitteretur, alteri in his magis exercitato adiungi deberet; quem imitari, cum quo conferre, quemque de rebus dubiis, quae occurrent, consulere possit.

Alicui valde ferventi et animoso, alius magis circumspectus et cautus bene adiungeretur: [o] *et sic de aliis mixtionibus huic similibus; ita ut diversitas, vinculo charitatis unita, sic utrumque iuvet, ut*

[o] P. 8 c. 1 n. 3 et **C.**

---

44 securiores erunt *Pol.* — 45 agant ['versent', *imp. v.* versentur *add. et obl.*] *Pol.* — 47 et 'negociandi' [agendi *1le. Pol.*] *Pol, 3.* — 48 (ita ut interior non dissonet [discrepet *marg. Pol*]) *Pol, 3.* — 49 enim non leuis momenti eius esse consilium *Pol,* esse eius consilium *Po3.* — 50 Ad ingeniosos et subtiles ac litteratos *1le. Pol;* ii *om. Pol, 3;* 'quadrant' *add. Pol,* proportionati *2le.*, idonei sunt *1le.;* 'in' *add. Pol.* — 51-52 habent 'et' [qui *1le. Pol*] in lectionibus *Pol, 3.* — 54 magis *(?) [add. Pol]* pollent *Pol.* — 56 et mixtionem [missionem *Po3, El, 1le. Pol*] eorum *Pol.* — 59 his *Pol, 3.* — 60 in auxilium *Pol.* — 62-64 si duo *[1 v. add. Po2, om. Po3,* bini *1le.]* mittentur... qui colligeret messem *[2 vv. add. Pol, seq.* quam ille prepararet *add. et obl.,* in confessionibus meteret que alter in predicatione prepararet *1le.]* in confessionibus... praepararet, iuuaretque *Pol, 2, 3.* — 65 *1le. Po2 ut Pol infra;* mediis *et* adhiberi solent *add. Po2, om. Po3;* aliis 'rationibus' *[1 v. add.,* mediis *2le. et 1le.]*... solent adhiberi *Pol.* — 66-68 Sic *[seq.* qua *obl. Pol]*... quis mitteretur, in... Societatis *[seq.* parum ex, *imp. v., obl. Pol]*... exercitatus, alteri *[1 v. add. Po2, om. Po3,* alii *1le.; seq. in Pol* ad, *imp. v.* adiungi, *obl.]* in his *[2 vv. add. Po. Pol]* magis exercitatus *[2 vv. add. Po2, om. Po3,* exercitatiori *1le., seq.* in his *obl. Pol]* adiungi *Pol, 2, 3.* — 68 referre *Fl, Ro.* — 70 Alicui *add. Pol,* Cum aliquis *1le.* — 71 adiungeretur *add. Pol,* associaretur *1le.*

contradictionem vel discordiam inter eos aut alios proximos generare non possit. Plures quam duos, cum opus, ad quod mittuntur, maioris esset momenti in divino obsequio ac maiorem multitudinem exigeret, et alioqui Societas plures operarios sine detrimento rerum aliarum ad maiorem Dei gloriam et universale bonum spectantium posset providere, Superior mittere poterit; prout Sancti Spiritus unctio eum docuerit, vel in divinae Maiestatis conspectu melius convenientiusque ipse senserit [8].

[p] *Sup.* c. 1, **E** et P. 6 c. 2 n. 13 et **I**.

[q] C. 3 d. 37.

[r] *Inf.* **M**.

G. [p] *Quod ad modum attinet eos mittendi (praeter convenientem instructionem) num pauperum more,* [q] *ut sine iumento ac pecunia, an maiori cum commoditate mitti oporteat;* [r] *cum litteris item, an sine illis, quo tendunt, destinatis (sive ad privatos aliquos homines, sive ad civitatem vel eius caput scribentur, quae ad auctoritatem aut benevolentiam conferant) Superior, undecumque maiorem proximorum aedificationem et divinum obsequium intuendo, quod convenit, constituet* [9].

[s] *Sup.* c. 1 n. 6 et P. 9 c. 3, **G**.

[t] C. 1 d. 69.

[u] *Sup.* c. 1 n. 1 et *Exa.* c. 4 n. 35 et P. 3 c. 2, **G** et P. 4 *Prooe.* **A**.

H. [s] *Tempus quod missionibus dandum est, sive ad hanc sive ad illam partem mittantur, quando a Summo Pontifice praescriptum non est, metietur hinc quidem qualitas negotiorum spiritualium, quae tractantur, et momentum ipsorum maius aut minus, habita necessitatis et fructus, qui percipitur vel speratur, ratione; inde vero, consideratio eorum, quae aliis in locis se offerunt, et obligatio eis vacandi, et vires Societatis, quas habet, ut his atque illis operibus possit satisfacere. Quaedam etiam accidere solent, quae expendenda sunt, ut missionis tempus vel brevius sit vel* [t] *prolixius.* [u] *Demum,*

---

73 eos uel *Po1, 2, 3.* — 74 Plures... duos *obl. et rest. Po2,* Cum plures *2le. imp.;* mittere *obl., rest. et obl.;* duos mittere, cum *Po1, 3, 1le. Po2.* — 78 mitttere *add. Po2, om. Po3,* id facere *1le.* — 80 ipse *om. Po1, 2, 3.* — 81 *Marg.* G *add. Po2,* O *1le.* — 82-85 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 82 ut *add. Po2, om. Po3.* — 84 'priuatos... homines' *add. Po2.* — 85 scribentur *add. Po2,* scribentur *[sic]* siue *1le.;* authoritatem et *Po1, 2, 3, E1.* — 82-85 more, 'scilicet, sine iumento et' *[5 vv. add.,* modo ut peditem et sine *1le.]*... 'mitti... item' *[5 vv. add.,* num cum litteris *1le.]*... ad particulares personas [priuatos aliquos homines *marg.*] 'scribantur' siue ad ciuitatem... caput, quae ad auctoritatem [existimationem *add. et obl.*] et *Po1.* — 82-86 more si sine iumento et pecunia... homines scribentur siue... caput, quae ad authoritatem et beneuolentiam *Po3.* — 89 *Marg.* H *om. E1,* P *Po1, 2, nulla litt. Po3.* — 89-90 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 89 tempus quod *[1 v. add. Po2]* missionibus dandum sit *[2 vv. add. Po2] Po2, 3.* — 89-90 Tempus 'in missionibus exigendum siue... mittantur' [De tempore ad (per *pr.*) quod mittuntur hi qui quidem ad hanc siue (illam rem qui *(?), add. et obl.*) ad aliam partem *1le.*] quando *Po1.* — 90 limitatum *add. et obl. Po1.* — 92 ipsorum habita *1le. Po1.* — 94 consideratio... quae *add. Po1,* quod *1le.* — 95 vacandi *marg. Po1, add. Po. Po2,* attendendi *1le.;* ut in his *1le. Po1.* — 2 missionis *et* uel... prolixius *add. Po2;* ut praescriptum tempus praecidatur uel extrahatur *[1 v. add. Po1,* protrahatur *1le.].* Demum *1le.*

---

[8] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], I, 599-600, 600-603, 651-652; III, 143-144; VI, 98-101, 178-179 (de personis collegiorom Italiae); VII, 522-523; IX, 110-111; X, 248-249, 252-253; *Epist. P. Nadal* II, 169-170; *S. Franciscus Borgia* IV, 341-342; *Monum. Xaver.* I, 264-265, 474-476, 669-671, 700.

[9] V. *Monum. Ignat.* ib. I, 362; II, 274; IX, 592-594; XI, 555; *Ribadeneira* I, 16-17, 26-31.

habita primi nostri instituti ratione, cum hoc sit per varias mundi partes discurrere, ac magis vel minus in illis haerere, pro fructus, qui cernitur, modo; videndum erit, num conveniat plus aut minus temporis in his aut illis missionibus impendi. [v] *Et, ut hoc intelligatur, conveniet crebris litteris certiorem reddi Superiorem percepti fructus ab his, qui missi sunt.*

[v] *Inf.* n. 2 et P. 8 c. 1 n. 9 et I.

[x] *Cum mutari aliquem oportebit, animadvertat Superior, quod ad eum revocandum, quoad fieri poterit, iis mediis utatur, ut hi a quibus aliquis evocatur, potius benevoli omnino maneant, quam offensi vel male affecti; et quod in omnibus honor et gloria divina et bonum universale quaeritur, sibi persuadeant* [10].

[x] P. 10 n. 11 et B.

I. [y] *His non repugnat proponere motus animi aut cogitationes, quae in contrarium occurrunt; subiiciendo suum sentire et velle ei, quod ipsius Superior Christi Domini nostri loco sentiret ac vellet* [11].

[y] *Exa.* c. 8, **A** et P. 5 c. 4, **F**.

K. *Hinc planum fit, prohiberi, ne quis* [z] *Principem vel Communitatem, aut hominem quemvis magnae auctoritatis, ad scribendum Superiori vel verbo tenus petendum aliquem de Societate, moveat; nisi prius, cum Superiore communicata re, hanc esse ipsius voluntatem intellexerit* [12].

[z] C. 5 d. 49. C. 7 d. 20. C. 10 d. 18. C. 16 d. 17.

---

2. [a] Quocumque Superior mittet aliquem, † eum plene instruere, (et ordinarie in scriptis) debebit', tam de modo procedendi, quam **L**

[a] *Sup.* c. 1 n. 5 et **F** et **G**.

3 'varias mundi' *add. Po1,* has et illas *1le.* — 4 'in illis' *add. Po1,* ac illis *1le.* — 4-5 pro *et* modo *marg. Po1, add. Po. Po2,* iuxta... modum *1le.* — 5 uidendum esset *1le. Po1.* — 7 reddi superiorem *sup. Po1.* — 10 iis mediis *add. Po2, om. Po3,* his modis *[1 v. add. Po. Po1,* mediis *1le.] 1le.* — 11-12 offensi vel *om. Po1, 2, 3, E1.* — 12 affecti, sibique persuadeant *1le. Po1; primum* et *add. Po2, om. Po3,* quodque in *1le.* — 13 'sibi persuadeant' *add. Po1.* — 14 *Marg.* J *add. Po2,* R *1le.*;* His *add. Po2, om. Po3,* Huic... proponere *[1 v. add. Po1,* repraesentare *1le.] 1le.;* cogitationes *add. Po2, om. Po3,* conceptus *1le.* — 17-20 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 17 *Marg.* H *E1, add. Po2,* Q *1le.;* Hinc... fit *add. Po2, om. Po3.* — 18 'hominem' qu'e'muis *add. Po2.* — 19 verbo *add. Po2.* — 20 re communicata *Po1, 2, 3.* — 17-20 Cum [Quamuis *1le.*] hoc ita se habeat, prohiberi cernitur, ne quis... aut personam quamuis [hominem quenuis *marg.*] magnae authoritatis [grauem virum *add. et obl.*]... uel ore tenus [uerbo tenus *marg.*]... re communicata *Po1.* — 22 *Marg.* S *Po1, 2;* edocere *bis add. et obl. Po1.* — 23 * ordinarie *E1 sine litt. marg.;* ordinarie *add. Po3,* fere semper *1le.,* 'semper' *add. Po1,* 'plurimum' *add. et obl.* — 23-24 quam de *add. Po1,* et *1le.*

* Declaratio «Hinc planum fit» seu «Cum hoc ita se habeat» est in exemplo *Po1,* f. 91r, et in *Po2, 3* ff. 220r, 155v, ante declarationem «His non repugnat», qui ordo, retentus in *E1, 2, 3,* inversus est recte in *E4,* iubente *Cong4.* Res ipsa notata est in exemplo hispano *C,* f. 217v (v. t. II pp. 591-592 var. textus *B* ll. 28 et 32 et not. 19). Error inde nasci potuit, quod declaratio «Con esto se vey», «Hinc planum fit» in Autographo seu *B* addita est re vera ante declarationem «A esto no repuña», «His non repugnat», etsi fere tota scripta in margine et praenotata littera R, cum illa «A esto no repuña» praenotata sit littera Q.

---

[10] Cf. *Monum. Ignat.* ib., I, 359 et 360 ad Petrum Ortiz et Philippum II de revocando Petro Fabro.

[11] Cf. *S. Franciscus Borgia* III, 635-638; *Lainii Monum.* III, 577-578.

[12] Praescriptum hoc est omnibus anno 1555; cf. *Monum. Ignat.* ib. X, 353-354; *Chron.* V, 49; textus hispanus, additus manu Polanci est in t. II, p. 590 ll. 32-35. Cf. *Monum. Ignat.* ib., IV, 498-500 cum *Lainii Monum.* I, 216-219; IX, 394-396.

de mediis, quibus eum uti velit ad finem, quem in animo habet. Per [b]crebram etiam litterarum communicationem, quantum fieri potest, totius successus certior redditus ex eo loco, ubi ipse residet **M** (ut personae et negotia exegerint), consilio † et aliis auxiliis, quaecumque adhiberi possint, providebit'; ut maius servitium Deo fiat, magisque commune bonum per personas Societatis iuvetur: quod tanto maiori cura praestari debebit, quanto negotii qualitas (quod **N** vel magni momenti sit vel difficile) † et personarum, quae missae sunt (quod consilio, et instructione indigeant)', id magis exigit.

[b] *Sup.* **H** et P. 8 c. 1 n. 9 et **L.**

L. *Dicitur, ordinarie; propterea quod aliquando is, qui mittitur, tam instructus est tantaque dexteritate pollet, ut instructio non sit necessaria. Sed demum hoc fiet, quandocumque opus erit.*

M. *Cuiusmodi essent orationes et Missae, quae initio praesertim suscipiendorum operum, vel quando maior subsidii necessitas cernitur, quod res magni momenti sint vel difficultates graves incidant, ad id applicentur. In hoc ergo, sicut et in aliis auxiliis,* [c] *suarum patentium, aut Sedis Apostolicae litterarum, et aliis rebus, quae possent esse necessariae, providebit Superior, prout ratio et charitas monebit.*

[c] *Sup.* **G.**

N. *Hoc consilium et instructio, non tantum negotiis, sed etiam personis, prout unusquisque vel animari vel reprimi opus habet, perutile esse poterit; et sic de aliis intelligatur.*

---

25 communicationem 'et' *Po3.* — 26 'ex eo loco' *add. Po1,* inde *1le.* — 26-31 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 27 ut *add. Po1; marg.* L *E1,* T *Po1, 2;* consilio et *add. Po2;* * auxiliis *E1.* — 28 *Marg.* M *E1,* N *Po3,* V *Po1, 2;* * providebit *E1.* — 29 bonum iuuetur *Po2, 3.* — 31 vel grave sit *Po2, 3, E1.* — 28-31 adhiberi possint providebit [providere debebit *pr.*]... difficile *add. Po2.* — 26-31 resident 'consilio et cum' [prout *1le.*] personae et negotia exigerint *[sic Po1 et 1le. Po2,* exigent *1le. Po1, seq.* de consilio et *obl.]* aliis auxiliis quae'cunque' ad Dei obsequium et commune bonum per Societatis [Societatem *pr.*] personas poterit, providebit, quod tanto maiori cum sollicitudine praestari [fieri *add. et obl.*] debebit, quanto negotii qualitas (quod vel magni momenti vel 'arduum' [perdifficile *pr.*] sit) *Po1.* — 31 *Marg. nulla litt. E1, Po1, 2, 3.* — 32 quod uel consilio uel *Po1, 2, 3, E1;* ualde indigeant *1le. Po2;* 'id' *add. Po1.* — 33 *Marg.* K *E1, add. Po2,* S *1le.* — 33-35 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 33 ordinarie *et* [quia *add. et obl.*] prop'erea quod *add. Po2, om. Po3.* — 34 dexteritate *add. Po2,* diligentia *1le.,* dexteritate *Po1, 3.* — 33-35 Dicitur 'fere semper' [ordinarie *2le.,* ut plurimum *1le.*] 'quod' aliquando *[seq.* enim quod *obl.]...* 'vt... sit' necessari'a' [non est hoc necessarium *1le.*] *Po1.* — 36 *Marg.* L *E1, add. Po2,* T *1le.* — 36-.9 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 36 initio praesertim *add. Po2, om. Po3.* — 37 maior *et* necessitas *add. Po2, om. Po3.* — 38 'uel... incidant' *add. Po2, om. Po3.* — 36-39 'quae' [praesertim *1le.*] suscipiendorum 'praesertim' operum initiis, uel quando necessitas subsidii maior cernitur, quod *[1 v. add.,* cum *1le.]...* momenti ac perdifficiles sint ad id *[2 vv. add.]* applicentur *Po1.* — 39-42 *1le. Po2, ut Po1 infra.* — 40 suarum *add. Po2;* 'et... rebus' *add. Po2,* rem * *1le.* — 42 'monebit' *add. Po2, marg. Po1.* — 39-42 auxiliis patentium *[seq.* litterarum *obl.]* aut... litterarum etc. quae... charitas dictabit *Po1.* — 43 *Marg.* M *E1, add. Po2,* V *1le.* — 44-45 personis *[seq.* perutilis esse potest *obl. Po1]* prout... habet et sic de aliis per utile esse poterit *Po1, 3,* habet *[seq.* et sic de aliis *obl.]* perutile... poterit, 'et sic... intelligatur' *[5 vv. add.] Po2.*

---

* Mala interpretatio signi *etc.*

De libera ad hanc vel illam partem profectione. Cap. III.

1. Quamvis [a]eorum sit, qui sub obedientia Societatis vivunt, se non ingerere directe vel indirecte ad sui missionem, sive a Summo Pontifice, sive a suo Superiore in nomine Domini nostri Iesu Christi mittantur; qui tamen ad regionem aliquam magnam (cuiusmodi esset India vel aliae provinciae) missus esset; [b]si pars eius aliqua peculiari limitatione ei assignata non fuerit, potest magis et minus in hoc vel in illo loco immorari, aut discurrere quacumque, omnibus perpensis (in se, quod ad voluntatem suam attinet, indifferentiam sentiendo) et oratione facta, iudicaverit ad Dei gloriam magis expedire. Hinc apparet quod (primae et summae obedientiae Summi Pontificis non repugnando) multo magis in huiusmodi missionibus Superiori ad hanc partem potius, quam ad illam, prout in Domino senserit convenire, eosdem dirigere licebit.

[a] *Sup.* c. 1 n. 2 et c. 2 n. 1 et I.

[b] *Sup.* c. 1 n. 1 et 7.

2. Ubicumque quis maneat, si non est ei iniunctum, ut medio aliquo limitato utatur, quale esset legere vel praedicare; in eo se exercebit ex iis, quibus utitur Societas, in quarta parte capite octavo dictis et proximo capite dicendis, † [c]quod magis convenire iudicabit'; atque etiam quod [d]in sexta parte devitandum dicitur, ad maius Dei obsequium etiam devitabit [1].

[c] *Sup.* c. 2, **D** et **E**. **A**

[d] P. 6 c. 3 n. 4 et sequentibus.

In Caput III.

A. *Quamvis hoc ita se habeat; tamen conferre media, quibus uti debet, cum* [e] *eo Superiore, qui ei propior fuerit, semper erit securius.*

[e] P. 8 c. 1 n. 4.

1 De libera *et* profectione *add. Po3,* Quando per se ad hanc uel illam partem quis mouetur [moueatur *(?) Ile. Po2,* mouetur *Po1*] *Ile.* — 2 sit *add. Po3,* est *Ile.;* eorum est *add. Po1.* — 3 non obtrudere *[1 v. add. Po1,* ingerere *Ile.]* directe *Po1, 2, 3, E1;* sui *add. Po3, om. Po2, est Po1.* — 4 nostri *om. E3.* — 5 mittatur *Ile. Po2;* tamen *add. Po2.* — 7 aliqua *add. Po2.* — 8 uel illo *Po1, 2, 3;* immorari *add. Po3,* haerere *Ile.;* 'cunque' *add. Po1.* — 9-10 '(in se' *add. Po1,* indifferentiam in se *Ile.* — 11 Hinc colligi facile *[2 vv. add. Po. Po1,* perspici *Ile.]* potest, quod si priuatis id licet *[5 vv. add. Po. Po1,* quod *Ile.]* primae *Po1, 2, 3, E1.* — 13 superior'i' *Po1.* — 14 'eosdem' *et* 'licebit' *add. Po1,* dirigere poterit *Ile.* — 15 'quis' *add. Po1;* eis *Ile. Po1;* ut *add. Po1.* — 16 limitato ad animarum profectum utatur *Ile. Po3.* — 16-17 'in... exercebit' *add. Po1,* id assumere poterit *Ile.* — 17 iis *add. Po3,* his *Ile.;* Societas, quod magis conuenire iudicabit *Ile. Po1.* — 18 *Marg.* X *Po1, 2;* * magis *E1.* — 17-19 in sexta *[1 v. add. Po1,* quarta *Ile.]* parte dictis et proximo capite *[2 vv. add. Po. Po3,* mox *Ile.]* dicendis... iudicabit; et contra *[2 vv. add. Po. Po1,* 'vice uersa' *add. et obl.]* quod ibi *[seq.* etiam *obl. Po1]* deuitandum [euitandum *pr. Po1*] dicitur *Po1, 2, 3, E1, 2b* *. — 20 'obsequium etiam' *add. Po1,* seruicium *Ile.;* euitabit *Ile.* — 21 *Seq.* Quando per se ad hanc uel illam partem quis mouetur *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 22 *Marg.* A *add. Po2,* X *Ile.;* tamen *add. Po2, om. Po3.* — 23 qui propior *[1 v. add. Po. Po2,* vicinius *et* vicinior *(?) Ile.]* ei *Po2, 3,* qui uicinior [propius *marg.*] ei *Po1.*

* Hunc locum decrevit congregatio quarta legendum «in sexta parte», et paulo inferius, ubi legimus «in sexta parte» ponendum esse *illic.* Editio tamen ipsa quarta et sequentes omnes locum utrumque intactum reliquerunt. Vide in Appendicibus, n. 3.

[1] Cf. t. I, monum. 38quater, pp. 319-320, n. 4; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 148-149, 277; III, 541; V, 379; *S. Franciscus Borgia* III, 115-119.

Quibus in rebus domus et collegia Societatis proximum adiuvent. Cap. IIII.

1. Quia non solum enititur Societas, discurrendo per varia loca, sed etiam in quibusdam continenter residendo (ut in Domibus et Collegiis) proximos iuvare; operae pretium est intellexisse, quibus modis possint animae in huiusmodi locis iuvari, ut eorum pars illa, quae poterit, ad gloriam Dei exerceatur.

2. Et primo quidem conferet bonum exemplum totius honestatis ac virtutis christianae; [a]ut non minus bonis operibus, immo magis quam verbis, eis [b]aedificationi esse quibuscum agitur, curent[1].

[a] P. 10 n. 12.
[b] P. 6 c. 2 n. 16.

3. Iuvatur etiam proximus sanctis desideriis et orationibus in
A Dei conspectu pro universa Ecclesia, ac † pro iis praesertim, qui maioris sunt momenti ad eius universale bonum', effusis; ac pro amicis etiam et [c]bene de nobis meritis, viventibus et vita functis; sive postulent ipsi sive non postulent; ac pro illis, in quorum auxilium peculiariter ipsi et reliqui de Societate in variis locis inter fideles et infideles incumbunt, ut Deus omnes ad gratiam suam excipiendam per debilia huius minimae Societatis instrumenta disponere dignetur.

[c] P. 4 c. 1.

In Caput IIII.

A. *Cuiusmodi sunt Principes ecclesiastici et seculares, et alii, qui multum prodesse vel obesse bono animarum et divino obsequio possent.*

---

4. Missarum etiam sacrificiis iuvare possunt et aliis divinis of-
B ficiis, † nulla [d]pro eis [e]eleemosyna accepta'; sive aliqui particulares

[d] *Exa.* c. 1 n. 3 et P. 6 c. 2 n. 7 et P. 10 n. 5.
[e] C. 16 d. 21.

3 Societas proximos *Ile. Po1.* — 4 continenter *add. Po3,* continue *Ile.;* residendo iuuare *Ile. Po1;* (ut uidere est *[2 vv. add. Po1]* in domibus uel *Po1, 2, 3, E1.* — 5 'proximos' *add. Po1.* — 5-6 quibus modis *add. Po1,* quo modo *2Ie.,* qua ratione *Ile.* — 6-7 'illa' *et* 'poterit' *add. Po1,* Dei poterit, exerceatur *Ile.* — 8 primum *Ile. Po2,* primo *Po1;* quidem ad proximorum auxilium conferet *[4 vv. add. Po. Po1,* occurrit *Ile.]* exemplum *Po1, 2, 3, E1.* — 12 Ecclesia effusis *Ile. Po1;* his *Po1; marg.* Y *Po1, 2;* * maioris *E1.* — 12-13 mai'oris sunt' moment'i' *add. Po1,* maius habent momentum *Ile.* — 15 'postulent' *et* 'postulent' *add. Po1,* expetant... expetant *Ile.; ante* ac *est* pro aduersariis itidem, si qui fuerint* *Po1, 2, 3, E1.* — 16 peculiariter incumbunt *Ile. Po1.* — 19 dignetur *add. Po3,* dignetur disponere *Ile.* — 20 *Seq.* Quibus in rebus domus et collegia proximum adiuuent *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 21 *Marg.* A *add. Po2,* Y *Ile.* — 23 possunt *Ci, Fl, Ro.* — 24 In *[om. Cong4]* missarum *pr.;* 'iuuare possunt' *add. Po1,* officiis eos iuuare possunt *Ile.;* possunt ac *Po1, 2.* — 25 *Marg.* B *add. Po3,* A *Ile.,* Z *Po1, 2.* — 25-26 aliqui ea obtinere curauerint sine *Po1, 2, 3, E1.*

* Sunt verba «y también por los contrarios, si los vbiese» add. manu Polanci et obl. in textu *B* seu Autographo; v. t. II, p. 596 var. *B* l. 27.

[1] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, III, 256-262; IV, 370, 428-430; X, 25; XI, 374-375; ser. 4ª, I, 113-114, 163; *Fabri Monum.* 88, 105, 202; *Lainii Monum.* IV, 673; VI, 279.

ea petierint, sive pro sua devotione quisque ea Deo obtulerit. Et quod attinet ad Missas, praeter [f]eas, quae pro fundatoribus dicuntur, una vel duae aut plures (pro numero Sacerdotum, et prout convenerit) singulis hebdomadis pro benefactoribus vivis aut defunctis offerentur, Deum ac Dominum nostrum rogando, ut pro illis hoc sanctum Sacrificium admittere, et pro infinita ac summa liberalitate sua eam beneficentiam remunerari, qua illi erga Societatem nostram ex divino amore ac reverentia usi sunt, aeternis praemiis dignetur [2].

[f] P. 4 c. 1.

B. *Ut* [g] *in sexta parte explicatum est.*

[g] P. 6 c. 2 n. 7.

---

5. Poterit [h] iuvari etiam proximus Sacramentorum administratione: praecipue in audiendis confesionibus, († ad quas aliqui a Superiore, qui eo fungantur officio, sunt designandi') et in sancto Eucharistiae Sacramento, † extra Paschae tamen festum' sua in ecclesia administrando [3].

[h] P. 4 c. 8 n. 4.

C

D

C. *Praeter eos, qui Confessarii ordinarii constituti sunt, Superioris erit, in spiritualibus necessitatibus, quae occurrunt, videre, num alii horum sacramentorum administrationi vacare debeant, et quod convenit statuere.*

D. *Pascha, intelliguntur octo dies ante et totidem post ipsum festum, quamquam eo tempore, qui facultatem haberent, vel peregrini, et reliqui, quos ius excipit, possunt ad communionem admitti:*

---

27 ad missarum [missas *1le.*] sacrificia *[1 v. add.] Po3;* quae in gratiam fundatorum *Po1, 2, 3, E1.* — 28 et alioqui prout *Po1, 2, 3, E1.* — 29 uiuis ac *Po1, 2, 3, E1.* — 31 'admittere' *add. Po1,* acceptare *1le.* — 31-32 liberalitate *obl. et rest. Po3,* beneficentiam *add.,* sua beneficentia *add. et obl.,* liberalitate sua eam remunerari *1le., 1 v. add. Po. Po1,* eterna remuneratione retribuere *2le.,* remunerari *1le.* — 32 'illi' *add. Po1,* ipsi *1le.* — 33 sunt usi *Po1, 2.* — 33-34 aetern'is praemiis dignetur' *add. Po1,* eterna remuneratione referre *1le.* — 35 *Marg.* B *add. Po2,* Z *1le.* — 36 Iuuatur etiam proximus *[1 v. add. Po. Po3] Po3, E1;* in *[om. Cong4]* sacramentorum *pr.* — 37 ac praecipue *Po1, 2, 3, E1; marg.* C *add. Po3,* B *1le.,* Aa *2le.* — 38 * sunt *E1;* 'su'nt 'designandi' *add. Po1,* erunt deputandi *1le.* — 39 *Marg.* Bb *Po1, 2;* * Paschae *E1;* tamen *add. Po2.* — 40 administrando *add. Po2,* communicando *1le.* — 41 *Marg.* C *add. Po2,* Aa *1le.;* ordinarii *om. E1;* constituti *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1;* qui in *[1 v. add.]* confessarios [confessarii *1le.*] ordinarios de'signati' [deputati *1le.*] sunt *Po1.* — 43 attendere *add. et obl. Po1.* — 44 statuerit *1le. Po1.* — 45 *Marg.* D *add. Po2,* Bb *1le.;* intelliguntur *add. Po2, om. Po3,* intelligendum est *1le.;* ante *om. E3.* — 46 'festum' *add. Po1;* quanuis eo *Po1, 2, 3.*

---

[2] Sacrificia et orationes pro regionibus septentrionalibus universae Societati injuncta sunt a S. P. Ignatio, rogante S. Petro Canisio, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, V, 220-222 et 229; nunc mutata sunt in sacrificia et orationes pro haereticorum et schismaticorum conversione. Missae sacrificium aliasque preces singulis hebdomadis ad intentionem Patris Generalis offerenda statuit S. Franciscus Borgia, *S. Franciscus Borgia* V, 554-555.

[3] De communione frequentanda superatis difficultatibus cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 163-164, 275-276, 341; III, 438; V, 156; VI, 280-281; *Fabri Monum.* 22, 32, 121; *Lainii Monum.* IV, 378-379; *Epist. Mixtae* II, 37-38, 482-485, 702-703; IV, 227-230.

et illi etiam, qui, cum iam suis parochiis satisfecerint, vellent hisce quindecim diebus semel aut saepius in nostris ecclesiis sanctissimum Christi Corpus accipere.

6. Proponatur verbum Dei populo assidue in ecclesia, in concionibus, lectionibus, et in christiana doctrina, per eos quos Superior probaverit et ad tale munus destinaverit: † et quidem iis temporibus et modo, [i]qui eidem ad maiorem Dei gloriam et animarum aedificationem expedire videbitur'.

E. *Quia quibusdam in locis fieri posset, ut aliquando his mediis vel eorum parte uti non conveniret; Constitutio non obligat, nisi cum Superiori eis utendum esse videretur: sed eam intentionem ostendit, quam habet Societas in locis, in quibus residet; quae ea est ut haec tria media, vel duo ex illis, vel quod eorum magis convenire videbitur, exerceatur.*

7. Potest et hoc ipsum, quod dictum est, extra ecclesiam Societatis, aliis in ecclesiis vel plateis vel aliis locis praestari; quando ei, qui caeteris praeest, ad maiorem Dei gloriam conferre videbitur [4].

8. [j]Curabunt etiam privatim proximum piis colloquiis ad meliora promovere; tum consilio et exhortatione ad bona opera, † tum [k]etiam tradendis Spiritualibus Exercitiis' [5].

F. *Exercitia Spiritualia plene non nisi paucis, iisque huiusmodi, ut ex eorum profectu non vulgaris ad Dei gloriam fructus speretur, tradenda sunt. Primae vero hebdomadae Exercitia ad multos, et*

i P. 4 c. 8 n. 3.

j *Exa.* c. 6 n. 4 et P. 4 c. 4 n. 6.

k P. 4 c. 8 n. 5 et E.

49 nostris in ecclesiis *Pol, 2, 3.* — 50 corpus suscipere *Pol, 2, 3.* — 52 lectionibus *add. Po2, est Pol;* in *[seq.* docenda *obl.]* christiana... eos explicanda *[1 v. add.,* 'docenda' *add. et obl.]* quos *Pol.* — 53 approbauerit *1le. Pol; marg.* E *add. Po3,* Bb *1le.,* Cc *Pol, 2;* iis *add. Po3,* his *1le.* — 54 ✻ qui *El.* — 55 uidebitur *add. Po3,* uidebitur expedire *1le.* — 56 *Marg.* E *add. Po2,* Cc *1le.* — 58 esse *om. Pol, 2, 3.* — 60 *Verba* 'tria', 'vel duo ex illis', qu'od' e'o'rum *add. Pol,* media exerceantur omnes tres uel due partes uel que earum *1le.* — 61 exerceatur *add. Po2, om. Po3,* exerceantur *1le.* — 63 'praestari' *add. Pol,* aliis terre in qua uiuitur locis *1le.* — 64 qui suppremam curam habet in *1le. Pol;* conferre *add. Pol,* uidebitur expedire *1le.* — 65 priuatim proximum *add. Po2,* sigillatim hunc et illum *1le.* — 65-66 'ad... promouere' *add. Pol,* iuuare *1le.* — 66 *Primum* tum *add. Po2.* — 66-67 tum etiam... exercitiis *add. Po2,* et spiritualia exercitia impellendo *obl.; marg.* Dd *Pol, 2;* ✻ Spiritualibus *El.* — 68 *Marg.* F *add. Po2,* Dd *1le.;* 'plene' *et* iis *add. Po2,* spiritualia omnia non... hisque *1le.* — 70 tradenda sunt *marg. Pol, add. Po. Po2,* dari debent *1le.;* 'multos' *add. Pol,* complures *2le.,* multo plures extendi possunt [possint *pr.*] *1le.*

[4] Cf. *Monum. Ignat.* ib. I, 373-374; V, 657-660; VII, 256; IX, 535-536; *Chron.* II, 13-14.

[5] De conversationibus *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 179-180; IV, 506-511; *Fabri Monum.* 48-49, 63-65, 81; *Monum. Xaver.* I, 924-927, 665; *S. Franciscus Borgia* III, 187-191, 271-273; *Epist. Mixtae* I, 279-281; IV, 329-330, 573-575, 617-619; de exercitiis, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 111-113 (epistola ad Miona); XI, 471, 495; VI, 281; XII, 77, 141-142; ser. 4ª, I, 263; *Fabri Monum.* 22, 32-34, 639-640; *Lainii Monum.* II, 180-181; *Epist. Mixtae* II, 233-235; *Litt. Quadrim.* II, 14-16; III, 67-68 (de domo exercitiorum).

aliqua conscientiae examina et modi orandi (praesertim primus trium illorum, qui in Exercitiis proponuntur) ad multo plures etiam extendi possent; quivis enim bona praeditus voluntate ad haec idoneus erit.

---

9. Corporalibus etiam pietatis operibus [1] quantum spiritualia, quae maioris sunt momenti, permittent, quantumque vires patientur, incumbent; ut infirmis iuvandis, praecipue in xenodochiis eos invisendo et aliquos, qui eis inserviant, mittendo; et dissidentes ad concordiam revocando; sic etiam pauperes, ac in custodiis publicis detentos, quoad eius fieri poterit, per se sublevando † et ut alii sublevent curando'. Metiatur autem oportet Praepositi prudentia (qui maius Dei obsequium ac bonum universale semper ob oculos sibi proponet) quantum in huiusmodi rebus operae sit ponendum [6].

[1] *Sup.* c. 2, **E.**

G

G. *Nihilominus non convenit Societatem vel eius Domos aut Collegia cum aliqua Congregatione misceri: nec in ea ulli conventus agantur, nisi qui ad earumdem Domorum vel Collegiorum finem in divino obsequio fient.*

---

10. [m] In Collegiis et eorum ecclesiis fiet ex iis, quae de Domibus dicta sunt, quod fieri poterit; prout opportunum fuerit, iuxta Superioris (ut dictum est) arbitrium.

[m] P. 4 c. 8 n. 1.

11. [n] Qui talento praeditus ad scribendos libros communi bono utiles eos conscriberet; [o] in lucem edere non debet aliqua scripta, nisi prius Praepositus Generalis ea videat [p] et legi ac examinari

[n] P. 6 c. 2, **C.**
[o] P. 3 c. 1 n. 18 et P. 4 c. 6, **O.**
[p] C. 10 d. 11. C. 15 d. 9. C. 16 d. 15. C. 22 d. 20.

---

71 orandi, maxime *1le. Po1.* — 72 proponuntur *marg. Po1, add. Po. Po2,* docentur *1le.* — 73 uoluntate horum capax *1le. Po1.* — 74 etiam *add. Po3;* pietatis *add. Po1,* In corporalibus misericordiae *1le.;* spirituales *Po1, 2, 1le. Po3.* — 75-76 patientur [patiantur *pr.*] 'incumbent' *add. Po1,* sufficient, se impendent *1le.,* incumbent, uacabunt *marg. obl.* — 76 ut in *Po1, 2, 3;* iuuandis et *1le. Po2,* et *om. Po1;* eos inuisendo *add. Po1,* eis inuisendis *2le.,* eos inuisendo *1le.* — 77 aliquos *et* mittendo *obl. et rest. Po1,* aliquibus... mittendis *add. et obl.* — 78 reuocare curando *1le. Po1.* — 79 detentos *add. Po2, est Po1;* per se *add. Po1; marg.* Ee *Po1, 2.* — 80 * sublevent *E1;* prudentia *add. Po1,* sapientia *add. et obl.,* discretio *1le.* — 81 qui *add. Po2,* quae *1le.* — 82 in *add. Po1.* — 83 *Marg.* G *add. Po2,* Ee *1le.;* Societatem nec *Po1, 2, 3.* — 84 ulli *add. Po1,* eius *1le.* — 85 collegiorum utilitatem *Po1, 2, 3, E1, 2, 3.* — 87 iis *add. Po3,* his *1le.* — 88 prout *add. Po3,* quoad *1le.,* prout *Po2;* opportun'um fuerit' *add. Po1,* opportunitas se offeret *1le.* — 90 praeditus *add. Po1;* libros scribendos *Po1.* — 91 'non debet' *add. Po3,* non edere nisi *1le.,* non edere, *omisso* debet *ex oblivione Po2,* in lucem 'non' ed'at' *Po1,* edere non debet *1le.;* aliqua scripta *om. Po1, 2, 3, E1.* — 92-93 praepositus generalis [praeposito generali *1le. Po1*] eos videat, et ['eos... et' *add. Po1,* nisi *1le.*] aliorum etiam iudicio et censurae *[seq.* eos *obl. Po1]* subiiciat, ut *Po1, 2, 3, E1;* videat 'et approbet postquam duorum vel trium vel plurium doctrina et iudicio claro in ea facultate praeditorum subiiciat' *add. CompCl.*

---

[6] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 261-267 (decr. Innocentii III), 318, 363-365, 373; II, 634; VII, 680-681; *Po. Compl.* I, 256-263 (de morte ducis de Paliano); *Epist. Mixtae* V, 682-691 (inter captivos christianos); congregationes (compañías) S. Ignatii tempore, *Litt. Quadrim,* I, 97, 139-140, 232, 309-310; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, IX, 161; cf. Aicardo IV, 702 et 709.

faciat; ut, si ad aedificationem fore videbuntur, et non aliter, in publicum prodeant [7].

12. De iis, quae ad officia domestica et res alias magis particulares pertinent, [q] in Regulis Domorum dicetur: nec ulterius progrediemur circa missiones vel divisionem eorum, qui de Societate sunt, per vineam Domini nostri Iesu Christi.

[q] *Prooe. decla.* et P.4 c.10 n.6.

OCTAVA PARS.

DE IIS QUAE CONFERUNT AD EORUM, QUI DISPERSI SUNT, CUM SUO CAPITE ET INTER SE MUTUAM UNIONEM.

De iis, quae iuvant ad unionem animorum. Cap. I.

1. Quo difficilius est membra huius Congregationis cum suo
A capite et inter se invicem uniri, † quod tam diffusa in diversis mundi partibus inter fideles et infideles sint'; eo impensius quae iuvant ad unionem quaerenda sunt: quandoquidem nec conservari nec regi, atque adeo nec finem ad quem tendit Societas ad maiorem Dei gloriam consequi potest, si inter se et cum capite suo membra eius unita non fuerint. Dicetur ergo de iis, quae conferunt ad animorum unionem; deinde de iis, quae ad unionem personalem in Congregationibus vel conventibus pertinent: et quidem circa ani-

93 aedificationem facere iudi, *imp. v.* iudicabit, *Ile. Po1;* fore *add. Po3,* facturi *Ile.* — 93-94 'et non aliter' *et* 'prodeant' *add. Po1,* uidebuntur, in publicum edantur, et non aliter *Ile.* — 95 iis *add. Po3,* his *Ile.;* magis *om. Po1, 2, 3, E1.* — 1 dicetur *add. Po1,* uidebitur *Ile.* — 2 nostrorum *add. et obl. Po1.* — 1-3 ulterius circa... Christi progredi necesse erit *[2 vv. add. Po. Po1,* erit progrediendum *Ile.] Po1, 2, 3, E1.*

1 obtaua *Ile. Po1.* — 2 iis *add. Po3,* his *Ile., sic Il. 4, 11, 12;* ad vnionem *Ile. Po1;* dispersi *add. Po1,* sparsi *Ile.* — 3 'mutuam vnionem' *add. Po1,* inuicem *Ile.* — 5 Quod *Ile. Po1.* — 6 'inuicem' *add. Po1,* mutuo *Ile.;* * diffusa *E1;* tam seiuncta *Po1, 2, 3, E1;* se giunta *Ile. Po1,* sparsa *add. et obl.* — 8 sunt quaerenda *Po1, 2, 3;* conseruari potest *Ile. Po1.* — 9 regi nec (quod inde sequitur) finem *Po1, 2, 3, E1;* ad quam *Ile. Po1.* — 9-10 ad *et* Dei *add. Po3,* maioris diuinae gloriae *Ile.* — 10 membra inuicem *Ile. Po1.* — 13 conuentibus fieri *[1 v. add. Po. Po3,* celebrari *Ile.]* solitam pertinent *Po1, 2, 3, E1;* 'quidem' *add. Po1.*

[7] «Item inhibemus, ne de cetero aliquod scriptum novum extra ordinem publicetur, nisi prius examinatum fuerit diligenter per generalem ministrum vel provincialem» caet., *Constitutiones Narbonenses*, rubrica 6, inter *Opera S. Bonaventurae* t. VIII, p. 456, cf. et t. I, monum. 38bis, p. 287, n. 88; *Monum. Ignat.* ser. 1a, VI, 316-317, 407; VII, 60, 65, 99, 175, 181, 243, 262-263; VIII, 74, 278, 625; IX, 623-624.

morum unionem, quaedam ex parte subditorum, quaedam ex parte Superiorum, quaedam ex utrorumque parte iuvabunt [1].

Declarationes in octavam partem. In Caput I.

A. *Sunt, et aliae rationes, qualis est, quod ut plurimum litterati erunt, et gratia apud Principes et primarios viros ac populos non parum valebunt.*

---

2. Ex parte subditorum, iuverit, † magnam [a] turbam hominum ad Professionem non admitti; nec quoscumque, sed selectos homines, etiam inter Coadiutores formatos aut Scholasticos retineri'. Multitudo enim magna eorum, qui vitia sua non bene domuerunt, ut ordinem non fert, ita nec unionem, quae in Christo Domino nostro tam necessaria est, ut bonus status ac procedendi modus huius Societatis conservetur [2]. **B**

[a] P. 4 *Prooe.* A et P. 5 c. 2 n. 1 et 2 et P. 10 n. 7.

B. *Hoc autem non excludit numerum (licet magnum) eorum, qui erunt idonei, ut in Professos, vel Coadiutores formatos, vel Scholasticos approbatos admittantur; sed hoc eo spectat, ut commendatum habeatur, ne, qui tales non erunt, idonei (praecipue ad Professionem) facile censeantur: et cum bene observabitur quod in prima [3] et in quinta parte dictum est, satis erit. Qui enim huiusmodi*

---

14 'subditorum' *add. Po1,* inferiorum *1le.* — 15 utrisque profecta iuuabunt *Po1, 2, 3;* utrorumque profecta iuuabunt *E1.* — 16 'Declarationes... partem, De' iis *[1 v. add. Po2, om. Po3,* 'his' *1le.]* 'quae pertinent ad eorum qui' dispersi *[1 v. marg. Po1, add. Po. Po2,* 'sparsi' *1le.]* 'sunt cum suo capite et inter se mutuam' coniunctionem *[1 v. marg. Po1, add. Po2,* 'unionem' *1le.].* 'In primum caput, De' iis *[1 v. add. Po2, om. Po3,* 'his' *1le.]* 'quae iuuant ad animorum vnionem' *Po1;* De... coniunctionem *et* De... unionem *obl. Po2, non obl. Po3.* — 17-19 'Sunt... valebunt' *add. Po1.* — 17 'vt plurimum' *add. Po2, om. Po3,* fere *1le.; seq.* 'viri' *obl. Po1.* — 18 gratia ac fauore *1le. Po2;* 'ac' *add. Po1,* 'et' *1le.;* 'populos multum' *1le.,* 'poterunt' *(?) add. et obl.* — 20 'subditorum' *add. Po1,* inferiorum *1le.;* hominum *add. Po1.* — 21 electos *1le. Po2.* — 22 etiam *add. Po2,* dumtaxat *1le.* — 21-22 'quoscunque sed' elect'o's *[add. Po1,* personas alias nisi (quam *pr.*) electas *1le.,* electas 'etiam' inter *2le.]* 'homines ['viros' *2le.*] dumtaxat' inter *Po1.* — 23 'eorum' *add. Po1,* 'virorum' *2le.,* hominum dum, *imp. v.* dumtaxat *(?) 1le.;* 'bene domuerunt' *add. Po1,* bene edomita habent *1le.* — 24 ferre, ita... unionem potest [possunt *1le. Po3,* potest *Po1*] quae *Po1, 2, 3, E1.* — 25 tam est necessaria *Po1.* — 27-31 'Hoc... censeantur' *add. Po1.* — 27 autem *om. Po1, 2, 3.* — 28 'erunt... professos', *et* 'formatos' *add. Po1,* 'ad professionem vel vt sint coadiutores formati erunt idonei' *1le.* — 29-30 hoc [id *pr.*]... commendatum habeatur *add. Po2, om. Po3,* commendat *1le.* — 30 ne *om. Po2;* 'erunt tanquam' *1le. Po1.* — 31-32 in 2ª et 5ª *Po1, 2, 3,* in secunda et in quinta *E1, 2;* in prima et quinta *E3, Cong4* *. — 32-34 Qui... huiusmodi *[seq.* tales *obl. Po2]* essent, ut his locis traditur, *[4 vv. om. Cong4]* turba... potius multitudo selecta... esset [Qui...

---

* V. Appendices, n. 3. In folio impresso (quod ligatum est una cum exemplo ed. 3ae., *Instit. I,* 59, v. in Bibliographia n. 3) per errorem dicitur legendum «quod in 1 et in 8».

---

[1] Nota, unionem animorum fuisse primam rem a primis sociis affirmatam, quando alii ab aliis discedere et in dissitissimas terras abire debuerunt, cf. t. I, monum. 1, n. [3] p. 3. Haec pars conferenda est cum polanciana industria octava; cf. t. II, *Proleg.* c. 8, a. 2, § 3, c) n. 7, p. CLXXXIII, et *Po. Compl.* II, 758-763.

[2] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 444.

[3] Congregatio IV posuit *prima* pro *secunda,* quod erat prius, v. Appendices, n. 3, hujus tomi, et t. II p. 606 l. 55.

essent, turba existimari non deberent, sed potius gens electa, tametsi magna ea esset.

3. Et quia huiusmodi unio magna ex parte per obedientiae vinculum conficitur [4] [b] haec semper in suo vigore conservanda est: et qui foras ad laborandum in agro dominico ex Domibus mittantur, † quoad eius fieri potest, in eadem sint exercitati': [c] et hac in virtute, qui primas in Societate tenent, bono sui exemplo aliis praeluceant, uniti omnino cum suo Superiore; et prompte, humiliter et devote, ei obediendo persistant. [d] Qui autem tam egregium sui specimen in obedientia non dedisset, certe ei adiungi deberet socius, qui in ea magis esset conspicuus. Nam, ut plurimum, socius, qui in obedientia magis profecit, eum, qui minus in ea profecisset, cum divino favore in eadem iuvabit. Et alioqui, quamvis ad hunc scopum non tenderetur, ei, qui cum aliquo munere gubernandi mittetur, † [e] Collateralis socius (si Superiori videbitur, quod sic melius commisso muneri satisfaciet) adiungi poterit': qui sic se geret cum eo, qui aliis praeest, et ille invicem cum hoc, ut obedientia ac reverentia subditorum debilior erga Superiorem non reddatur; sed ille potius verum ac fidelem adiutorem et sublevatorem erga suam personam et aliorum, qui suae fidei commissi sunt, sibi datum esse in Collaterali experiatur [5].

[b] P. 3 c. 1 n. 23 et P. 6 c. 1.

C

[c] P. 4 c. 10 n. 4 et 8.

[d] P. 7 c. 2, F.

D

[e] P. 4 c. 17, B. C. 2 d. 86.

C. *Cum experimento compertum esset, aliquos ex iis, qui missi sunt, non recta incedere, quod ad obedientiam attinet: vel revocari debent, vel socii, qui in ea profecerint, eis adiungi, quamvis initio missi non fuissent.*

---

esset *add. Po2, 1le. ut Po1 infra*] *Po2, 3, E1;* Non enim turba existimari debet, sed multitudo selecta, licet magna *[2 vv. add.]* quae talis esset *Po1.* – 36 suo in uigore *Po1.* — 38 *Marg.* C *om. E3;* * in *E1.* — 39 'virtute' *add. Po1,* parte *1le.* — 40 praeluceant et uniti... superiore prompte *Po1, 2, 3, E1;* prompte null, *imp. v., 1le. Po1.* — 41 ac deuote *Po1;* 'persistant' *add. Po1,* maneant *1le.;* 'tam egregium' *add. Po1,* tantum *1le.* — 42 in hac obedientiae uirtute *1le. Po1.* — 43 socius *add. Po2;* esset *et* ut *add. Po3,* fuisset *1le.;* 'magis fuisset conspicuus' *add. Po1,* 'fuisset magis' *3le.,* dederit *2le.,* dedisset *1le.;* ut *add. et obl.* — 44 in ea profecisset *add. Po2.* — 45 ea *1le. Po1.* — 46 ad... tenderetur [teneretur *(?) pr.*] *add. Po1,* hoc non ageretur *1le.;* 'munere gubernandi' *add. Po3,* aliqua cura aliorum *1le.* — 47-48 socius adiungi poterit (si... satisfaciet) qui *Po1, 2, 3.* — 48 commissum *1le. Po1;* qui coll, [*imp. v.* collateralis] socius sic *1le. Po1.* — 49 'aliis praeest' *add. Po1,* curam habet *1le.* — 50-51 'non reddatur' *add. Po1,* debilior non reddatur *1le.* — 52 qui eius fidei *Po1, 2, 3.* — 53 in collaterali *om. Po1, 2, 3, E1;* 'datum esse experiatur' *add. Po1.* — 54-55 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 54 aliquos *add. Po2;* iis *add. Po2, om. Po3.* — 55 incedere *add. Po2.* — 54-55 esset, quod aliqui [aliquos *marg.*] ex his qui... incedunt [incedere *marg.*] *Po1.* — 56 adiungi *add. Po1,* mitti *1le.* — 57 missi *add. Po1,* adiuncti eis *1le.*

---

[4] Cf. t. I, monum. 1 et 2; *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 558, 620-622, 689; IV, 677; VIII, 151-152; IX, 321; XI, 276 caet.

[5] Officium collateralis confusum interdum est cum officio superintendentis, a quo tamen esse diversum clare ostendit P. A. Coemans S. I. in AHSI, 5 (1936) 293-295.

D. *Quamvis Collateralis obedientiae Praepositi vel personae illius, cui datur, non subdatur; debet tamen ei interius et exterius reverentiam exhibere, ac in ea reliquis, qui eius obedientiae subduntur, exemplum praebere. Debet itidem qua poterit diligentia eum, qui aliis praeest, iuvare in rebus omnibus ad ipsius officium pertinentibus, in quibus eius operam ille requiret.*

Quamvis etiam nulla de re interrogaretur, cum tamen animadvertet quod ei aliquid dici conveniat, quod ad personam aut res, quae sunt ipsius officii, pertineat; debet fideliter ea, quae oportet, ei referre, et cum libertate et modestia christiana quod sentiat, explicare. Propositis tamen suis rationibus et iis, quae ipsum movent, si Praepositus in sua contraria sententia persisteret; Collateralis proprium iudicium submittere et ei conformem se reddere debet, nisi tamen clarissime intelligeret illum errare: quod si accidet, ad Superiorem referre debet.

Curet etiam Collateralis unionem, quoad eius fieri poterit, subditorum inter se et cum suo Praeposito immediato; et inter eos velut angelus pacis incedat, et studium adhibeat, ut de superiore suo sic sentiant illumque ita ament, ut oportet [f] *quem Christi Domini nostri loco habent.*

[g] *Debet etiam certiorem reddere Superiorem suum Generalem vel Provincialem iis de rebus, quas vel ipse, vel is, cui Collateralis adiunctus est, commendaret: et* [h] *sponte sua etiam eius loco id faciat, cum per adversam corporis valetudinem, vel occupationes, vel aliquam aliam causam ille in hac parte officio suo deesset.*

Contra, Praepositus cum suo Collaterali nonnulla observare debet: ac primum, considerando, quod non ut subditus, sed ut auxilium et sublevamen ei datus est, peculiarem erga eum dilectionem

[f] P. 3 c. 1 n. 23 et P. 4 c. 10 n. 5 et P. 6 c. 1 n. 1, 2 et 3 et P. 7 c. 2 n. 1 et **A** et P. 9 c. 3 n. 20.

[g] *Inf.* n. 9 et P. 4 c. 17 n. 7.

[h] C. 1 d. 41.

---

59 subdatur *add. Po1,* subiaceat *1le.* — 63 desiderabit *add. et obl. Po1.* — 64 *Marg.* E *Po3, obl. Po2;* nulla de re *add. Po1,* nihil *1le.;* tamen *add. Po2, om. Po3;* animaduerteret *1le. Po1.* — 66 pertineant *1le. Po1.* — 67 ei *add. Po1;* quid in Domino sentiat *Po1, 3, 1le. Po2.* — 68 'et iis' *add. Po2, om. Po3;* quaeque ipsum *1le.* — 70-71 se *add. Po2, om. Po3;* ei conformem reddere debet *add. Po1, 1le. Po2,* cum eo conformare debet *1le. Po1.* — 71 illum errare *add. Po2, 1le. ut Po1;* clarissime [plane *marg.*] intelligeret quod ille errat *[1 v. add.,* decipitur *1le.] Po1.* — 72 ad... debet *add. Po1,* superiorem debet admonere *1le.* — 74 primario, supremo *marg. Po1;* 'et' *add. Po1.* — 75-77 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 75 studium adhibeat *add. Po2, om. Po3.* — 75-76 de... oportet *add. Po2.* — 77 habent *add. Po2; seq.* studium adhibeat *Po3, obl. Po2.* — 75-77 'incedat' [incedat *1le.*] et ut ament et *[2 vv. add.]* sentiant ut oportet de suo praeposito quem [cui *pr.*]... habent, 'studium adhibeant' *[2le. add.,* 'studere debent' *1le. add.] Po1.* — 79-82 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 79 iis *add. Po2;* quas uel illi uel *Po2, E1.* — 80 commendarent *Po1, 2, 3.* — 82 in re aliqua *Po1, 2, 3, E1.* — 79-82 his de rebus *[seq.* quas ei commendarunt quasque *obl.]* quas uel illi uel is... commendarent:... id *[1 v. add.]* faciat [suppleat *add. et obl. Po1,* supplere debet *Cong1.*]... 'aduersam' [malam *1le.*]... 'valetudinem' [aegritudinem *1le.,* habitudinem *2le.*]... in re aliqua offitio suo [eius *pr.*] deesset *[3 vv. add.,* deficeret *1le.] Po1.* — 83 Contra *add. Po1,* Vice uersa *1le.* — 85-86 erga eum *et* honorem *add. Po2, 1le. ut Po1,* atque utrumque *Po3, 2le. Po2;* peculiari honore et *[2 vv. add.]* dilectione eum complecti, eamque ipsam prae *Po1.*

et honorem prae se ferre debet; agatque cum eo familiariter, ut sit animosior ad ei dicendum quod sentit, commodiusque id faciat, ac videat qua in re eum iuvare possit. Curet etiam ut auctoritatem habeat, et diligatur ab inferioribus: eo enim utilius eius ministerio erga illos utetur.

Si qua occurrerint, quae difficiliora esse videantur, cum eo tractari oporteret, eius sententiam rogando, et ad dicendum quod sentit (etiam cum non interrogaretur) reducendumque sibi in memoriam quod ad suam personam et officium convenire videatur, exhortando. Et, auditis quae a Collaterali dicuntur, melius per se ipsum quod facto opus est, constituet.

Quod attinet ad exsecutionem sui officii, ad subditorum gubernationem utatur Collaterali, ut fideli ministro, in rebus maioris momenti; sive universales sint ad Domos, sive particulares ad quemvis ex Fratribus spectantes.

In iis, quae ad Praepositum Generalem pertinent eique debentur, utatur etiam eius opera: et in omnibus eo habeat loco eoque modo ipsi confidat, quo alteri sibi (dempta potestate) in spiritus unione in Christo Domino nostro.

Et animadvertendum est, duabus ex causis praecipue Collateralem adiungi debere. Prima est, quando in eo, qui cum praecipuo munere mittitur, maius auxilium desideraretur, propterea quod non sit magnopere versatus et exercitatus in huiusmodi gubernatione, vel propter alias causas, quamvis eius desideria et vita ad maiorem Dei gloriam sint valde approbata. Secunda, quando aliquis ex eis quos secum est habiturus, huiusmodi esset, ut existimaretur minus profecturus, si sub eius, qui praeest, obedientia constituatur, quam si ut socius adiungeretur; dummodo talentum ad eumdem iuvandum haberet.

---

4. [i] Ad eamdem obedientiae virtutem ordo bene observatus inter ipsos Superiores, quorum alii aliis subduntur, et inferiorum

[i] *Inf.* n. 6 et P. 4 c. 10 n. 5 et P. 10 n. 9.

86-19 *Verba* sit animosior... haberet *et* 33-40 Cum... observabitur *et* 45 Separare... dimittendo *om. Po2, amisso folio.* — 87-88 faciat 'ac videat' *add. Po1,* facere ac uidere *Ile.* — 89 'inferioribus' *add. Po1,* subditis suis *Ile.* — 91 Si quid *Ile. Po1,* Si quae *Po3.* — 93 sentit, exhortando *Ile. Po1.* — 94 ad personam et officium suum *Po1, 3;* 'adhortando' ['exhortando' *pr.*] *add. Po1.* — 3 collateralis fideli ministerio *Po1, 3.* — 6 his *Po1, 3.* — 8 'alteri sibi' *et* 'potestate' *add. Po1,* sibi ipsi... auctoritate *Ile.* — 8-9 spiritus *[seq.* unionem *obl.]*... 'vnionem' *Po1.* — 10-15 est quod duabus in occasionibus praecipue collateralis adiungi debet [debere *marg. Po1*]. Prima... praecipuo munere *[2 vv. add. Po1,* summa cura *Ile.]* mittitur, quod non sit magnopere *[seq.* exer, *imp. v. obl. Po1]* versatus et *[seq.* experimento *obl. Po1]* exercitatus... quamuis... approbata [quamuis... approbata *add. Po1*] multo maior profectus [maius auxilium *Po3*] desideraretur. Secunda *Po1, 3.* — 16-17 existimaretur quod... proficeret [profecturus *marg.*] si *Po1.* — 17 qui praeest *om. Po1, 3.* — 18 dummodo *add. Po1,* et *Ile.* — 20 uirtutem pertinet *Ile. Po1.*

erga illos, pertinet; ita ut singuli, qui in aliqua Domo vel Collegio versantur, ad suum Praepositum localem seu Rectorem recurrant, et per eum in omnibus regi se sinant. Eis autem qui per provinciam aliquam variis in locis disiuncti manent, ad Provincialem Praepositum [j] vel alium localem viciniorem erit recurrendum, prout eis iniunctum fuerit. [k] Omnes vero Praepositi locales vel Rectores crebra communicatione cum Provinciali utantur, et iuxta eius arbitrium in omnibus se gerant. Eodem modo Praepositi Provinciales cum Generali se habebunt. † Sic enim, [l]subordinatione conservata', unio, quae in ea quam maxime consistit, aspirante gratia Dei, conservabitur [6]. E

[j] P. 7 c. 3, A.
[k] P. 9 c. 6 n. 2.
[l] P. 2 c. 1 n. 2.

E. *Cum particularibus ex causis Praeposito Provinciali magis convenire ad divinum obsequium videretur, ut aliquis ex iis, qui in Domibus vel Collegiis versantur, sibi immediate subsit; potest ab obedientia Rectoris vel Praepositi localis eum eximere. Et sic Generalis quosdam ex privatis et Praepositis localibus vel Rectoribus suae obedientiae proxime reservare posset. Ut plurimum tamen praedicta obedientiae subordinatio eo melior erit, quo perfectius observabitur.*

---

5. [m] Si quis divisionis vel dissensionis eorum, qui una vivunt, inter se vel cum suo capite [n] auctor esse cerneretur; diligentissime ab ea congregatione, velut pestis, quae eam potest summopere inficere, si praesens remedium non adhibeatur, † separandus est' [7]. F

[m] P. 2 c. 2, D.
[n] C. 5 d. 15, 54.

F. *Separare, intelligendum est, vel omnino a Societate dimittendo, vel in alium locum transferendo, si hoc sufficere videretur, et ad divinum obsequium ac commune bonum iudicio illius, qui curam eius habet, magis conveniret.*

---

22 'pertinet' *add. Po1;* in singulis *1le. Po2,* ut singuli *Po1.* — 23 localem uel particularem seu *1le. Po3;* 'vel... seu' *add. Po1,* 'vel immediatum' *2le.,* uel *1le.* — 24 'Eis autem' *add. Po1,* Qui autem *1le.* — 25 aliquam *add. Po1;* disiuncti *add. Po1,* uario in loco diuisi *[seq.* sunt *obl.] 1le.* — 26 uel ad alium *1le. Po3;* 'erit recurrendum' *add. Po1,* recurrat *1le.* — 28-29 et iuxta... gerant *add. Po1,* ac eius arbitrio in omnibus gubernentur *1le.* — 30-31 subordinatione *add. Po1,* ordo conseruatus unionem *1le. imp.* — 33 *Marg.* E *om. Po3;* Cum in particularibus occasionibus praeposito *Po1, 3.* — 34 ex his *Po1, 3.* — 35 sibi proxime subsit *Po3;* suae obedientiae immediate [potestati proxime *marg.*] subesset *Po1.* — 37 ex particularibus *Po1,* priuatis *marg.* — 38-40 suae immediatae obedientiae posset reseruare. Uerumtamen *[seq.* ut *obl.]* plurimum dictus ordo quo exactius obseruabitur, magis probari debet *Po1.* — 38 praedictae *Po3.* — 41 diuisionis uel *add. Po3,* dissensionis uel simultatis *1le.;* dissensionis *[add.,* diuisionis *1le.]* 'vel simultatis' ['seditionis' *2le.,* at, *imp. v.* atque *(?), 1le.*] eorum *Po1;* 'vna' *add. Po1,* simul *1le.* — 43 summopere potest *Po1, 2.* — 44 'si... est separandus' *Po2, add. Po1,* congregatione separandus uelut... eam si remedium cito non adhibeatur summopere potest inficere *1le.* — 45 *Marg.* F *Po1, 3.* — 45-46 dimittendo si non resipisceret *[1 v. add. Po1, seq.* se emendaret *add. et obl.,* proficeret *1le.]* uel... transferendo [transmittendo *marg. Po1*] *Po1, 3.* — 48 magis *add. Po2, om. Po3.*

---

[6] *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 688-689; II, 55-56; IV, 680; *Epist. P. Nadal* II, 154.
[7] V. causam Francisci Zapata, *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 629-645.

6. Ex parte Praepositi Generalis quae ad hanc unionem ani-
G morum conferent, † sunt eae dotes, quibus (ut [o] in nona parte di-
[o] P. 9 c. 2. cetur) eum exornari oportet'[8]: quibus cum praeditus fuerit, erga omnia membra Societatis suo fungetur officio, capitis videlicet, a quo in illam influxus, ad praefixum ipsi finem necessarius, descen-
[p] *Sup.* n. 4 et P. 5 c. 1, **A** et P. 9 c. 3 n. 1 et 10. dat. [p]Et sic a Generali Praeposito, ut a capite, universa facultas Provincialium egrediatur, ac per eos ad locales, per hos autem ad singulares personas descendat. Sic etiam ab eodem capite, (vel saltem eo suam facultatem communicante et rem approbante) missiones procedant. De communicatione gratiarum Societatis tantumdem
[q] P. 2 c. 1 n. 2. sit dictum: [q]quo enim magis inferiores a suis Superioribus pendebunt, eo melius amor, obedientia atque unio inter eos retinebitur[9].

[r] P. 9 c. 2 n. 2 et 9 et c. 6, **A**. **G.** *Iuvabit* [r]*etiam in primis, inter alia* Dei *dona, bona existimatio et auctoritas erga subditos, et habere ac prae se ferre dilectionem et curam illorum; ita ut subditi sibi persuadeant, suum Superiorem scire, velle et posse bene ipsos in Domino gubernare. Ad quod, sicut ad alia multa, conferet, secum viros, qui con-*
[s] P. 9 c. 5 n. 2 et c. 6 n. 10 et 11. *silio polleant, habere (ut* [s]*in nona parte dicetur) quorum opera in iis, quae statuenda sunt ad bonum Societatis progressum, in his atque illis locis ad* Dei *gloriam uti possit.*

Conferet etiam, circumspecte et ordinate praecipere, eo modo curando subditos in obedientiae officio continere, ut Superior omni
[t] P. 3 c. 1, N. *benevolentia, et modestia, et* [t]*charitate in Domino, quod in ipso est, utatur; ita ut subditi se potius ad dilectionem maiorem, quam*

---

49 hanc *add. Po1.* — 50 * eae *E1;* eae dotes *add. Po3,* ea Dei dona *[seq.* quae *obl.]* quibus *1le.* — 50-51 dotes, quibus... eius personam exornari *3le. Po1,* quae... exornare *2le.,* quae... exornant *1le.* — 51-51 *1le. Po3 ut Po2 infra.* — 52 suo... uidelicet *add. Po3.* — 53 illam *add. Po3.* — 51-54 quibus cum *[1 v. add. Po. Po1]* praeditus fuerit *[1 v. add. Po. Po1]* suo capitis videlicet *[1 v. add. Po2[* officio *[seq.* fungetur *obl. Po1]* erga... Societatis, a quo in *[seq.* omnia *obl. Po1]* illa influxus *[seq.* qui *obl. Po1]* ad... nccessarius *[1 v. add. Po. Po1,* requiritur *obl.]* descendat fungetur *[1 v. add. Po. Po1] Po1, 2.* – 54-55 'facultas' prou.ncialium *add. Po1,* auctoritas prouincialium *2le.,* in prouinciales *1le.* — 56 uel certe *Po1, 2, 3, E1.* — 57 'suam... rem' *add. Po1,* 'suam auctoritatem' *3le.,* de sua commissione *2le. imp.,* iniungente et *1le.* — 58 Et de *1le. Po1;* 'gratiarum' *[seq.* 'vel' *add. et obl.] add. Po1,* facultatum *1le.* — 59 'enim' *add. Po1,* magis 'enim' *2le.,* ut quo magis inferiores *1le.;* suis *om. Ant. sqq.* — 60 'retinebitur' *add. Po1,* conseruabitur *1le.* — 63 'et' *add. Po1.* — 64-65 *1le. Po2 ut Pol infra.* — 64-65 persuadeant, ipsorum superiorem *Po2, 3.* — 65 *Vv.* scire, uelle, posse *add. Po2;* bene eosdem *Po2, 3.* — 64-65 persuadeant quod ipsorum superior scit [scire etc. *marg.*] uult et potest bene eosdem in *Po1.* — 68 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.* – 69 possit *add. Po2,* possint *1le.* — 72 beneuolentia et *add. Po1,* charitate *1le.* — 72-73 quod 'in... est' *add. Po2, om. Po3,* quoad eius fieri poterit *1le.*

---

[8] In t. I, monum. 38[bis], p. 294, n. 140, indicatur agendum de dotibus praepositi generalis; cf. et *Monum. Ignat.* ser. 1[a], I, 236-238, 277-282, 410, 415-423, 589, 648; ser. 4[a], I, 195-196, 449-451.

[9] In *Proleg.* t. I, c. 3, a. 8, p. CCXXI n. 5, notavimus rationem, qua facultates a summis pontificibus praeposito generali, et per illum sociis concessae sunt.

ad timorem suorum Superiorum possint componere; quamvis aliquando utrumque sit utile: eorum etiam arbitrio aliquid relinquendo, cum probabile videbitur, quod eos id iuvabit: aliquando etiam eis ex parte aliquid indulgendo et compatiendo, cum videretur id posse magis convenire.

---

7. Et ut locus magis conveniat ad communicationem capitis cum suis membris, conferre plurimum potest ut † Praepositus **H**
[u]Generalis magna ex parte [v]Romae resideat', ubi cum aliis omnibus locis Societatis faciliori utetur commercio. † Provinciales itidem in iis locis diutius versabuntur, unde cum inferioribus et cum **I**
Superiori Praeposito commoda fuerit communicatio', quantum in Domino id effici poterit.

H. *Poterit nihilominus subditos aliis in locis, prout occasio et necessitas occurrerit, [x]visitare; et prope Romam aliquando habitare, prout ad maiorem Dei gloriam fore iudicaverit.*

I. *De visitatione [y]Praepositi Provincialis eadem erit ratio, atque Generalis; poterit enim id facere, cum videbitur ad Dei maius obsequium fore, estque id valde proprium eius officii. Cum tamen aliquo in loco diutius est ei residendum, si fieri potest, locum eligat, ex quo cum subditis et cum Generali crebra communicatione litterarum uti possit.*

---

8. [z]Praecipuum utriusque partis vinculum ad membrorum inter se et cum capite suo unionem, amor est Dei ac Domini nostri Iesu Christi, cum cuius divina ac summa bonitate, si Superior et inferiores valde uniti fuerint, perfacile inter seipsos unientur: idque per eumdem illum amorem fiet, qui a Deo descendens, ad omnes proximos ac peculiari ratione ad corpus Societatis pertinget. [a]Charitas itaque, et ut in universum dicatur, omnis probitas ac virtus, qua iuxta spiritum procedatur, ad unionem ex utraque parte iuva-

[u] C. 1 d. 85.
[v] *Inf.* c. 5 n. 1.
[x] C. 1 d. 85.
[y] C. 1 d. 111. C. 27 d. 278.
[z] P. 10 n. 9.
[a] P. 10 n. 2 et 9.

---

74 ad *add. Po2, om. Po3;* disponere *add. et obl. Po1.* — 75 'eorum... arbitrio' *et* 'relinquendo' *add. Po1,* 'relinquendo' *add., obl. et rest.,* eisdem etiam aliquid committendo *1le.* — 77 parte aliquid condonando *[2 vv. add. Po. Po1,* consentiendo *1le.]* et *Po1, 2, 3, E1.* — 80 conferre... ut *add. Po2,* conferet plurimum si *1le.* — 81 * Romae *E1.* — 84 commoda *add. Po3,* commodior *1le.* — 85 effici *add. Po1,* prestari *2le.,* fieri id *1le.* — 86 Poterit nihilominus *add. Po1,* Potest tamen ut *1le. (?).* — 87 occurrerit, possit *et* Romam suis t *[imp. v.* temporibus] *1le. Po1;* aliquando *add. Po2, om. Po3,* ad tempus *1le.* — 89 atque *add. Po2, om. Po3,* ac *1le.* — 90-91 obsequium id fore *Po1, 3, 1le. Po2.* — 91 id *et* proprium *et* officii *add. Po2, om. Po3,* cousentaneum [proprium *add. et obl. Po1*] eius offitio [offitium *1le. Po1*] *1le.* — 92 est... residendum *add. Po1,* ualet residere *1le.* — 1 suo capite *Po1, 2.* — 2 Jesu Christi *add. Po1.* — 4 fiet *add. Po3.* — 5 ac... ratione *et* 'pertinget' *add. Po1,* ac precipue... descendet *1le.,* pertingat *1le. Po2;* Charitatis *1le. Po2, 3,* Charitas *Po1.* — 5-6 Charitatis... probitatis *1le. Po2,* Charitas... probitas *Po1.* — 6 in uniuersum *[2 vv. add. Po3,* uniuerse *1le., add. Po1,* in genere *1le.,* in uniuersum *add. et obl.]* dicam *Po1, 2, 3.* — 7 spiritum Dei *[1 v. add. Po. Po1] Po1, 2, 3, E1.*

bit; et (quod inde sequitur) omnis rerum temporalium contemptus,
[b] *Prooe. declar.* et P. 3 c. 1 n. 18 et P. 10 n. 9. in quibus sui ipsius amor, gravissimus huius unionis ac boni universalis hostis, errare solet. [b] Multum etiam conferet consensio, tum
K in interioribus, † ut est doctrina', iudicia ac voluntates, quoad eius fieri poterit; tum etiam in exterioribus, ut est vestitus, caerimoniae
[c] *Exa.* c. 5 n. 7 et P. 4 c. 8 n. 2. [c] Missae et reliqua, quantum personarum et locorum et ceterorum varietas permittet [10].

[d] P. 4 c. 5 n. 4 et c. 14 n. 1. **K.** [d] *Cum iis, qui adhuc litteris operam non dederint, curandum est, ut omnes (ut plurimum) eamdem doctrinam, quae in Societate fuerit electa ut melior et convenientior Nostris, sequantur. Qui autem studiorum cursum iam peregit, advertat, ne opinionum diversitas coniunctioni charitatis noceat; et, quoad eius fieri poterit, doctrinae in Societete communiori se accommodet.*

L 9. [e] Magnopere etiam iuverit, † litterarum ultro citroque missarum inter inferiores et Superiores frequens commercium'; et crebro
M alios de aliis certiores fieri, † ac audire quae ex variis locis ad aedificationem'
N † et eorum, quae geruntur, cognitionem, afferuntur': cuius rei Superioribus, ac praecipue [f] Generali et Provincialibus
[e] *Sup.* **D** et c. 2, **B** et P. 4 c. 17 n. 7 et **L** et P. 7 c. 2 n. 2 et **H** et P. 10 n. 9. cura erit; eo constituto ordine, ut quovis in loco, quae ad mutuam consolationem et aedificationem in Domino faciunt, ex aliis sciri possint [11].

[f] C. 4 d. 38. **L.** *Praepositi locales vel Rectores, qui sunt in aliqua Provincia, quique missi sunt ad fructum in agro Domini curandum, Praeposito suo Provinciali singulis hebdomadis, si fieri potest, scribere*
[g] P. 9 c. 6, **A.** C. 2 d. 54. C. 27 d. 291. *debent; et* [g] *Provinciales et alii, Generali singulis hebdomadis, si*

---

8 'inde' *add. Po1,* ex hoc *1le.* — 9 'sui ipsius' *add. Po1,* proprius *1le.* — 9-10 grauissimus *et* 'hostis' *add. Po1,* infestissimus *add. et obl.,* summus hostis *1le.* — 10 errare [aberrare *pr.*] *add. Po3,* perturbari *1le.;* ordinem perturbare *1le. Po2;* 'conferet consensio' *add. Po1,* coniunctio, consensio, simili *[imp. v.] add. et obl.,* conferre poterit conformitas *1le.* — 11 * in *E1; marg.* K *om. E3;* ut *add. Po1,* id *1le.;* iudiciis *(?)* ac uoluntatibus *1le. Po1.* — 13 personarum, locorum *E4[b].* — 13-14 et caet. *Po3,* etc. *1le.* — 15 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.;* adhuc... dederint *add. Po2,* non absoluerunt *[1 v. add. Po1,* confecerunt *1le.]* sua studia *1le.* — 16 ut *add. Po2, om. Po3.* — 17 electa, sequantur *1le. Po1.* — 18 'opinionum' *add. Po1.* — 19 'coniunctioni' *add. Po2,* vnioni *1le.,* uinculo *marg. Po1.* — 21 *Om.* 9 *et ponit* K *pro* L *marg. E3;* inuerit *add. Po1,* conferet *1le.* — 22-23 'commercium' *et* 'alios de aliis' *add. Po1,* communicatio *2le.,* frequentatio... hos de illis *1le.* — 23 certiores facere, audire *1le. Po2 (?), abrasa charta,* fieri *Po1;* * quae *E1;* locis *add. Po1,* partibus *1le.* — 24 * cognitionem *E1;* 'eorum... cognitionem' afferuntur *add. Po1,* informationem, adducuntur *1le.* — 26 eo ubique *1le. Po1.* — 27 ex omnibus aliis *1le. Po3.*

---

10 Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], I, 507, 537, 659; III, 502-503; VII, 587-588; VIII, 68; XI, 227-228; ser. 4[a], I, 436, n. 78, 517-518; *Monum. Xaver.* I, 476 (Societas amoris); *Fabri Monum.* 145-149.

11 Cf. *Monum. Ignat.* ser. 1[a], I, 536-541, 542-549; II, 675-677; IV, 563-564; *Fabri Monum.* 44, 106-107, 135, 179; *Monum. Xaver.* I, 208, 237, 239-240, 295, 310, 313, 320, 481-482 (genu flexo scribit).

vicinus fuerit: si autem in regno diverso resident, ubi desit ea commoditas, tam privati ad fructificandum missi (ut dictum est) et Praepositi locales et Rectores, quam Provinciales singulis mensibus semel Generali scribent; qui curabit ut eisdem, saltem Provincialibus, semel singulis mensibus scribatur. Ipsi vero Provinciales, Praepositis localibus, et Rectoribus, et privatis personis, quibus opus erit, semel etiam singulis mensibus scribi curabunt; et utrimque crebrius iuxta occasionum in Domino occurrentium rationes.

M. *Ut autem res Societatis ad aedificationem pertinentes communicari omnibus possint, hanc formulam sequi oportebit. Qui sub uno Provinciali sunt, ex diversis Domibus vel Collegiis scribant* [h] *quarti cuiusque mensis initiis litteras quae solum ea, quae ad aedificationem faciunt, contineant: et alterum earum exemplum lingua vernacula illius provinciae; alterum, latina scriptum sit: et mittant utrumque duplex Provinciali, ut mittat alterum exemplum utraque lingua* [i] *Generali cum aliis suis litteris, ubi referat quod notatu dignum vel ad aedificationem fuerit, si particulares id omiserunt. Ex altero vero exemplo tot alia exscribi curet, ut ad certiores reddendos alios de sua Provincia satis sint. Si multum temporis consumeretur mittendis huiusmodi litteris Provinciali, Praepositi locales et Rectores possunt litteras suas latina et vernacula lingua scriptas recta ad Generalem, et earum exemplum Provinciali destinare. Poterit etiam Provincialis, cum ei visum fuerit, quibusdam ex localibus iniungere, ut certiores reddant alios eiusdem Provinciae, transmissis ad eos earumdem litterarum, quae ad Provincialem mittuntur, exemplis.*

Ut tamen quae in una Provincia geruntur, in alia sciantur; curabit Praepositus Generalis ex litteris, quae a Provinciis mittuntur, tot exempla exscribenda, quot satis sint, ut omnes alii Provinciales certiores reddantur: illorum vero quisque exscribi in suae Provinciae usum curabit.

[h] C. 2 d. 37. C. 7 d. 91. C. 27 d. 291.

[i] C. 4 d. 38.

---

33 'autem' *add. Po1*, et si *1le.* — 34 tam 'singulares personae' *[add. Po1*, particulares *1le.*, singuli *marg.]* ad... missae *Po1, 1le. Po2;* 'priuati' *et* missi *add. Po2*, singuli *Po3, 2le. Po2.* — 35 singulis quibusque *Po3, 1le. Po1, 2.* — 36 eisdem scribatur *1le. Po1.* — 38 'priuatis personis' *add. Po1*, 'priuatis hominibus' *3le.*, singulis *2le.*, particularibus *1le.* — 40 iuxta *add. Po2*, per *Po3, 1le. Po2;* crebrius pro... ratione *Po1.* — 41 autem *add. Po1.* — 43 uno *add. Po2, om. Po3*, aliquo *1le.* — 44 quarti... mensis *add. Po2, om. Po3*, singulis quatuor mensium *1le.* — 45-47 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 46 scriptum *add. Po2, om. Po3.* — 47 duplex *add. Po2, marg. Po1.* — 45-48 exemplum in lingua... alterum in latina eiusdem tenoris [argumenti *marg. Po1*, rationis *Po3, add. et obl. Po2*] sit... utrumque duplicatum... exemplum in utraque lingua *[seq.* cum al, *imp. v., obl. Po1] Po1.* — 49 si *[add. Po1*, quod *1le.]* particulares praepositi uel rectores id *[1 v. add. Po2, om. Po3*, particularibus praepositis uel rectoribus *1le. Po1]* omiserunt *[1 v. add. Po. Po1*, non attingunt *1le.] Po1, 2, 3, Et.* — 52 praepositi *add. Po2, om. Po3.* — 53 'scriptas' *add. Po1.* — 54 'destinare' *add. Po1*, generalem destinare *1le.* — 59 'curabit' *add. Po2, marg. Po1*, ordinabit *1le.* — 60 excribenda *add. Po2, marg. Po1*, excribi *1le.* — 61 illorum *et* exscribi *add. Po2, om. Po3*, illi uero excribi *[seq.* in usu *obl. Po1]* quisque in *1le.;* describi quisque *Po3, 1le. Po2.*

Cum magnum inter duas Provincias commercium esset, ut inter Lusitaniam et Castellam, Siciliam et Neapolim, Provincialis unius posset Provinciali alterius exemplum litterarum Praeposito Generali missarum transmittere.

N. *Ad clariorem omnium cognitionem, quarto quoque mense* [j] *mittatur Praeposito Provinciali ex singulis Domibus vel Collegiis brevis catalogus, isque duplex, omnium, qui in ea Domo sunt; quique etiam post ultimum catalogum missum usque ad id tempus quo scribitur, desint, vel quod mortui fuerint, vel alia quavis causa,* [k] *breviter perstringendo dotes uniuscuiusque.* [k] *Et Provincialis eodem modo singulis quadrimestribus exemplum catalogorum cuiusvis Domus et Collegii Generali trasmittet. Ita enim melius intelligentur quae ad personas attinent, meliusque totum Societatis corpus ad* DEI *gloriam regi poterit.*

[j] C. 2 d. 48, 54. C. 27 d. 291.

[k] P. 9 c. 6 n. 3.

QUIBUS IN CASIBUS CONGREGATIO GENERALIS FIERI DEBEAT. CAP. II.

1. Ad unionem personalem ut veniamus, quae in Congregationibus Societatis fit; considerandum est, quibus in casibus, qui, et per quem; ac itidem quo in loco, quo tempore et modo debeant congregari; et id definiri, de quo in Congregationibus agetur[1]. Et ut declaretur primo loco, quibus in casibus Congregatio et Conventus generalis fiat; [a] illud in primis suppositum sit, quod non videtur in Domino in praesentiarum expedire, † ut certis temporibus' aut [b] crebro fiat: quoniam Praepositus Generalis, † adiutus communicatione, quam cum universa Societate habet, et [c] eorum opera, qui cum ipso degent', hoc laboris et distractionis universae Societati, quantum fieri poterit, adimet. Aliquando tamen congregari

[a] C. 27 d. 240.

A

B

[b] *Inf.* c. 4 n. 2 et P. 9 c. 1, **C.**

[c] P. 9 c. 2 n. 10 et c. 6 n. 7 etc.

65 generali *add. Po2.* — 66 'missarum' *add. Po1,* ipsarum, *sic, 1le.* — 67 'cognitionem' *add. Po1,* informationem *2le.,* notitiam *1le.* — 69-71 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 69 duplex *add. Po2,* ea *om. Po3.* — 70 catalogum *add. Po2, om. Po3.* — 71 desint *add. Po2, om. Po3.* — 69-71 isque duplicatus [duplex *marg.*] omnium qui in eiusmodi domo sunt... ultimum missum usque... scribitur *[6 vv. add.]* absunt uel *[seq.* mortis *obl.] Po1.* — 72 dotes *add. Po1,* qualitates *add. et obl.,* uniuscuiusque partes *1le.;* prouincialis itidem eodem *Po1, 3, 1le. Po2.* — 74 et *add. Po2, om. Po3,* seu *1le.;* enim *add. Po2, om. Po3;* Et ita *1le. Po1.*

3 *Om.* 1 *E2;* vt ueniamus *add. Po1,* ueniendo *1le.* — 4 casibus debeat congregari *1le. Po1,* occasionibus *add. et obl.* — 5 quem debeant congregari *1le. Po1.* — 6 'id' *add. Po1,* definiri id *1le.* — 7 *Secundum* et *add. Po3,* uel *1le.* — 8 'imprimis' *add. Po1,* enim *1le.* — 9 *Marg.* O *Po1, 2;* * certis *E1.* — 9-10 temporibus nec *Po1, 2, 3,* temporibus uel *1le. Po2.* — 10 *Marg.* P *Po1, 2;* * communicatione *E1.* — 11-12 ipso *add. Po3,* eo *1le.;* opera... eo degunt *add. Po2,* consilio eorum qui ei assistunt *1le.;* degunt *E1.* — 13 'adimet... congregari' *add. Po1,* adimet. In quibusdam occasionibus *1le.*

[1] De hac re indicatur deliberatio in t. I, monum. 38bis, pp. 280 et 289, nn. 32 et 99; 38quater, pp. 320-322, nn. 7-14.

omnino erit necessarium, ut ad electionem Praepositi Generalis; sive eligendus sit, qui in demortui locum succedat, sive aliquam ob causam ex iis, propter quas Generalis a suo officio absolvi potest, ut [d] postea dicetur.

[d] P. 9 c. 4 n. 7 et c. 5 n. 4.

In Caput II.

A. *Cuiusmodi esset* [e] *tertio aut sexto quoque anno, plus minus.*

[e] C. 2 d. 19. C. 4 d. 7. C. 5 d. 30. C. 7 d. 9.

B. [f] *Huiusmodi communicatio fit per transmissas litteras, et personas, quae ex Provinciis venire debent; saltem unus ex singulis earum,* [g] *tertio quoque anno, et ex Iudiis, quarto, electus Professorum et Rectorum illius Provinciae suffragiis, ad certiorem multis de rebus faciendum Praepositum Generalem. Possunt etiam per huiusmodi communicationem, cum opus fuerit, intelligi sententiae eorum, quos Praepositus Generalis in universa Societate melius sensuros iudicabit. Et sic, adhibitis eis, quos apud se habet consilii gratia, multa constituere sine Cogregatione totius Societatis poterit: quandoquidem magna ex parte Congregatio ideo ad bene constituendum iuvare solet, quod vel rerum maior cognitio habetur, vel quod conveniunt aliqui eminentiores viri, qui dicunt quod sentiunt. Id autem multis in casibus sine Congregatione Generali, ut dictum est, transigi potest.*

[f] *Sup.* c. 1 n. 9 et L et P. 9 c. 6, A.

[g] C. 2 d. 19, 75. C. 4 d. 41.

---

2. Altera causa est, cum deliberari oportebit † de rebus perpetuis ac magni momenti': quales essent (verbi gratia) [h] Collegia vel Domos dissolvere aut alio transferre; vel res admodum difficiles ad universam Societatem spectantes, vel rationem procedendi in illa pertractare ad maius divinum obsequium [2].

C

[h] P. 4 c. 2 n. 3 et c. 10 n. 2 et c. 11 n. 2 et P. 9 c. 3 n. 5, 17 et 18. C. 27 d. 281.

---

14 ut cum erit de electione... generalis agendum *Po1, 2, 3, E1.* — 15-17 siue qui subrogetur alteri praeposito quem cedere officio propter aliquam causam *[seq.* de quibus *obl. Po1]* ex iis *[1 v. add. Po3,* his *1le.]* quae postea dicentur, conueniat *Po1, 2, 3, E1.* — 18 *Seq.* Quibus in casibus congregatio generalis fieri debeat *obl. Po2, non obl. Po1, 3.* — 19 *Marg.* A *add. Po2,* O *1le.;* anno *add. Po2, om. Po3,* mense *1le.* — 20 *Marg.* B *add. Po2,* P *1le.* — 22 Indiis *add. Po2, om. Po3,* India *1le.* — 24-27 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 24 Possunt etiam *add. Po2.* — 25 cum... fuerit *add. Po2, om. Po3.* — 24-27 Per huiusmodi communicationem possunt etiam intelligi... iudicabit, cum opus fuerit, 'exquirendae'. Et *Po1.* — 27-28 consilii gratia *add. Po1,* conferendi gratia *2le.,* ad conferendum *1le.* — 29 'ideo' *add. Po1.* — 30 'quod ...habetur' *add. Po1,* uel notitiae [notiae *ms.*] maioris que habetur gratia *1le.* — 30-31 vel quia *1le. Po1.* — 31 'dicunt' *add. Po1,* quod sentiunt dicant *1le.* — 32 'Id autem' *add. Po1,* quod *1le.;* 'vt' *add. Po1.* — 34 casus *add. et obl. Po1;* deliberare *Po1, 2; marg.* Q *Po1, 2;* * rebus *E1.* — 36 domus *Po1, 2, Fl, Ro;* tollere *add. et obl. Po1;* transferre uel obscuras et difficiles controuersias *[1 v. sup.] 1le. Po1;* 'admodum' *add. Po3,* obscuras et *1le.* — 37-38 uel eam rationem *[seq.* 'in ea' *add. et obl. Po1]...* in illa *[2 vv. add. Po. Po1]* quae ad implendam Dei uoluntatem commodissima uideatur [uideantur *1le. Po1*] explicare et constituere *Po1, 2, 3, E1.*

---

[2] Ut de Constitutionibus agerent, convenerunt Romam gravissimi Patres ab Ignatio vocati, a. 1550 et 1551, v. t. I, p. LXXVII.

C. *Non res perpetuae quaevis satis sunt, ut generalis Conventus iudici debeat, nisi maioris momenti sint. Aliquae tamen magni momenti, licet non perpetuae, satis essent.* [i] *Hoc autem discernere et statuere Praepositi Generalis erit. Cum tamen aliqua accideren[t], quae urgerent magnique momenti viderentur, ut qui assistunt Generali et Provinciales, ac Praepositi locales, pluribus inter se suffragiis iudicarent, quod cogi debeat Congregatio generalis,* [j] *ut nona in parte dicitur, cogetur: idque Praeposito Generali gratum esse oportet. Et ut Congregatio huiusmodi magna cum diligentia fiat, idem Generalis statuere debet.*

[i] *taf.* c. 4 n. 2 et P. 9 c. 3 n. 12.

[j] P. 9 c. 4 n. 6 et c. 5 n. 6.

Qui debeant congregari. Cap. III.

1. Non omnes, qui sub obedientia Societatis vivunt, nec Scholastici approbati, † verum professi dumtaxat, et praeterea Coadiutores aliqui, si ita expedire in Domino videretur', sunt ad Congregationem generalem convocandi: et quidem ex his, non [a] nisi qui commode venire queant. Non itaque infirmi ac valetudinarii, nec qui in regionibus remotissimis agunt, ut in Indiis; sed nec illi, qui prae manibus negotia habent magni momenti, quae absque gravi incommodo deseri non possunt, convenient. Pendebit autem hoc ex iudicio Praepositi Generalis, si is ad Congregationem convocaverit; vel eorum, qui congregati in singulis Provinciis fuerint, ut venturos ad generalem Congregationem eligant. Verum ut certa aliqua ratio praescribatur, cum Conventus celebrabitur ad eligendum Generalem, aut ad deliberandum de iis, quae ad Generalem ipsum spectant, [b] terni ex singulis Provinciis veniant, † Provincialis videlicet Praepositus', cum duobus aliis, qui fuerint ad hoc negotium in Congregatione provinciali electi: quae quidem Congregatio [c] in singulis Provinciis, ante generalem, ad hunc finem cogetur.

A

B

[a] *taf.* c. 5 n. 3.

[b] C. 20 d. 19. C. 1 d. 5 *ante elect.* C. 1 d. 18. C. 3 d. 48.

[c] C. 5 d. 32.

---

39 *Marg.* C *add. Po2,* Q *Ile.* — 42-43 accideren[t]... 'urgerent' *add. Po2, ora. Po3,* quae accidunt urgerent *Ile.,* 'urgerent' *add. Po1,* ant gerent *error, pr.* — 43 niderentur *add. Po1,* essent *Ile.* — 45-46 cogi *et* cogetur *add. Po1,* fieri... fiet *Ile.* — 46 'idque' *add. Po1,* et *Ile.;* 'oportet' *add. Po1,* debet *Ile.* — 47 idem generalis *add. Po2, om. Po3.* — 48 statuere *add. Po2, ora. Po3, marg. Po1,* debet ordinare *Ile.*

2 uiuunt, sed nec *Ile. Po3,* uiunt, ad generalem conuentum sunt conuocandi *Ile. Po1.* — 3 'verum' *et* 'dumtaxat' *add. Po1,* sed... dumtaxat *Ile.; marg.* R *Po1, 2;* praeterea *[seq.* * *E1] add. Po3,* sed et *Ile.,* sed *add. Po2,* et nonnunquam [non unquam (nonnunquam *pr.*) *ms.*] *Ile.,* 'et' *add. Po1,* uocari etiam aliqui *Ile.* — 4 ita *obl. et rest. Po2;* id uideretur *Po1, 2, 3;* uidebitur *Ile. Po2;* aliqui poterunt *et* videtur *Ile. Po1.* — 4-5 'sunt *[seq.* 'conuocandi' *add. et obl.]*... nisi' *add. Po1,* Ex his autem conuocandi non sunt nisi *Ile.* — 6 infirmi nec *Po1.* — 7 in *add. Po2, est Po1;* Indiis *add. Po3,* India *Ile.* — 8 habeant *Ile. Po1.* — 9 'conenient' *add. Po1.* — 10-11 is conuentum indixerit vel *Po1, 2, 3, E1.* — 11 uel ex eorum uoluntate qui *Ile. Po3.* — 11-12 'vel' *[add. Po1,* in singulis autem prouinciis *Ile.]* ex *[1 v. obl. Po3]* eorum uoluntate *[1 v. obl. Po3]* qui congregati in singulis prouinciis *[3 vv. add. Po. Po1,* in *(1 v. aoa obl.)* ipsis *Ile.]* fuerint ut *[seq.* eligant *obl. Po1]* uenturos... conuentum eligant *[1 v. add. Po. Po1] Po1, 2, 3.* — 12 generalem conuentum *E1.* — 13 ratio [ratione *Ile. Po2*] in hac congregatione cogenda praescribatur *Po1, 2, 3, E1.* — 14 iis *add. Po3,* his *Ile.* — 15 *Marg.* S *Po1, 2.*

Convenient [d] autem et suffragii ius habebunt in ea [e] Professi omnes Provinciae, qui interesse poterunt; Praepositi Domorum atque Collegiorum Rectores ac Procuratores, vel ii quos tamquam vicarios illi suo nomine miserint. Cum [f] Conventus ad res alias indiceretur, Praepositus Provincialis, sine Congregatione Provinciae, duos ex ea eligere poterit, pro arbitrio Praepositi Generalis; cuius erit, pro occurrentium causarum ratione, constituere, num Conventus provincialis huiusmodi ad duorum illorum electionem sit cogendus; an Provincialis, sine Conventu, eos debeat eligere, prout ei videbitur in Domino expedire. † His tribus, et generali Congregationi, quicumque in Provincia remanent suas vices delegabunt'. Quod si, praeter duos electos, [g] quosdam alios Praepositus Generalis designaret, vel Praepositus Provincialis adducendos iudicaret, eadem erit horum et aliorum ratio. Sed si Provincialis, praeter tres, aliquos eligeret, plures quam duos adiicere non poterit; ita ut ad summum quinque [h] ex una Provincia veniant [1].

[d] *Inf.* c. 5 n. 3.
[e] C. 5 d. 24, 38, 60, 81.
[f] C. 4 d. 37, 38.
C
[g] C. 2 d. 2. C. 4 d. 35.
[h] C. 20 d. 19.

In Caput III.

A. *Cum vocat Congregationem qui supremam in Societate curam habet, eius erit iudicium, uum aliqui,* [i] *qui Professionem trium votorum solemnium emiserunt, vel Coadiutores nonnulli, ad conferendum cum eis de rebus, quae in Congregatione tractandae sunt, venire debeant. Hoc enim aliquando conveniens fore videtur, praesertim si Rectores Collegiorum, et eorum Procuratores, aliique officiales, quibus optime perspecta erunt, quae ad ipsorum officia pertinent, vocentur. Possent etiam huiusmodi officiales suffragium activum et passivum ad reliqua habere, praeterquam ut* [j] *Professis quatuor votorum praeesse possint.* [k] *Si Congregatio ad electionem Generalis indicitur, nullus, qui quatuor vota solemnia in Profes-*

[i] *Inf.* c. 6, **B.**
[j] C. 1 d. 42. C. 3 d. 21.
[k] *Inf.* c. 6, **B.** P. 5 c. 1, **A.**

19-20 Conuenient... et *[pro* atque*] add. Po3, Ile. ut Po1, infra.* — 20 domorum et *Po1, 2, 3.* — 19-21 Suffragii [Suffragia *Ile.*] autem ius *[seq.* locum *obl.]* habebunt... ea praeter professos... praepositi omnes domorum et collegiorum... uel 'ii' *Po1.* — 24 erit munus *Ile. Po1.* — 28 *Marg.* T *Po1, 2;* * et *E1.* — 28-29 His tribus prouinciali uidelicet [scilicet *Po1, 2*] et duobus electis *[5 vv. obl. et rest. (?) Po3]* suas uices tota prouincia committet et quidquid a conuentu generali, cui ipsi interfuerint, constitutum fuerit, ratum habebit. Quod *Po1, 2, 3;* His tribus * suas vices tota... Quod *E1.* — 29 si prouinciales *Ile. Po1.* — 30 praeter electos *Ile. Po2,* duos *est Po1.* — 31 praepositus... iudicaret *add. Po3,* praeposito prouinciali adducendi niderentur *Ile.* — 32 prouincialis aliquo, *imp.* r., *Ile. Po1.* — 35 III *add. Po2, om. Po3,* tertium caput *Ile.; seq.* Qui debeant congregari *obl. Po2, non obl. Po1, 3.* — 36 *Marg.* A *add. Po2,* R *Ile.* — 36-37 qui supremam *[seq.* principalem *obl.]* in Societatem *[sic]* curam... 'erit iudicium' *add. Po2,* Praepositus generalis qui... curam habet, idem videat num *2Ile. et Po3,* qui supremam in Societate habet curam, idem videat num *Ile.* — 39 sunt *add. Po2, om. Po3,* sunt tractandae *Ile.* — 40 conueniens *add. Po2,* vtile *Ile.* — 43-45 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 43 'etiam' *add. Po2, om. Po3.* — 43-44 'sufragium' actiuum et passiuum *add. Po2.* — 45 'quatuor uotorum' *add. Po2, om. Po3.* — 43-45 Nihilominus *[seq.* tamen *obl.]* possent... uocem [suffragium *marg.*] actiuam et passiuam ad... habere [ad... habere *add.*]... ut professis preesse possint [ut... possint *add.*, non tamen *add. et obl.,* ad curam in professos habendam *Ile.*] *Po1.* — 45 Si congregatione *Ile. Po1.*

[1] Cf. t. I, monum. 38quater, nn. ⟨12⟩-14, p. 322.

sione non emiserit, suffragium activum aut passivum ad huiusmodi electionem habere poterit.

B. *Provinciali veniendum esse intelligatur, si possit; sin minus, pro se alium mittet, qui magis idoneus ei videbitur ex tribus, quos Congregatio provincialis elegerit.*

C. *Quamvis, qui remanent in Provinciis, suum suffragium in scriptis mittere non possint; tamen, si res fuerit eis communicata, suam sententiam in scriptis transmittent; et qui veniunt, dicent in Congregatione generali, quid et alii sentiant.*

---

2. Ex Professis, qui Congregationi intererunt, unusquisque suffragium unicum, solus generalis duo habebit. Sed, si numerus par esset, Provincialis reliquis praeferetur: et si inter ipsos Provinciales esset paritas, pars illa, in quam [1]Praepositus Generalis vel (si is e vivis excessisset) ipsius Vicarius inclinabit, esset praeferenda [2]. Ut enim illis magis est necessarium divinae gratiae auxilium, propter munus quod gerunt; ita sperandum est, Deum ac Dominum nostrum uberius id illis, ut sentiant et dicant quae ad ipsius gloriam faciant, largiturum.

[1] C. 1 d. 4 *ante eleet.* C. 2 d. 92.

Ad quem spectet Congregationem generalem indicere. Cap. IIII.

A 1. Cum ad eligendum novum Praepositum, priore vita functo, conventura est Societas, † unus ex Professis, quem suum in hac [a] parte [a] Vicarium ante mortem Praepositus nominaverit', alios certiores faciendos curabit. Hic autem Vicarius (ut plurimum) unus ex iis erit, qui adesse Praeposito et ipsum iuvare soliti sunt, vel certe ex iis, qui proxime degunt. Huius officium erit Societatem ad electionem Praepositi faciendam, praescripto tempore et loco, quo convenire oporteat, convocare.

[a] C. 4 d. 20, 21. C. 27 d. 262.

47 'suffragium' actiu'u'm... passi'u'm *add. Po2*, uocem actiuam aut passiuam *Ile.* — 49 *Marg.* B *add. Po2*, S *Ile.* — 50 'pro se' *add. Po2, marg. Po1*, suo loco *Ile.*; 'ex tribus quos' *add. Po2, marg. Po1*, inter tres *Ile.* — 52 *Marg.* C *add. Po2*, T *Ile.*; 'remanent' *add. Po1*, immanet *Ile.* — 53 tamen *add. Po2, om. Po3.* — 55 'et' *add. Po1.* — 56 unusquisque uoce, *imp. v., Ile. Po1.* — 59 'in' *add. Po1*, qua *(?) Ile.* — 59-60 generalis inclinabit uel eius uicarius si ipse e [a *(?) Ile. Po1*] uiuis excessisset, esset *Po1, 2, 3.* — 62 'munus... gerunt' *add. Po1*, curam quam habent *Ile.* — 62-64 est quod Deus... Dominus noster... largietur *Ile. Po1.* — 63 obsequium *add. et obl. Po1.*

4 *Marg.* V *Po1, 2.* — 5 alios de summa rei *Po1, 2, 3, E1.* — 6 ut *add. Po2*, fere ut *Ile. Po1.* — 7 *et* 8 iis *add. Po3*, his *Ile.* — 7 et iuuare illum sunt soliti *Po1, 2, 3.* — 8 'proxime degunt' *add. Po3*, qui non procul absint a loco, ubi praepositus obierit *[vv.* a... obierit *involuta calamo Po1] Ile.* — 8-10 'oporteat conuocare' *add. Po1*, erit connocare Societatem... faciendam, praescribendo tempus et locum, quo conuenire debeant *Ile.*

[2] De suffragium habentibus est indicata deliberatio in t. I, monum. 38bis, n. 99, p. 289.

In Caput IIII.

A. *Si nullus ex professis apud Generalem esset, et aliquem ipse ex vicinis nominaret, eadem erit ratio. Si tamen, morte praeoccupatus, vel morbo* [b]*qui ad hunc effectum perinde ac mors censeatur, Vicarium non nominavit; qui apud* [c]*eum fuerint Professi (quamvis non in eodem loco, sed in vicinis fuerint) pluribus suffragiis Vicarium eligent. Et sive Praepositus Generalis aliquem vicinum absentem, sive nullum nominaverit; qui praeest Domui, in qua mortem obiit Generalis, vel qui vicinior esset, si in nulla Domo Societatis moreretur, curabit statim mitti, qui certiores faciat Professos vicinos, ut ad Vicarium constituendum (ut dictum est) qui gerat vices Generalis donec ille electus fuerit, congregentur; vel ad eum agnoscendum, quem constabit electum esse* [1].

[b] C. 8 d. 28, 29. C. 27 d. 262.

[c] C. 1 d. 43. C. 2 d. 50. C. 6 d. 27 n. 1.

---

2. Quando non ad electionem Generalis congregatur Societas, [d]in aliis eventibus Praepositus Generalis eam convocabit, praeterquam in illis, qui in nona parte exprimentur; [e]et non congregabit frequenter Societatem, ut dictum est, nisi rerum agendarum necessitas urgeret. Sed cum generalis Congregatio ad electionem Praepositi convocata eum iam elegerit; deinde de rebus aliis gravioribus, quam ut a Generali et iis, qui cum ipso agunt, decidi debeant, tractari poterit.

[d] *Sup.* c. 2, **C** et P. 9 c. 3 n. 12.

[e] *Sup.* c. 2 n. 1 et **C** et P. 9 c. 1 **C**.

De loco, tempore et modo congregandi. Cap. V.

1. Locus, quo conveniet Societas ad Generalis electionem, videtur ordinarie curia Summi Pontificis esse debere, [a]ubi plurimum erit ipsius Generalis residentia; nisi Societas, ex composito, conveniendum esse in alium locum, qui commodior omnibus futurus

[a] *Sup.* c. 1. n. 7.

---

11 *Seq.* Ad quem spectet congregationem generalem indicere *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 12 *Marg.* A *add. Po2,* V *Ile.;* ipse *add. Po2, om. Po3.* — 13 occupatus *Pra1, Av, sqq.* — 15 nomina'ret' *Po1,* nominasse *Ile.;* apud Deum *! Ile. Po1.* — 16 sed in al, *imp.* v. aliquo, *Ile. Po1.* — 17 aliquem no, *imp.* v. nominaverit *Ile. Po1.* — 19 nulla *add. Po2, om. Po3,* nulla in *Ile.* — 21 (ut... est) *add. Po2, om. Po3.* — 22-23 vel... esse *add. Po2, om. Po3.* — 24 generalis *om. Po1, 2, 3.* — 25 'euentibus' *add. Po3,* occasionibus *Ile.;* generalis Socie, *imp. v., Ile. Po1.* — 25-26 connocabit nisi forte in illis *Ile. Po1.* — 26 quam in illis qui *add. Po3,* praeter illas quae *Ile.* — 27 rerum in ea *Ile. Po3;* 'rerum in ea *[seq. v. obl. quod legi nequit]* agendarum' *add. Po1.* — 29 de *om. E4, 4b, Aq; error ortus ex separatione* dein-de rebus, *facta in E4;* poterit deinde de *Ile. Po3;* maioris considerationis *add. et obl. Po1.* — 30-31 'eis qui cum eo agunt' *et* tractar'i poterit' *add. Po3,* et solis *[1 v. add. Po1]* assistentibus decidi debeant, tractare *Ile.*

1 De loco et tempore *Ci,* tempore et de *Fl.* — 2-3 'ordinarie' *et* 'esse debere' *add. Po3,* electionem conuenientissimus fere erit, ut videtur *[2 vv. add. Po2,* ut apparet *Ile.],* curia... pontificis ubi *Ile.,* 'esse debere ordinaria' *add. et obl. post v.* electionem *Po3.*

---

[1] Cf. *Chron.* VI, 46-47 electionem Lainii vicarii.

esset, statueret: ut si quis in confinio diversarum Provinciarum, in quibus manet Societas, esset constitutus; vel alius, qui magis
[b] P. 9 c. 3 n. 12. accommodus videretur. [b] Si Praepositus Generalis est qui Societatem ad alia negotia congregat, eius erit eligere ac designare locum, quem in Domino aptiorem iudicaverit.

2. Spatium temporis, quod cogendae Societati tribuetur, ubi de
[c] C. 1 d. 44. electione Generalis agendum est, [c] quinque aut sex mensium erit a tempore, quo litterae, quae de hac re commonefacient, scriptae fue-
[d] C. 10 d. 4. rint. [d] Prorogari tamen id tempus poterit, cum necessitas postula-
[e] P. 9 c. 3 n. 12. verit. [e] Cum vero alias ob causas fuerit congreganda, Generalis Praepositus pro suo arbitratu tempus designabit.

3. Modus in congreganda Societate servandus hic erit: ut ille, cuius hoc est munus, confestim variis viis Provinciales, et si qui ex Professis sigillatim convocandi essent, adscripta (quantum sat esse ipsi videbitur) causa, loco et tempore Conventus habendi, cer-
[f] *Inf.* n. 4 et c. 7 n. 1. tiores faciat; admonens quoque, [f] ut ubique Missae celebrentur et orationes fiant pro foelici Praepositi electione. Unusquisque autem
[g] *Sup.* c. 3 n. 1. Provincialium (si ipsi soli eligendi potestatem non habuerint) [g] Professos, qui in ipsius Provincia versantur, Rectores quoque et locales Praepositos, qui venire possint, convocabit. Ubi vero ad Congregationem provincialem convenerint, qui commode potuerint, eligent pluribus suffragiis (Provincialis sententia pro duobus suffragiis numerata) eos, qui ad generalem Congregationem venient: qui esse
[h] *Sup.* c. 3 n. 1. ii debebunt, quos magis expediat Congregationi interesse, et [h] quorum absentia minus detrimenti Provinciae sit allatura. Ipsi vero, quam primum poterunt, ad constitutum locum, relictis in suis Provinciis, Vicariis et rebus omnibus bene compositis, proficiscentur [1].

[i] *Sup.* n. 3. 4. [i] Curabunt praeterea Superiores, ut omnes, qui sub obedientia Societatis vivunt, quotidie in orationibus et in Missarum sacrificiis

---

6 statuerit *Ile. Po1;* ut si quis *add. Po1,* cuiusmodi esset qui *Ile.* — 11 At spatium *Po1, 2, 3.* — 11-12 de eligendo generali agendum erit *Ile. Po1.* — 13 'commonefacient' *add. Po1,* monebunt *Ile.* — 15-16 'Cum... fuerint congregandi... designabit' *add. Po3.* — 18 est hoc *Po1, 2, E6, sqq.;* uiis certiores faciat prouinciales *Ile. Po1.* — 19 essent 'certiores faciat' *2 vv. add. et obl. Po1.* — 19-20 (quantum... uidebitur) *add. Po2;* adscri'pta' causa, loc'o', temp'ore' *add. Po1,* adscribens causam, locum et tempus *Ile.* — 20-21 'certiores faciat' *add. Po1,* faciant *Ile. Po2.* — 22 optima *add. et obl. Po1.* — 23-26 habuerint, *[seq.* conuocabit *obl. Po1[* professos... venire sine magno incommodo possint, conuocabit *[1 v. add. Po. Po1[.* Ubi... conuenerint *[seq.* qui desiderantur *obl. Po2[* eligent *Po1, 2, 3, E1.* — 28-29 generalem conuentum mittantur, qui esse ii debebunt *[4 vv. add. Po. Po1,* hi autem erunt huiusmodi *Ile.]...* expediat ei conuentui interesse *Po1, 2, 3, E1.* — 31-32 locum *[seq.* proficiscentur *obl. Po1[* relicto [relinquentes *Ile. Po1]* in 'suis' prouinci'is' *[add. Po3,* quauis prouincia *Ile.[* vicari'o' et rc'bus' omn'ibus'... composit'is' *[add. Po1,* vicarium... res omnes... compositas *Ile.[* 'proficiscentur' *[add. Po1[Po1, 2, 3.* — 33-34 sub... uiuunt *add. Po2,* Societatis ductu reguntur *Ile.* — 34 'quotidie... missarum' *add. Po3,* 'orent quotidie' *et 2 vel 3 vv. quae legi nequeunt 2le.,* in quotidianis sacrificiis et orationibus *Ile.*

---

[1] Complura hic contenta indicantur in t. I, monum. 38bis, nn. 32, 53, 104.

plurimum Domino commendent eos, qui ad generalem Congregationem se conferunt, et simul, ut quidquid in ea transigetur, ad maius obsequium et laudem et gloriam divini nominis cedat.

De modo deliberationis, cum de electione Generalis agitur. Cap. VI [1].

1. Si Conventus indictus est ad novi Praepositi, qui in demortui locum succedat, electionem, simul atque convenerint, Vicarius Generalis quatuor dies ante Praepositi futuri electionem de eadem omnes alloquatur, horteturque ad eam, prout ad maius Dei obsequium et bonam Societatis gubernationem convenit, faciendam. Et praeter hunc diem, tres sequentes habebunt, ut se Deo commendent, meliusque considerent, quisnam ex universa Societate ad huiusmodi curam maxime idoneus sit futurus, informationem capientes ab eis, qui eam bene dare poterunt: donec tamen ingrediantur locum electionis et in eum includantur, [a] non definiant apud se quem sint electuri.

2. Hoc medio tempore, unusquisque, [b] sub poena excommunicationis latae sententiae, teneatur Vicario manifestare vel alicui ex antiquioribus Professis (qui cum Vicario conferet) si sciret aliquem hoc munus affectasse vel etiam tunc affectare, [c] directe aut indirecte id procurando, vel signo aliquo id declarando. † Qui autem de A

[a] C. 1 d. 8 *ante elect.*
[b] C. 4 d. 2 *ante elect.* C. 27 d. 303 § 2 1°.
[c] C. 1 d. 7, 9 *ante elect.* C. 2 d. 19. *ante elect.*

35 'plurimum... eos' *add. Po3,* meminerint imprimis eorum *Ile.* — 36 'et simul' *add. Po3,* se conferunt *[2 vv. add. Po. Po1,* proficiscuntur *Ile.]* precantes Dominum ut quidquid *Ile.* — 37 'maius obsequium et' *et* divini... cedat *add. Po3,* ad divini nominis (ut par est) laudem et gloriam cedat *Ile.*

4 atque omnes *Po1, 2, 3, E1.* — 5-6 de eadem omnibus sermonem faciat *add. et obl. Po1.* — 8 diem, trium sequentium spatium habebunt *Ile. Po1.* — 9 'nam' *add. Po3.* — 10-12 futurus, et eo tempore *[3 vv. add. Po. Po1]* certiores reddi *[1 v. add. Po. Po1,* fieri *Ile.]* de iis [iis *add. Po3,* his *Ile., sic infra*] quae ad rem pertinent ab iis [illis *E1*] qui bene poterunt referre, curent [cur'e'n't' *add. Po1,* curando non tamen omnino deliberando *Ile.*] donec tamen *[1 v. add. Po. Po1]* ingrediantur *[seq.* et in *obl. Po1]*... electionis et in eo *[3 vv. add. Po. Po1]* includantur *Po1, 2, 3, E1.* — 12-13 definiant apud se *add. Po2,* non omnino quem sint electuri apud se constituant *Ile.,* 'non... constituant' *Po1.* — 14 'medio' tempor'e' *add. Po1,* spatio temporis *Ile.* — 16 'vicario' *add. Po1,* eo *Ile.;* conferent, si scirent *Ile. Po3,* conferent si sciret *Po1, 2.* — 17 directe... procurando *add. Po2, Ile. ut Po1 infra.* — 17-18 affectare *[add.,* ambire *Ile.]* 'aperte aut dissimulanter' [directe uel indirecte *Ile*] ambiendo uel signo *Po1.* — 18 *Marg.* A *add. Po3,* X *Ile.*

[1] Cf. t. II, *Proleg.* c. 12, a. 1, § 3, ubi reperies, hoc caput originem trahere in rebus quibusdam ex *Constitutionibus O. P.;* cf. tamen *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 560-561, ubi sunt brevissime expressa praecipua electionis capita, neque ab illis, ut videtur, pendentia, proposita gandiensibus a S. Ignatio anno 1547. Rursus in *Proleg.* hujus t. III, c. 7, a. 2, § 3, ostendimus non pauca ex his nostris in *Constitutiones Scholarum Piarum* pervenisse, et § 5 fortasse pauca nonnulla in Regulam gubernandi Fratrum Scholarum Christianarum *(Regle du gouvernement).* S. Ignatii electionem habes in *Monum. Ignat.* ser. 4ª, II, 4-6; Lainii in *Po. Compl.* II, 625-626, multo enucleatius in *Lainii Monum.* III, 391-400; S. Francisci Borgiae in *Po. Compl.* I, 536-538; Mercuriani ib. II, 721-723.

ambitione huiusmodi convictus esset, activo et passivo suffragio
[d] P. 10 n. 6. privetur', ut inhabilis ad eligendum alium et [d]ut ipse eligatur; nec in eam Congregationem nec in aliam umquam admitti possit.

In Caput VI.

A. *Ut suffragio privari quis possit ut inhabilis, quod de ambitione huiusmodi notatus esset, oporteret clare testimoniis convictum esse, vel alioqui quantum satis est, de veritate eorum, quae obiecta sunt, constare, quacumque ratione id constare posset. Sed cum probationes suspicionem tantum valde probabilem, sed non fidem certam facerent, is non erit ad electionem idoneus; et quaesita aliqua occasione, removendus quidem ab ea Congregatione, sed suffragii iure, tamquam inhabilis, privandus non erit. Nec suspicio evulganda erit, et multo minus, si suspicio probabilis non esse deprehenderetur: tunc enim nulla ratione id nocere debebit ei, qui non iuste notatus fuerit; nec desinet Congregationi interesse et suffragii ius, sicut alii, habere. Ad quem pertinet hoc iudicare, Vicarius est,*
[e] C. 4 d. 49. C. 7 d. 65. *[e]tribus aliis ex antiquioribus Professis vocatis; et condemnatio, ut minimum, tribus suffragiis fieri debet.*
[f] C. 27 d. 303, § 2°. *[f]Qui autem aliter, atque in animo sentiret, sententiam diceret, ipso facto excommunicationem incurret.*

Si ipsemet Vicarius vel aliquis ex antiquioribus notaretur, semper quatuor ex iis, qui prius Professionem emiserunt, iudicabunt, excluso eo, qui notatus est: et eorum quisque, ad cuius aures huiusmodi infamia perveniret, reliquos vocet, ut de ea cognoscatur.

---

3. Ipso die electionis, qui hos tres dies consequetur, celebret aliquis Missam de Spiritu Sancto, quam omnes audiant, ac in eadem Sanctissimum Christi Corpus sumant.

---

19 actiu'o' et passiu'o suffragio' *add. Po3,* actiua et passiua uoce 'nel suffragii iure' *[add. Po1] Ile.;* * suffragio *E1.* — 20-21 ut qui nec ad... alium *[1 v. add. Po1[* nec ut ipse *[1 v. add. Po1[* eligatur, sit idoneus, vnde nec in *Po1, 2, 3, E1.* — 22 *Seq.* De modo deliberationis cum de electione generalis agitur *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 23 *Marg.* A *add. Po2,* B *2le.,* X *1le.* — 23-26 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 23 suffragio *add. Po2, om. Po3.* — 24 clare *add. Po2, om. Po3.* — 25 'quantum... est' *add. Po2.* — 23-26 suffragii iure priuari... inhabilis *[1 v. add.,* incapax *Ile.[...* oporteret claris testimoniis conuictum esse *[2* vv. *add.,* conuinci *Ile.[* vel alioqui sufficienter [satis *marg.*] de... quauis ratione *Po1.* — 29 *Ile. Po2 ut Po1;* 'remouendus quidem' *et* sed *add. Po2, om. Po3;* occasione, ab ea congregatione *[1 v. add.]* remouendus *[seq.* erit *obl.[,* nerum suffragii *Po1.* — 30 non *add. Po1,* non priuandus *Ile.* — 30-32 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 30-31 suspitio indicanda erit *[2* vv. *add. Po. Po2[Po2, E1.* — 31 'non... deprehenderetur' *add. Po2.* — 30-32 suspitio manifestari debebit [indicanda erit *marg.*]... minus id, si... probabilis non inueniretur [suspitionem minus probabilem esse constaret *marg.*]: tunc *Po1.* — 32 'ei' *add. Po1.* — 33 ius *add. Po1,* suffragium *Ile.* — 35 ut *add. Po2.* — 37-38 in excommunicationem incurret [incurrerent *pr. Po1] Po1, 2, 3.* — 40 iis *add. Po2, om. Po3,* his *Ile.* — 41 cuius *add. Po2,* quorum *Ile.;* quisque eorum ad cuius aures *[2* vv. *add.,* quem *Ile.] Po1.* — 42 infamia *Po1, 2,* fama *Po3, Ile. Po2.* — 45 assumant *Ile. Po1.*

4. Postmodum ad campanae pulsum, † qui suffragium habent, **B**
ad locum Congregationis vocentur'; et unus eorum concionem habeat, qua in genere (nullo dato signo, quo particularis aliqua persona significetur) ad electionem eius Praepositi, qui ad maius Dei obsequium conveniat, exhortetur. Et postquam hymnum illum simul dixerint, Veni Creator Spiritus, etc., in praedictum locum Congregationis ab aliquo ex Praepositis, vel Rectoribus, vel aliquo quopiam de Societate, cui id officii in Domo Congregationis commissum fuerit, includantur; ita ut nec inde egredi nec eis aliquid ad victum, praeter panem et aquam, dari possit, donec Praepositum Generalem elegerint.

B. [g] *Qui suffragium habent, Professi quatuor Votorum dumtaxat erunt, ut* [h] *dictum est, si quidem de electione Generalis agitur: quamvis curetur, ut et alii conveniant ad maiorem rerum cognitionem habendam, si opus fuerit, et ad agendum post electionem Generalis aliis de rebus, in quibus* [i] *Rectores et* [j] *Praepositi locales (si Professionem trium Votorum emiserunt, vel Coadiutores formati sunt) qui vocandi erunt, suffragium (ut superius diximus) habebunt.*

[g] *Sup.* c. 3, **A** et P. 5 c. 1, **A**.
[h] *Sup.* c. 3, **A**.
[i] *Sup.* c. 3, **A**.
[j] C. 2 d. 2. C. 4 d. 35. C. 22 d. 41.

---

5. Quod si omnes communi inspiratione, non exspectato ordine suffragiorum, quempiam eligerent; ille sit Praepositus Generalis. Omnem enim ordinem et eligendi formulam Spiritus Sanctus, qui ad huiusmodi electionem eos movit, facile supplet.

6. Quando eo modo non peragetur electio, formula quae sequitur erit observanda. In primis, quisque seorsum orabit Deum, † et, cum nullo alio loquendo', in Creatoris sui ac Domini conspectu ex iis [k] quae prius intellexit, apud se statuet, quem sit electurus; et in charta scribet nomen personae, quam eligit in Praepositum Generalem, et suum subscribet; et ad hoc, spatium unius horae ad summum praefigatur. Deinde ad sedes suas omnes con- **C**

[k] C. 1 d. 13 *ante elect. Form. Cong. gen. n. 21 in Congr. tertia, post decreta.*

---

46 *Marg.* Y *Po1, 2;* * suffragium *E1;* qui uocem uel *1le. Po3.* — 48-49 *Verba* 'in genere', dato, quo, significetur *add. Po3,* uniuerse *[1 v. add. Po1,* in genere exhortetur *1le.]* (nullo signo particulari aliquam personam notando) *[1 v. add. Po1,* attingendo *2le.,* significando *1le.]* ad *1le.* — 49 electionem eam *1le. Po1.* — 50 conueniat *add. Po3,* conueniet *1le.;* 'exhortetur' *add. Po1.* — 51 'simul' *add. Po3;* etc. *obl. Po3, om. E1.* — 52-53 uel alio quopiam *Po1, 2, 3.* — 54 'vt' *add. Po1,* que [*ex* itaque] *1le.* — 54-55 egredi *[seq.* 'possint' *add. et obl. Po1, obl. Po2,* poterunt *1le.]*... panem *[1 v. obl. et rest. Po1,* panes *2le. et 1le. Po2]* ...'dari possit' *[add. Po1,* detur *1le.]* donec *Po1, 2.* — 57 *Marg.* B *add. Po2,* Y *1le.;* uotorum *add. Po2,* uota *1le.* — 59 'cognitionem' *add. Po1,* notitiam *1le.* — 60 opus ea fuerit *1le.* — 63 uocati erunt *Po1, 2, 3.* — 66 'eligendi formulam' *add. Po3,* constitutionem *1le.; supra* v. constitutionem *est* v. *hispanum* conciertos *obl. Po1.* — 67 electionem modum *Po1 1le. imp.;* facile supplet *add. Po1,* supplere potest *1le.* — 66-67 'qui... electionem mouet... supplet' *add. Po3, est Po1, 2;* eos *om. Po1, 2, 3, E1;* mouet *Po3, E1.* — 69 seorsim *E6 sqq.;* Deum *add. Po2, est Po1.* — 70 *Marg.* Z *Po1, 2;* * nullo *E1.* — 71 his *Po1, 2, 3;* statuet cui suffragium suum *1le. imp. Po1.* — 72 scribere *1le. Po1,* 'nomen personae elect' *[imp. v. obl.] add.,* personam *1le.* — 73 et idipsum suum nomen subscribat *1le. Po1.* — 74 summum de *1le. imp. Po1.*

D veniant, et Vicarius † cum Secretario, ad hoc ipsum inter Professos
[l] C. 1 d. 15 *ante elect.* electo, et alio tertio, qui eis assistat', [l]exsurgens a sede, protestetur
nolle se admittere quemquam nec excludere, quem non debeat.
E † Det autem omnibus absolutionem generalem ab omnibus censuris
ad hunc canonicae electionis effectum'. Postmodum invocata Spiritus
Sancti gratia, accedat cum suis sociis ad mensam in medio positam;
[m] C. 1 d. 16 *ante elect.* et [m]ipsimet tres praedicti mutuo suffragia sua alius ab alio petant,
F et † iuret unusquisque, prius quam det, quod eum nominat, quem
sentit in Domino ad hoc munus magis idoneum'; et suffragia in
manibus Secretarii simul serventur. Deinde a quolibet eorum, qui
in Congregatione sunt, seorsum, sed tamen coram aliis, proprium
suffragium scripto contentum postulent; quod, praevio eodem iura-
mento, eisdem dabit unusquisque. Deinde in medio omnium Se-
cretarius suffragia, electum solummodo nominando [2], promulgabit;
ac demum, uno suffragiorum numero cum alio collato, qui plus
quam mediam partem suffragiorum omnium habuerit, sit Praepo-
situs Generalis: et ita, qui prius eum nominavit [3] vel Vicarius per-
contetur alios, an suum consensum ei praestent, quem maior pars
elegit; et, utcumque respondeant [4], formabit decretum electionis,

---

75 *Marg.* Aa *Po1, 2;* * Secretario *E1;* cum aliquo *1le. Po1.* — 76 exurgens a sede *add. Po1,* stans *1le.* — 77 sed nec *Po1, 2, 3.* — 78 *Marg. nulla litt. E1, Po3,* Bb *Po1, 2.* — 80 cum duobus sociis *Po1, 2, 3, E1.* — 81 'ipsimet... praedicti' *add. Po1,* tres *1le.;* mutuo uota *1le. Po1.* — 82 *Marg.* E *E1, Po3,* Cc *Po1, 2.* — 83-84 'simul seruentur' *add. Po1,* et sernentur suffragia simul in *1le.* — 85 sed tamen *add. Po2,* et *1le.* — 85-86 'proprium' *et* 'scripto contentum' *add. Po1,* suum... scriptum *2le.,* in scriptis *1le.* — 86 eodem *om. Po1, 2, 3, E1;* praeuio eorum *1le. Po1.* — 87 Deinde *add. Po3,* Demum *1le.* — 87-88 'promulgabit' *add. Po1,* omnium... suffragia 'promulgabit' *2le.,* omnium promulgabit *1le.* — 89 'demum' *add. Po3,* postea *1le.;* 'vno... numero' *et* 'collato' *add. Po1,* numerum unum... conferet et *1le.* — 90 omnium *om. Ant sqq.,* omnium suffragiorum *Po1;* hab'uerit' *add. Po1,* habere deprehendetur *1le.* — 91 prius *Cong4,* primus *pr.;* nominauit *add. Po2,* nominabit *1le.;* percunctetur *Fl, Ro.*

---

[2] Post aliquot annos idem praecepit concilium tridentinum, sessione XXV, De regularibus, c. 6. Sed jam antea idem constituerat Paulus II «Intelligentes a paucis», ex opere *Monumenta ad Constitutiones O. M. Cap.*, p. 356.

[3] De hoc membro «Et ita qui primus eum nominavit» ait NADAL: «Cum hoc fieri non possit, non enim sciri potest quis eum primus nominaverit ex ratione suffragandi secreta, nisi mendum censeatur scriptoris et proxima Congregatione emendandum» etc. *Scholia*, p. 194. Vide textum primum seu *a* (in t. II p. 234 l. 34), et apparatum criticum secundi seu *A* (ib. p. 646 l. 63), et intelliges fuisse oblivionem Polanci, qui in secundo exemplo deletis verbis «el que elige y» et suffecto adverbio «solamente», non delevit paulo post verba «el primero que le nombró», sed adjunxit «o el vicario». Congregatio quarta versionem tantum hujus loci emendandam proposuit, ut diceretur «qui prius eum nominauit» pro «qui primus eum nominauit», *Acta Cong. I-VIII*, f. 129r; v. Appendices, n. 3. Polancus proposuit secundae congregationi, ut antiquior id praestaret, si vicarius electus in generalem esset, Cod. *De rebus cong. I-VIII*, p. 53.

[4] Ante formulam qua promulgatur electio generalis Carmelitarum, legimus: «Primo requirat alios qui in eligendo a majori parte discordant, quod assentiant in electum a majori parte: Deinde sive assentiant, sive non assentiant» caet., *Mo-*

dicendo: In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti, Ego N., nomine meo et omnium idem sentientium, eligo N. in Praepositum Generalem Societatis Iesu. Quo peracto, † statim omnes ad reverentiam ei exhibendam accedant, et, flexo utroque genu, manum eius osculentur'. Qui vero electus fuerit nec electionem, nec exhibitam reverentiam (memor cuius nomine eam admittere debet) recusare poterit. Deinde simul omnes dicant, Te Deum laudamus. G

C. *Servabunt omnes silentium in loco inclusionis; ita ut unus cum alio non colloquatur in iis, quae ad electionem pertinent (nisi quid esset, quod necessarium videretur, et id quidem coram omnibus dicendum esset) donec Generalis sit electus.*

D. *Antequam ingrediantur in locum electioni destinatum, in spatio quatuor illorum dierum congregati omnes, qui in loco Congregationis Professi invenientur,* [n] *Secretarium et Assistentem eligent: ac quilibet, quem nominet, scriptum dabit: et publice Vicarius cum duobus* [o] *ex Professis antiquioribus videbit, quis plura habeat suffragia; et ubi paritas esset, tres ipsi suffragia sua ferent; et qui duo habuerint ex eis, Secretarius et Assistens erunt.*

[n] *Inf.* F et G et P. 9 c. 5 u. 4. C. 1 d. 14 *ante elect.*

[o] C. 10 d. 7.

E. *Absolvit ab omnibus censuris, quas non incurrissent propter defectus ad hanc electionem pertinentes.*

F. *Formula iuramenti haec esse poterit: Testem invoco cum omni reverentia Iesum Christum, qui Sapientia est aeterna, quod* [p] *ego N. illum eligo et nomino in Praepositum Generalem Societatis Iesu, quem sentio ad hoc onus ferendum aptissimum. Itaque duo iurat: unum, quod suum nomen ponit, ut personae eligentis; alterum, quod ponit nomen illius, quem magis idoneum iudicat, ut personae electae: et tunc suffragium suum scriptum dabit. Et hanc iuramenti formulam quisque scriptam habeat exterius in eadem charta sui suffragii, et eam legat alta voce, cum suffragium dat tribus designatis. Locus autem, ubi quisque seorsum et coram omnibus suum dat suf-*

[p] C. 1 d. 70.

---

94 'In... Sancti' *add. Po3.* — 1 *Marg.* F *E1, Po3,* Dd *Po1, 2.* — 3 'exhibitam' *add. Po1.* — 4-5 reuerentiam (cum recordari debeat, cuius nomine eam admittat) recusare [declinare *add. et obl. Po1*] debet. Postremo simul *Po1, 2, 3, E1.* — 6 *Marg.* C *add. Po2,* Z *Ile.;* loco congregationis ita *Po1,* locis congregationis ita *Po2, 3, E1, 2, 3,* loco inclusionis *Cong4.* — 7 iis *add. Po2, om. Po3,* his *Ile.;* pertinent si *Ile. Po1.* — 8-9 id quidem *et* esset *add. Po2.* — 10 *Marg.* D *add. Po2,* Aa *Ile.;* 'destinatum' *add. Po1,* deputatum *Ile.* — 13 nominat [nominet *Ile.*] scriptum [in scriptis *add. et obl.*] *Po1.* — 14 nidebunt *Po1, 2, 3.* — 17 *Marg.* E *add. Po2,* Bb *Ile.* — 19 *Marg.* F *add. Po2,* Cc *Ile.* — 19-20 cum... reverentia *om. Cong1.* — 22-23 iurat, alterum quod suum *Po1, 2, 3.* — 24 magis idoneum *add. Po2,* aptissimum *Ile.* — 27 et secundum *Ile. Po1;* alta [clara *marg.*], alta *obl. et rest. Po2,* clara *add. et obl.,* alta *Po3;* 'designatis' *add. Po1,* deputatis *Ile.*

---

numenta Ordinis Carmelitarum, t. I, p. 88. Haec non sunt in *Constitutionibus O. P.*, a quibus illae Carmelitarum maxime pendent, cf. ib. Monitum editoris, p. 3.

[q] *Sup.* D. *fragium, mensa erit in medio constituta, ubi Vicarius est cum* [q]*suis Assistentibus.*

[r] *Sup.* D. **G.** *Incipiente Vicario* [r]*cum Assistentibus, vel (si aliquis eorum fuerit electus) duobus reliquis; et sequentur ceteri.*

---

[s] C. 1 d. 17 *ante elect.*

7. Si non fuerit, qui amplius quam mediam partem suffragio-

H rum habeat, [s]alia ratio, scilicet compromissionis, ineatur; † electis inter omnes tribus aut quinque electoribus' (qui nimirum ad id munus plura habuerint suffragia) et quo maior horum trium vel quinque pars inclinaverit, ille sit Praepositus Generalis [5], et promulgetur, eique reverentia exhibeatur, et Deo nostro gratiae agantur, ut superius [t]dictum est.

[t] *Sup.* n. 6.

H. *Modus eligendi hos electores erit, ut scribat unusquisque, quos sentiat eligendos; et qui plura habuerint suffragia, sint electores: et cum quisque scripserit huiusmodi electorum nomina, iurabunt omnes in hanc formam: Testem invoco Iesum Christum, qui Sapientia est aeterna, quod ego N. illum eligo et nomino in Praepositum Generalem Societatis Iesu, quem electores ad id constituti elegerint et nominaverint.*

---

[u] C. 27 d. 303 § 2 3°.

8. [u]Post promulgationem, nulli integrum erit suffragium suum mutare, nec, peracta electione, aliam tentare: et observet quae dicta sunt, qui schismaticus ac ruinae Societatis auctor haberi nolit, et in

I poenam excommunicationis latae sententiae incidere, † aliasque graves censuras subire, pro arbitrio Societatis'; cui [v]unio et conformitas omnimoda ad Dei gloriam convenit.

[v] P. 3 c. 1 n. 18.

I. *Poterit Vicarius cum plurium assensu, vel qui electus fuerit in Praepositum Generalem, decernere censuras, quae convenire in Domino videbuntur.*

---

31 *Marg.* G *add. Po2,* Dd *Ile.* — 32 electus *add. Po2.* — 34 ratione *Ile. Po3;* ineatur *add. Po2,* uti alia ratione *[seq.* liceb, *imp. v., Po1 obl.]*... licebit *Ile.; marg.* G *E1, Po3,* Ee *Po1, 2.* — 34-35 'inter omnes' *add. Po1,* electis tribus... electoribus inter omnes *Ile.* — 35-36 'nimirum... munus' *add. Po1,* scilicet *Ile.* — 37-38 ac promulgabitur... exhibebitur et Deo ac Domino nostro... reddentur *Po1, 2, 3.* — 38 'que' *et* 'exhibebitur' *add. Po1,* fietque ei reuerentia *Ile.;* gratiae reddentur *Po1, 2, 3.* — 39 est dictum *Po1.* — 40 *Marg.* H *add. Po2,* Ee *Ile.* — 42 electores postquam scripserit eorum *Ile. imp. Po1.* — 44 ego N *add. Po2, om. Po3.* — 47 publicationem *add. et obl. Po1.* — 49-52 qui dissidii *[1 v. add. Po3,* simultatis *Ile., add. Po. Po1,* scismatis *Ile.]* ac... haberi *[seq.* nollet *obl. Po1[* et in... censuras pro... et concordia *[1 v. add. Po1,* consensio *marg. obl.,* conformitas *Ile.]* omnimoda... conuenit) subire nolit *[1 v. add. Po3,* nollet *Ile.,* 'subire nollet' *add. Po1[Po1, 2, 3, E1.* — 50 *Marg.* I *E1, Po3,* Ff *Po1, 2.* — 53 *Marg.* J *add. Po2,* Ff *Ile.*

---

[5] In t. I, monum. 38bis, p. 291, nn. 112, 113 indicantur hae constitutiones.

De modo in deliberationibus tenendo, quando in Congregatione generali, non de electione Praepositi, sed aliis de rebus agitur [1]. Cap. VII.

1. Cum in Congregatione, non de electione Praepositi, sed aliis de rebus gravibus et ad statum Societatis pertinentibus agitur, inclusio necessaria non erit: licet sit curandum, ut, quam expeditissime fieri poterit, quae tractanda sunt, absolvantur. Sed quia ex prima et summa Sapientia descendat oportet lux ea, qua diiudicari possit, quid statuere conveniat; in [a]primis, Missarum sacrificia offerentur, fietque oratio in loco Congregationis et aliis partibus Societatis, per totum illud tempus, quo congregantur et quo tractantur res in eo Conventu definiendae, ad gratiam impetrandam, ut omnia ad maiorem Dei gloriam constituantur.

[a] *Sup.* c. 5 n. 3 et 4.

2. Deinde semel aut saepius omnibus congregatis, † Praepositus Generalis, deinde Provinciales, Rectores [b]aliique ad Congregationem vocati, quae eis tractanda videbuntur, rationesque eorum, quae sentiunt, postquam diligenter omnia consideraverint ac Deo et Domino nostro commendaverint, coram omnibus breviter proponent'. Et postquam proposuerint, summam † scriptam in medio relinquent', ut, si qui velint, eam legant; et quod ea de re sentiunt, in sequenti congregatione dicant.

A

[b] C. 2 d. 20. C. 3 d. 1. C. 4 d. 64.

B

In Caput VII.

A. *Qui veniunt Provincialium loco, eis absentibus, eodem ordine loquentur. Hoc tamen observabitur, ut* [c]*antiquissimus ex Professis cuiusvis Provinciae, qui Provincialis sit vel loco Provincialis veniat,*

[c] C. 1 d. 45, 106. C. 7 d. 73.

2-3 de aliis rebus *Ile. Po2,* aliis de *Po1.* — 7 transigantur *add. et obl. Po1.* — 8 'diiudicari' *add. Po1,* uideri *Ile.* — 10 fietque assidua *Ile. Po2,* 'assidua' *add. Po1.* — 11 'per... iempus' *add. Po1,* quamdiu spatium illud temporis durat *Ile.* — 12 'ad' gratia'm' impe'trandam' *add. Po1,* ut gratia impetretur *Ile.* — 13 omnia *add. Po2,* ea *Ile.* — 14 'omnibus' *add. Po1;* proponat praepositus *Ile. Po1; marg.* Gg *Po1, 2.* — 15 * provinciales *E1.* — 16 uocati, coram omnibus *Ile. Po1.* — 17-18 'omnia' *et* 'coram... breuiter' *[seq.* in scriptis *Ile.] add. Po1.* — 19 proposuerint *Cong4,* dixerint [absoluerint *add. et obl. Po1*] 'sententiam suam, eius' *[add. Po1]* summam 'scriptam' *[add. Po1,* eorum quae dixit, in scriptis *Ile.] pr.;* Hh *Po1, 2;* * in *E1.* — 20 eam legere *Ile. Po1.* — 20-21 'et' qu'o'd *[seq.* 'de' *add. et obl.]* 'ea de re' *et* 'dicant' *add. Po1,* dicant quid sentiant in *Ile.* — 22 *Seq.* De modo in deliberationibus tenendo, quando de aliis rebus agitur *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 23 *Marg.* A *add. Po1,* Gg *Ile.* — 23-24 loquentur eodem ordine *Cong1.* — 24 'vt' *add. Po2, marg. Po1,* quod *Ile.*

---

[1] Cf. t. I, monum. 1. Ex hoc capite sumpta sunt, saepe etiam ad verbum, multa quae *Constitutiones Scholarum Piarum* habent in parte 3, c. 1, nn. 22-29, paginis 133-135. Cf. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 3; in § 5 aliqua invenies etiam ex Regula gubernandi Fratrum Scholarum Christianarum.

dicat primus; et eum sequentur reliqui omnes eiusdem Provinciae, iuxta antiquitatem Professionis, vel Votorum, quae Coadiutores Spirituales emittunt. Postea inter reliquos Provinciales, qui fuerit antiquior, et cum eo reliqui ex eadem Provincia. Post huiusmodi sequentur, si alii fuerint, qui sub nullo Provinciali sint, vel extra ordinem sint vocati, qui etiam ordine antiquitatis dicent.

B. *Suum scriptum super mensa, quae in medio erit, ponendo. Curabit autem Secretarius, ut, si opus fuerit, plura exempla exscribantur, vel quisque secum ferat, quibus rationes, quae ipsos movent, contineantur, ut videri possint ab iis, qui sententiam de rebus eisdem dicturi sunt.*

---

3. Rebus agitatis hinc inde in una vel pluribus congregationibus, si nihil manifeste in alteram partem constitui videretur [2], communi omnium vel fere [d]omnium assensu; quatuor qui definiant [3] ex iis, qui intersunt Conventui et in eo ius habent suffragii, plurium sententiis (quibus alii se stare velle compromittant) eligantur: qui quoties opus fuerit, cum Praeposito Generali congregati, omnia ea, de quibus agitur, decident. Quod si omnes eiusdem sententiae non fuerint, quo verget maior pars id praeferendum et a tota Congregatione, ut de manu Domini, admittendum erit.

[d] C. 1 d. 6, 46. C. 4 d. 42.

---

26 dicat *add. Po2, marg. Po1,* dicet *1le.* — 26-28 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 27 iuxta... quae *add. Po2.* — 28 emittunt *add. Po2.* — 26-28 prouinciae, ordine antiquitatis uel professionis uel uotorum uel admissionis in coadiutores spirituales. Postea *Po1.* — 31 etiam iux, *imp.* r., *1le. Po1; seq.* Et ut facilius ordo dicendi seruaretur, conueniret eundem in sedendo ordinem seruari. Cuius rei cura penes secretarium prepositi uel vicarii generalis erit, qui ordinem libri in quo professi et coadiutores scripti sunt *[seq.* serua *obl. Po1]* obseruabit *non obl. Po1, 3, obl. Po2**. — 32 *Marg.* B *add. Po2,* Hh *1le.;* mensam *Po1.* — 35 iis *add. Po2, om. Po3,* his *1le.;* 'eisdem' *add. Po1,* eis de rebus *1le.* — 38 videretur; communi *EE omnes* **; videretur communi *Po1, 2.* — 39 assensu *add. Po1,* iudicio *2le.,* sensu *1le.* — 40 his *Po1, 2, 3;* 'qui' *add. Po1;* 'ius... suffragii' *add. Po1,* uocem habent *1le.* — 40-41 'plurium sententiis (quibus' *add. Po1,* pluribus suffragiis eligentur quorum sententiis *1le.* — 41 promittant *Po1, 2, 3, E1.* — 38-41 si nihil communi fere omnium assensu [consensu *CompC2*] constitueretur, quatuor qui rem definiant ex iis qui intersunt conuentui et ius habent suffragii, plurium sententiis (quibus alii se staturos promittant) eligantur *CompC1.* — 42 'quotiens... fuerit' *add. Po3,* saepius *1le.* — 43 decidant *1le. Po2,* decident *Po1.* — 44 'a tota' *add. Po3,* ab omni *1le.*

---

* Locus emendatus a congregatione prima, decr. 45, *Institutum* II, 166.

** Ed. ultima, Romae 1937, ponit in Corrigendis hunc locum, tollitque punctum cum virgula ante verbum *communi,* ponens post verbum *assensu*; hanc editionem sequimur, cui favet maxime textus latinus *Po1* et textus hispanus, v. not. 2.

---

[2] De interpunctione hujus loci cf. t. II, p. 654 not. 2. Hic eam ponimus qualem in Corrigendis editionis romanae hujus anni 1937 invenimus, quam nempe in textibus hispanis *A* et *B* adhibuimus in t. II, ne sententia parum consona maneret: «con un común consentimiento de todos o quasi todos deben eligirse quatro definidores a más votos», ‹communi omnium vel fere omnium assensu quatuor, qui definiant, plurium sententiis eligantur ; v. variata et subnotationem.

[3] Indicantur definitores in t. I, monum. 38bis, n. 102, p. 289.

4. Si praepositus Generalis ea corporis valetudine non esset, ut posset rebus omnibus tractandis interesse, posset alium suo loco substituere; et sic sigillatim, omnibus rebus constitutis, prout maiori parti visum fuerit, quod decretum est, scribetur, et in plena Congregatione legetur: et si etiam tunc alicui visum fuerit, quid ea in re sentiat dicere, ei licebit; sed omnia tandem arbitrio Praepositi cum Definitoribus relinquentur.

5. Consideratis denuo illis, quae discussa sunt, et modo iam dicto rursum constitutis, Secretarius in libro ad id destinato † ea C postmodum promulganda' scribet.

C. *Promulgatio fiet coram tota Domo, ac postea per Domos et Collegia reliqua, quod de ordinationibus et statutis dictum intelligatur, quae, ut ubique observentur, constituta sunt. Quod enim ad Collegium, vel Domum, vel personam unam, tantum pertineret, non est quod aliis in locis promulgetur, quamvis res secretae non essent: sed si essent secretae, multo magis evulgatio sub gravibus censuris arbitrio Praepositi Generalis est prohibenda.*

Ordinationes [e] *in Congregatione constitutae in suo vigore permaneant, (si in alia Congregatione generali non revocarentur) quamvis Praepositus Generalis, sub quo factae sunt, e vivis excessisset.*

[e] C. 1 d. 115.

46-47 generalis non erit ea habitudine corporis, ut possit *Po1, 2, 3, El.* — 48 sigillatim singulis *Ile. Po1.* — 49 'quod... est' *add. Po1,* decisio, deliberatio *add. et obl.,* constitutum *Ile.* — 49-50 decretum... fuerit *add. Po2, est Po1.* — 50-51 'quid... sentiat' *et* 'ei' *add. Po1,* sententiam dicere, licebit *Ile.* — 51 'sed' *add. Po1.* — 53-54 'sunt' *et* rursum constitutis *add. Po3,* discussa *[seq.* sunt *obl. Po1]* et... dicto constituta 'sunt' *[add. Po1] Ile.* — 54 *Marg.* C *et* D *E1, Po3,* Ji *et* Kk *Po1, 2.* — 55 * promulganda *E1.* — 54-55 'destinato, ea' *et* 'promulganda' *add. Po1,* deputato, quod constitutum fuerit, postmodum publicandum *Ile.* — 56 *Marg.* C *add. Po2,* Jj *Ile.;* fiet *et* tota *add. Po2, om. Po3,* erit... omni *Ile.* — 57 et *om. Fl, Ro.* — 58 Quod si *Po3.* — 59 'vnam' *add. Po1,* collegium unum *Ile.* — 63 *Marg.* D *E1, add. Po2,* Kk *Ile.*

[2] C. 1 d. 49.

NONA PARS [a].

DE IIS, QUAE AD CAPUT SOCIETATIS ET GUBERNATIONEM AB EO DESCENDENTEM PERTINENT.

QUOD PRAEPOSITUM GENERALEM, ET QUIDEM PERPETUUM, DUM VIXERIT, ESSE OPORTEAT [1]. CAP. I.

Ut in omnibus Rebuspublicis vel Congregationibus bene constitutis, praeter eos, qui ad fines particulares in eis tendunt, necesse est esse aliquem vel etiam plures, qui boni universalis curam habeant, et, ut ad proprium finem, ad id tendant; sic etiam in hac Societate, praeter eos, qui particularibus Domibus, Collegiis, et Provinciis etiam, in quibus huiusmodi sunt Domus vel Collegia, praesunt; necesse est [b] esse aliquem, qui universae Societatis curam habeat, qui hunc sibi finem constituat, ut bene gubernetur, conservetur et augeatur totum Societatis corpus; et hic est Praepositus Generalis: qui, cum duobus modis eligi posset, scilicet ut ad tempus
A aliquod definitum, vel ut, quamdiu vivet, Societati praesit; † propterea quod experientia, et in gubernando exercitatio, et hominum
B particularium notitia', † et erga eosdem auctoritas' confert magnopere, ut bene hoc munus obeat; [c] ad vitam, et non ad tempus ali-

[b] *Inf.* c. 6 n. 1.

[c] C. 1 d. 47. C. 27 d. 247

2-3 'Societatis et gubernationem' *et* pertinent *add. Po1,* caput pertinent et regimen ab eo descendens *Ile.* — 5 'oporteat' *add. Po1,* praepositus generalis... perpetuus... esse debeat *Ile.* — 6 *Marg.* 1 *E1, 2, 3, Ant sqq.* — 8-9 'et... tendant' *add. Po1,* vniuersalis tanquam proprii finis curam habeant *Ile.* — 10-11 'particularibus' *add. Po3,* qui domibus uel collegiis eius sigillatim *[seq.* praesunt vel *obl. Po1]* et etiam prouinciis particularibus, in quibus *Ile.* — 11 'sunt' *add. Po1,* collegia habet *Ile.* — 12 praesint *Ile. Po1;* vniuersi corporis Societatis *Ile. Po1.* — 16 definitum *add. Po1,* limitatum *Ile.;* uel ad vitam ipsius *Ile. Po1;* 'viuet' *add. Po1,* vixerit *Ile.* — 17 quod magnopere *Ile. Po3;* * in *E1.* — 17-18 in... exercitatio *et* hominum *add. Po1,* gubernandi vsus et rerum particularium *Ile.* — 18 * auctoritas *E1;* conferet *E2b;* 'magnopere' *add. Po3.* — 19 hoc munus *bis script. semel obl. Po2, est Po1.*

[1] Ex hoc capite complura parce immutata, transierunt in *Constitutiones Scholarum Piarum*, parte 3, c. 2, v. g. 1. Sicuti in omnibus Rebus publicis, seu Congregationibus bene constitutis, praeter eos, qui per fines particulares et specialia ministeria, ad commune bonum tendunt, necesse etiam est qui boni universalis curam habeat, et ut ad proprium finem, ad illud aspiret; sic etiam in hac Congregatione, praeter eos qui particularibus Domibus, Scholis Piis... praefuerint, necesse est, esse aliquem, qui hunc sibi finem constituat» caet. Ex eodem loco pendere videntur quae de hoc argumento continet Regula gubernandi *(Regle du Gouvernement)* Instituti Fratrum Scholarum Christianarum, c. 6, nn. 6 et 8; v. *Proleg.* c. 7, a. 2, §§ 3 et 5.

quod praescriptum, erit eligendus [2]. [d] Accedat autem ad cetera hoc commodi ex eo, ut Societas, in rebus magni momenti ad DEI gloriam satis fere semper occupata, † universalibus his Conventibus minus laboris et distractionis patiatur. [d] P. 8 c. 2 n. 1 et c. 4 n. 2. C

DECLARATIONES IN NONAM PARTEM. IN CAPUT I.

A. *Praeter rationes, quae in hac Constitutione attinguntur, ut Generalis ad vitam constituatur, sunt et aliae.* [e] *Una est, quod longius recedet omnis cogitatio et occasio ambitionis, quae huiusmodi officiorum pestis est, quam si certis temporibus esset eligendus.* [e] P. 10 n. 6.

Altera, quod facilius est unum idoneum, quam plures, ad hoc munus inveniri.

Tertia est, exemplum quod sumitur ex communi ratione gubernationum magni momenti, quae ad vitam esse solent, tam in ecclesiasticis, Summi Pontificis et Episcoporum, quam in secularibus, Principum ac Dominorum. De remedio autem, quo evitentur aliqua incommoda, quae sequi possent ex huiusmodi officio, si ad vitam teneatur, inferius, capite quarto, agetur.

B. *Maior erit Praepositi auctoritas, si mutari non poterit, quam si ad unum vel plures annos eligeretur; cum externis, quia magis omnibus notus erit; et cum iis, qui de Societate sunt, propter rationem eamdem. Et contra, scire quod eo officio aliquando sit perfuncturus, et aequalis vel inferior aliis futurus, esse etiam in eo parum exercitatum, auctoritatem potest imminuere.*

---

20 eligendus. Si quae etiam *1le. imp. Po1;* Accedet *[seq.* ad *obl. Po1] Po1, 2, 3, E1, 2b,* Accedit *Ant sqq.* — 22 *Marg.* C *om. E1, Po3;* in vniuersalibus iis *1le. Po1.* — 23 * minus *E1.* — 24 Declarationes *add. Po2,* Declaratio *1le. et Po3,* Declar *Po1; seq.* De his que ad caput Societatis pertinent et gubernationem *[1 v. add. Po1,* regimen *1le.]* ab eo descendentem. In... primum. Quod prepositum generalem perpetuum esse oportet *non obl. Po1, 3;* De... descendentem *et* Quod... opportet *obl. Po2.* — 26 ad vitam *obl. et rest. Po2,* 'perpetuus' *add. et obl.;* ad uitam [perpetuus *marg. Po1*] *Po1, 3;* aliae, inter quas una *Po1, 3, 1le. Po2.* — 27 reced'e'nt omnis... ambitionis *[5 vv. add. Po1,* recedant cogitationes et occasiones ambitionis *1le.] Po1, 2, 3.* — 29 Altera *add. Po2, om. Po3,* Alia *1le.* — 31 'quod... ratione' gubernation'um' *add. Po2, om. Po3,* consueti [consuetudinis *marg. Po1*] modi in gubernationibus *1le.* — 34 De... quo *add. Po2, om. Po3,* Et ut *1le.* — 35 possunt *1le. Po1;* ad uitam [perpetuo *marg.*] *Po1,* ad vitam *obl. et rest. Po2,* 'perpetuo ab vno' *add. et obl.,* perpetuo ab vno *Po3.* — 36 4° de remedio agetur *Po1, 3, 1le. Po2.* — 37-39 *1le. Po2, ut Po1 infra.* — 37 'mutari... poterit' *add. Po2.* — 38 'vnum' *add. Po2, om. Po3.* — 39 iis *add. Po2, om. Po3.* — 37-39 si immutabilis [perpetuus *marg.*] fuerit dum uiuit... ad aliquem uel... ab omnibus... cum his *Po1.* — 40 'contra' *add. Po1,* viceuersa *1le.* — 40-42 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 40 perfuncturus *add. Po2.* — 41 in *add. Po2, om. Po3.* — 40-42 'eo' officio [officium *pr.*] se 'aliquando' sit abdicaturus et aequalis... etiam eo parum exercitatum *[2 vv. add.,* in officio nouum *1le.] Po1.*

---

[2] Ad vitam fore praepositum generalem statuerunt jam Patres nostri a. 1539 et confirmarunt a. 1541 (cf. t. I, monum. 3 p. 13 n. [14], et monum. 9 p. 39 n. 14) neque unquam postea mutarunt. V. vota Patrum septuaginta de hac re ac de retinendo Lainio in officio generalis in *Lainii Monum.* VIII, 696-745. Inter illa non est votum P. Araoz, qui «retinebat persuasionem, non esse Patrem Laynem generalem, elapso triennio» *Epist. P. Nadal* II, 84.

C. *Constat rarius congregandam universam Societatem, si Praepositus ad vitam eligetur: quandoquidem quae fiunt Congregationes, maiori ex parte ad eius electionem, et raro in aliis occasionibus fiunt.*

Qualis esse debeat Praepositus Generalis [1]. Cap. II.

A 1. † Inter dotes varias, quibus ornari Praepositum Generalem optandum est, omnium prima haec erit': [a] ut cum Deo ac Domino nostro quam maxime conjunctus et familiaris, tam in oratione, quam in omnibus suis actionibus sit: ut eo uberius ab ipso, ut boni totius fonte, universo corpori Societatis abundantem donorum ac gratiarum eius participationem, ac multum valoris et efficaciae omnibus illis rationibus, quibus ad animarum auxilium utetur, impetret [2].

[a] *Inf.* c. 6, A et P. 10 n. 2.

In Caput II.

A. *Ad has sex partes, ut primarias, reliqua reducuntur; quandoquidem in eis Praepositi perfectio consistit erga Deum, quodque eius affectum, intellectum et exsecutionem perficit, quodque ex bonis corporis et externis iuvare poterit, et iuxta ordinem positum, momentum earum aestimandum est.*

---

[b] *Inf.* c. 6, A et P. 8 c. 1, G. 2. Secunda, [b] ut vir sit, cuius in omni virtutum genere exemplum reliquos de Societate iuvet; ac praecipue in eo splendor charitatis erga omnes proximos, et in primis erga Societatem, ac verae

43-46 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 43 rarius esse congregandam *Po2, 3.* — 44 ad vitam *obl. et rest. Po2,* 'perpetuus' *add. et obl.,* ad vitam *Po3.* — 44-45 'quae... congregationes *[seq.* 'maxima' *obl.]...* ad' *add. Po2, om. Po3.* — 43-46 Constat quod rarius erit congreganda congregandam esse *marg.]* uniuersa Societas si... ad uitam [in perpetuum *marg.]*... quandoquidem fere semper *[2 vv. add.]* ad eius electionem *[seq.* magna ex parte *add. et obl.]*... occasionibus est congreganda *Po1.*

1 debet *Po2, 3,* debeat *Po1.* — 2 *Marg. nulla litt. E1,* D *Po1, 2;* 'ornari' *add. Po1,* ornatum *2le.,* praeditum esse *1le.* — 3 'erit' *add. Po1,* est *1le.* — 4 *Marg.* A *et* * tam *E1;* 'coniunctus' *add. Po1,* vnitus *1le.* — 5 'eo' *add. Po1,* tanto *1le.* — 6 'vniuerso' *add. Po1,* toti *1le.* — 7 participationem impetret *1le. Po1;* multum *[add. Po1]* ualoris [ualorem *1le.]* et energiae [energiam *1le.,* efficaciam *et* efficaciae *add. et obl.]* omnibus *Po1,* ualoris ac *Po2, 3,* efficaciae *add. Po2,* energiae *1le.* — 8 'rationibus' *add. Po1,* mediis *1le.* — 9 *Seq.* Qualis esse debeat praepositus generalis *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 10 *Marg.* A *add. Po2,* D *1le.;* reliquae *Po1, 2, 3, E1, 3.* — 14 aestimandum est *add. Po1,* extimatur *1le.* — 16 'splendor' *obl. add. obl. et rest. Po1.* — 16-19 charitatem... et 'imprimis' *[add. Po1,* praesertim *1le.]*... ueram humilitatem... reddant, in eo splendescere oportet *2le. Po1.*

---

[1] Consalvius de Camara scribit: «Lo mismo se puede dezir de las Constitutiones [fuisse Patri Ignatio normas agendi, animo prius quam scriptis expressas] máxime del capitulo en que pinta el general, en el qual parece auerse pintado a sý mismo» *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 263; cf. tamen t. I, monum. 38bis, p. 294, n. 140, unde fortasse non temere conjicias, Ignatium non a se ipso, sed a Polanco hic esse descriptum.

[2] Cf. *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 241-242, 367 nn. 61 et 63.

humilitatis, quae Deo et hominibus amabilem eum reddant, sit conspicuus [3].

3. Liber etiam ab omnibus inordinatis affectionibus per gratiam Dei edomitis et mortificatis sit oportet, ne interius iudicium rationis perturbent; et ut exterius tam sit compositus, et in loquendo praesertim, tam circumspectus, ut in eo nihil, ne verbum quidem, notari possit, quod non ad aedificationem, sive eorum qui de Societate sunt (quibus speculi et exemplaris loco esse debet) sive externorum, faciat [4].

4. Nihilominus eo modo didicerit rectitudinem ac severitatem necessariam cum benignitate et mansuetudine miscere, ut nec se flecti sinat ab eo quod Deo ac Domino nostro gratius fore iudicaverit; et tamen filiis suis, ut convenit, compati noverit, eo modo se gerendo [c]ut etiam qui reprehenduntur vel corriguntur, quamvis secundum inferiorem hominem quod agitur displiceat, agnoscant nihilominus, quod recte in Domino et cum charitate ille suum officium faciat [5].

[c] *Inf.* c. 3 n. 11 et P. 3 c. 1 n. 15 et N.

5. Animi etiam magnitudo ac fortitudo est ei pernecessaria ad infirmitatem multorum ferendam et res magnas in divino servitio aggrediendas, in eisque constanter, quando id convenit, perseverandum; non propter contradictiones (licet a magnis et potentibus excitatas) animum despondendo, nec ab eo, quod ratio et divinum obsequium postulat, ullis eorum precibus aut minis separari se sinendo; ut omnibus demum casibus, qui incidere possunt, sit superior, nec prosperis efferri, nec adversis deiici animo sese permittat;

---

causas graves aliquem ipsorum oporteret, [i] non repugnantibus Provincialibus Societatis, Praepositus Generalis alium substituet, qui cum [j] approbatione omnium vel maioris partis eorum, manebit in demortui vel absentis loco.

4. [k] Tertio si accideret aliquod ex peccatis (avertat id Deus), quae sufficiunt ad Praepositum officio suo privandum; simul atque res [l] per testimonia sufficientia vel ipsius affirmationem constaret, iuramento obstringantur quatuor Assistentes ad id Societati denuntiandum, et, cum omnium vel certe trium subscriptionibus, Congregationem, † id est Praepositos Provinciales cum duobus aliis, quos singuli ex sua Provincia secum adducent' (qui congregari tenebuntur) convocandam. Et si res divulgata et communiter manifesta esset, non exspectata quatuor Assistentium convocatione, Provinciales, alii alios vocando, convenire deberent. Et ipso primo die, quo in locum huiusmodi Congregationis ingredientur, ubi aderunt quatuor illi qui convocarunt cum aliis congregatis, rem is aggrediatur, cui omnia notiora sunt, et accusatio dilucide explicetur: et, postquam auditus fuerit Praepositus, foras egredi debebit; et antiquissimus ex Provincialibus [m] simul cum Secretario et alio Assistente de tota re scrutinium faciat. Et primo quidem, an constet de peccato, quod obiicitur; deinde, an huiusmodi sit, ut propter id privari officio debeat; et idem suffragia promulget, quae, ut sufficiant, duas tertias partes excedent: et tunc statim de alio eligendo agatur; et si fieri potest, non prius inde egrediantur, quam Societas Generalem Praepositum habeat: et si eo die res transigi non poterit, in sequenti, vel quam expeditissime fieri poterit, eo modo quo in octava parte [n] dictum est, transigatur.

[i] C. 4 d. 24, 25. C. 8 d. 19.

[j] C. 1 d. 84. C. 4 d. 25. C. 6 d. 27 n. 2.

[k] *Sup.* c. 4 n. 7.

[l] *Sup.* c. 4 n. 7.

B

[m] P. 8 c. 6, D.

[n] P. 8 c. 6.

---

24 'oporteret' *add. Po3.* — 23-24 obire [obiret *pr.*] uel *[seq.* necesse erit diu aliquem ipsorum *obl.]* a... generali semotum esse propter... graues 'aliquem ipsorum necesse esset', non *Po1.* — 25 *Marg.* de sententia *obl. Po1.* — 26 'manebit' *add. Po1,* succedet *1le.* — 28 aduertat *[pro* auertat*] 1le. Po1.* — 30 sufficientia *add. Po2,* solida solida, *sic, 1le.;* testimonia 'solida' *[2 vv. add.,* testes sufficientes *1le.]* vel... affirmationem *[1 v. add.,* confessionem *1le.] Po1.* — 33 *Marg.* Z *Po1, 2;* * Praepositos *E1.* — 32-35 congregationem *[seq.* Societatis *obl. Po3,* ad congregationem uocare Societatem *1le. Po1]* id est... aliis *[seq.* ex quauis prouincia cum eis *obl. Po1]*... ex sua prouincia *[3 vv. add. Po1]* secum adducent *[1 v. add. Po1,* ferent *1le.]* (qui...) 'conuocandam' *[add. Po1] Po1, 2, 3.* — 35 diuulgata *add. Po1,* publicata *1le.;* communiter *add. Po2,* omnibus *1le.* — 37 'con'uenire *add. Po1.* uenire *1le.* — 39 'qui con'uocar'unt' *add. Po1,* illi 'assistentes' *2le.,* quorum erat Societatem uocare *1le.* — 40 accusatio [accusationem *1le. Po3*] dilucide *[1 v. add. Po1,* distincte *2le.,* clare *1le.]* explicetur *[1 v. add. Po. Po3,* proponat *1le.] Po1, 2, 3.* — 41 et... fuerit *Cong4,* qua audita *pr.;* egredietur *Po1, 2, 3, E1.* — 43 'de... faciat' ['circa' *3le.,* 'de re proposita' *2le.*] *add. Po3,* rem examinandam suscipiat *1le., supra v.* examinandam *est* scultineo, *sic, Po1* *. — 43-44 'constet de peccato' *add. Po1,* uerum 'sit' *[add. Po1,* existimetur *1le.]* factum ipsum *2le.* — 44 'sit' *add. Po1.* — 46 excedant oportet, et tunc eo deposito, statim, *Po1, 2, 3, E1.* — 48 praepositum generalem *Po1;* posset *vel* possit *1le. Po2,* poterit *Po1.* — 49-50 poterit, quemadmodum in *Po1, 2, 3, E1,* 'quem'admodum *et* 'est' *add. Po1,* ad modum in octaua parte dictum *1le.*

* Probabiliter dictavit Polancus verbum hispanum *escrutinio,* quod librarius male intellexit.

B. *Rem nihilominus secretam teneant, quantum fieri poterit, cum aliis, etiam eiusdem Societatis, donec veritas eluceat: ut, si certum esse, quod quatuor sibi persuaserant, non iuueniretur, iniusta infamiae nota Praeposito non iuuratur.*

C 5. † Si defectus deprehensi non fuerint eiusmodi, ut privandus officio suo, sed tantum corrigendus videretur; quatuor eligantur, quibus cura iniungatur, considerandi, quae correctio ei conveniat: et si non convenirent, paribus suffragiis exsistentibus, quintus adiungatur, vel tres alii; ut, quid in Domino conveniat, constituant [2].

C. *Cum defectus ad depositionem sufficientes non deprehenderentur, aliis de rebus agatur propter quas convocata Societas videatur; et quod ad Praepositum attinet, dissimuletur: immo, quoad eius fieri poterit, nullo tempore divulgari debet. Et sic cum convocantur praemoneri et post rem discussam serio iniungi consciis, et praesertim Provincialibus oportet, ne cui indicent. Et cum constitutum fuerit illum officio privare, tunc etiam cum Praeposito Generali secreto agendum est, ut ipsemet officio se abdicet; ut hoc promulgari, et peccatum ac officii propter peccatum privatio occultari possit.*

D 6. † Si °accideret Praepositum Generalem ad Societatis guber-
° *Sup.* c. 4 n. 6. nationem esse inutilem', re partim coram eo et partim in eius absentia agitata, dispiciatur an eligi Vicarium absoluta cum potestate, quamvis sine nomine Praepositi Generalis (quamdiu vixerit qui tunc erat) oporteat; et id, si pluribus quam dimidiae parti suffragiorum visum fuerit, sic agendum erit. Si id necessarium fore non iudica-

---

51 *Marg.* B *add. Po2,* Z *Ile.;* poterit etiam *Ile. Po1.* — 52-54 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 52 'eiusdem' Societat'is' *add. Po2, om. Po3.* — 52-53 ut ['vt' *pr. Po2*] 'si certum non esse quod' qua'uor 'sibi persuaserant, inueniretur' *[add. Po2, om. Po3] Po2, E1.* — 54 'non' *add. Po2, om. Po3.* — 52-54 etiam de Societate... eluceat, ne si accideret parum certum deprehendi quod... persuaserant *[seq.* ne *add. et obl.]* iniusta... praeposito inuratur *[5 vv. add.,* injuste infamia preposito conflata uideatur *Ile.] Po1.* — 55 *Marg.* Aa *Po1, 2;* * ejusmodi *E1.* — 56 'videretur' *add. Po1,* suo uideretur *Ile.* — 58 non idem omnes sentirent, paribus *Po1, 2, 3, E1; supra* omnes sentirent *est* conueniret *obl. Po1.* — 60 *Marg.* C *add. Po2,* 'Aa' *Ile.;* 'Cum' *add. Po1,* Vt *Ile.* — 63 diuulgari debet' *add. Po2, Ile. ut Po1,* debet diuulgari *Po3,* debet publicari *[2 vv. add.,* publicetur *Ile.,* indicari, diuulgari *marg.] Po1.* — 64 iniungere *Ile. Po1;* consciis alicuius rei *Po1, 3, Ile. Po2.* — 65 'indicent' *add. Po2, marg. Po1,* manifestent *Ile.* — 65-68 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 66 'illum' *et* 'priuare, tunc' *add. Po2, om. Po3.* — 67 'officio se abdicet' *add. Po2,* 'vt vel magistratu abeat' *add. et obl.* — 68 propter peccatum *add. Po2, om. Po3.* — 65-68 fuerit, ut se officio abdicet, etiam cum praeposito... officio renuncict, ut hoc... ac officii 'priuatio' *[2 vv. add.,* abdicatio *add. et obl ,* ac depositio *Ile.]* propter illud, occultari *Po1.* — 68 posset *Po1,* possit *Ile. et Po2, 3.* — 70 *Marg.* Bb *Po1, 2;* * inutilem *E1;* et *om. Po1, 2;* eius *add. Po2,* absentia eius *Ile.,* eius absentia *Po1.* — 70-71 'agitata' *add. Po1,* eo agitata *Ile.;* consideretur *add. et obl. Po1;* elig'i' *et* absoluta *et* 'potestate' *add. Po1,* eligere vicarium oporteat plena cum autoritate *Ile.* — 72-73 qui... 'oporteat' *add. Po1,* antiquior *Ile.* — 73 si id *Po1, 2;* quam... suffragiorum *add. Po2.* — 74 'agendum erit' *add. Po3,* fiet *Ile.;* id *obl. et rest. Po1;* 'iudicarent' *add. Po1,* uideretur *Ile.*

---

[2] Ex hoc loco desumptum videtur quod de eadem re statuit Regula gubernandi Fratrum Scholarum Christianarum, cf. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 5.

rent, videndum erit, an, praeter ministros illos, quorum opera Generalis utebatur, Societas alios providere debeat: ut, sublevato magis eo et adiuto, non desideraretur, quod ad gubernationem Societatis conveniret. Et ea in re sequi oportebit, quod plus quam media pars eorum, qui congregati sunt, statuerit. P Si ageretur de dignitate, quam ut plurimum pati non potest Praepositi officium, si non compulerit talis obedientia Summi Pontificis, quae ad peccatum obligare posset, res in consultationem ne adducatur: † sed id omnino tamquam certum tenendum est, nec debere nec posse consensum ad huiusmodi dignitatem admittendam praestari'. E

P *Sup.* c. 4 n. 5 et **B** et P. 10 n. 6 et **A**.

D. *Omnino esset inutilis, qui usu rationis careret, quique in morbum minime curabilem incidisset, tamque gravem ut rebus sui officii vacare non posset, nec aliquando vacaturus speraretur. Si morbus talis non esset, ut de sanitate desperandum videretur, sine Congregatione generali Vicarius per eumdem Praepositum posset constitui, ut ipsius officio, donec convalesceret, omnino fungeretur; et, recuperata sanitate, concessa ei prius facultas cessabit.*

E. *Hinc apparet, necessarium non esse ad hoc statuendum ad Congregationem venire, nisi obedientia Sedis Apostolicae intercederet, quae Praepositum vel Societatem (ut dictum est) ad peccatum obliget, nisi res ad effectum perducatur.*

De iis, quae iuvare poterunt Praepositum Generalem, ut suo officio bene fungatur [1]. Cap. VI.

1. Cum proprium Generalis officium non sit concionari, nec confessiones audire, nec alia huiusmodi (in quibus tamen ille, ut particularis persona, videbit quid praestare possit, cum ei per alias

76 'vt' *add. Po1;* subleuatus *1le. Po1.* — 77-78 non... conueniret *add. Po1,* detrimentum non pateretur gubernatio Societatis *1le.* — 78 quod maior *1le. Po1.* — 79-80 Si... dignitate *et* 'vt plurimum' *add. Po1,* Si negocium facesseret dignitas... fere *1le.* — 80 'potest' *add. Po3,* posset *1le.* — 81 'talis' *add. Po1,* huiusmodi *1le.* — 82 *Marg.* Cc *Po1, 2,* E *Po3;* posset *add. Po2,* possit *1le.;* * in *E1;* 'ne adducatur' *add. Po3,* non est adducenda *1le.* — 83 nec... posse *add. Po1,* quod nec debeat nec possit *1le.* — 84 consensum *add. Po3,* consensus *1le.;* praestare *1le. Po2,* prestari *Po1.* — 85 *Marg.* D *add. Po2,* Bb *1le.;* 'quique' *add. Po1.* — 87 vacaturus *add. Po2,* uacaturum *1le.* — 90 donec is omnino, *2 vv. add. et obl. Po2, om. Po3;* omnino *obl. et rest. Po2, est Po3.* — 91 et tunc recuperata *[1 v. add. Po1,* adepta *1le.]*... facultas *[1 v. add. Po. Po1,* autoritas *1le.]* cessaret *Po1, 2, 3, E1.* — 92 *Marg.* E *add. Po2,* Cc *1le.* — 93 'nisi' *add. Po1,* si *1le.;* 'intercederet' *add. Po2, om. Po3.* — 95 obliget, si minus imperata fiant *[3 vv. add. Po. Po2, 1le.* ut *Po1] Po2, 3, E1;* oblig'et' [obligaret *pr., seq.* nisi *obl.*] si res exequutioni non mand'etur' [mandaretur *pr.*] non vrgeret' *Po1*, ubi marg.* si minus [nisi *pr.*] im- [res *pr.*] perata fiant.

1 iis *add. Po3,* his *1le.* — 3 'non sit' *add. Po1,* sit 'non' *3le.,* 'non sit' *2le.,* Cum sit... non concionari *1le.;* 'nec' *add. Po1.* — 4 'nec' *add. Po1,* et *1le.*

* Manet «nisi obedientia... non urgeret»; addito *nisi* pro *si* in versu 93, oblitus est Polancus delere *non* in fine.

[1] Cf. t. I, monum. 38, p. 271, n. 8; 38bis, p. 283, n. 50.

A occupationes officii sui proprias licebit, et non aliter); † sed [a] ita regere universum huius Societatis corpus, ut conservetur et, gratia divina aspirante, in bono suo statu et modo procedendi ad Dei et Domini nostri gloriam crescat'; ad quem sibi propositum finem sua potestate uti debet:

[a] *Sup.* c. 1.

In Caput VI.

A. [b] *Hoc praestabit, in primis, auctoritate et exemplo vitae suae, et charitate ac dilectione Societatis in Christo Domino Nostro, et oratione* [c] *assidua ac desideriis plena, et Sacrificiis, quae gratiam conservationis et augmenti huiusmodi impetrent: et ex iis, quae praestare ipse potest, hoc maximi momenti apud eum esse debet, et in quo plurimum in Domino confidat. Est enim in primis efficax ad gratiam a divina Maiestate impetrandam, a qua, quod expetitur, procedit: idque potissimum facict, cum necessitas occurrerit:* [d] *tum etiam id faciet, sollicitudinem adhibendo ad Constitutionum observationem;* [e] *iniungendo crebro sibi rationem reddi eorum, quae in Provinciis omnibus geruntur per Provinciales; scribendo eisdem, quod scitit de rebus ad se relatis; et curando, ut provideatur, ubi convenit, per se et ministros, de quibus agetur.*

[b] *Sup.* c. 2 n. 2 et P. 8 c. 1, **G.**

[c] *Sup.* c. 2 n. 1 et P. 10 n. 2.

[d] *Sup.* c. 3 n. 8 et P. 4 c. 10 n. 5 et P. 6 c. 1 n. 1 et c. 5 et P. 10 n. 13.

[e] P. 8 c. 1 n. 9 et L et c. 2, **B.**

2. Praeter dona illa perfectionis magnae spiritualis ac virtutum, de quibus secundo capite dictum est, bonis [f] etiam ministris ad munera particularia obeunda opus habet. Quamvis enim per seipsum aliquando in illis versetur; habeat tamen necesse est Praepositos inferiores (quos viros selectos esse oportet) [g] quibus multum

[f] P. 10 n. 8.

[g] P. 2 c. 1 n. 2 et **B** et P. 4 c. 10 n. 4 et P. 10 n. 8.

6 aliter) non hec inquam *Ile. Po1;* ita *add. Po1.* - 7 huius *om. Po1, 2.* — 8 *Marg.* Dd *Po1, 2;* 'diuina' *add. Po1,* Dei gratia *Ile.;* * bono *El.* — 8-10 'in... et' mod'o procedendi' *et* 'crescat, ad quem ['quod' *pr.*] sibi... sua *[seq.* 'eum' *et* 'auctoritate vti debet' *add. et obl.]* ...debet' *add. Po1* *, augeatur bonus eius status et procedendi modus ad Dei... gloriam, sua auctoritate utendo, ut ad hunc finem sibi prepositum conuenit *Ile.* — 11 *Seq.* De his qui]quae *Po2, 3]* iuuare poterunt prepositum generalem in suo officio *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 12 *Marg.* A *add. Po2,* Dd *Ile.;* auctoritate *add. Po1,* existimatione *Ile.* — 14 ac *add. Po2, om. Po3,* et *Ile.* — 15 his *Po1, 2, 3.* — 16-17 'hoc... in quo' *add. Po2, om. Po3,* 'hanc rationem' *Po3, add. et obl. Po2, Ile. ut Po1;* hoc medium [hanc rationem *marg.*] maximi momenti esse ducat, 'et in quo' [et huic medio, quod in ipso est (ex parte sua *add. et obl.*) summopere innitatur, et per id (in eo *add. et obl.*) *Ile.*] *Po1.* — 19 occurrerit *obl. et rest. Po2,* 'postulaucrit' *et* 'postulabit' *add. et obl.;* postulabit *Po3, marg. Po1.* — 19-20 'tum etiam' *add. Po2,* postmodum *Ile.* — 21 crebro *add. Po1,* diligenter *Ile.* — 23 'ad se relatis' *add. Po1,* 'ad ip' *2Ie. imp.,* communicatis *Ile.,* per *Ile. imp.;* ut prouideatur *add. Po2, om. Po3,* prouideri *Ile.* — 24 quibus mox agetur *Po1, 3, Ile. Po2.* — 25 illa profectus *Ile. Po1.* — 26 'etiam' *add. Po1,* tamen *Ile.;* ad res *Ile.* — 27 per se ipsum *add. Po1,* immediate *Ile.* — 28 aliquando ad illa se vertat *Po1, 2, 3, E1;* tamen *om. Po1, 2, 3.* — 29 (quos... oportet) *add. Po1,* qui uiri electi esse debebunt *Ile.*

* Quo clarius pateat, esse protasis finem post verbum *debet,* interpungimus hunc locum per duo puncta (:), etsi editiones omnes, praeter *Fl* et *Ro,* habent punctum (.); *Fl* habet punctum cum virgula (;), *Ro* duo puncta (:).

potestatis conferre, et huiusmodi res particulares fere semper committere possit [2]. [h]Eius autem crebrior communicatio inter Praepositos inferiores cum Provincialibus erit; horum autem cum Rectoribus et Praepositis localibus, ut [i]melius subordinatio conservetur. Aliquando tamen Generalis, vel ut pleniorem rerum omnium notitiam habeat, vel propter alia, quae saepius accidere solent, ipsemet cum Rectoribus, et Praepositis localibus, et particularibus etiam personis aget; [j]eosdemque consilio, reprehensione et, si opus est, correctione iuvare studeat: quandoquidem eius est munus, defectus Praepositorum inferiorum supplere, ac cum divino favore et auxilio, quod in ipsis perfectum non est, ad perfectionem perducere.

[h] P. 8 c. 1 n. 4.

[i] P. 2 c. 1 n. 2 et P. 8 c. 1 n. 4 et E et P. 10 n. 9.

[j] *Sup.* c. 3 n. 11.

3. Ad omnia etiam conferet, si Generalis litteras Apostolicas et concessiones omnes, quae ad institutionem, facultates vel privilegia Societatis pertinent, et quoddam eorum compendium apud se habuerit: catalogum itidem unum omnium Domorum et Collegiorum Societatis cum suis reditibus; et [k]alterum personarum omnium, quae in quavis Provincia versantur, non solum Professorum, et Coadiutorum qui formati, ac Scholarium, qui approbati dicuntur; sed etiam illorum, qui in Probationibus exercentur; ubi eorum nomina et qualitates scribantur: et hunc catalogum renovandum singulis annis, si convenire videbitur, curabit [3]. Et demum omnia perspecta habeat, ut in omnibus rebus melius possit, quae ad gloriam divinam pertinent, providere.

[k] P. 8 c. 1, N.

30-31 'potestatis' *et* 'possit' *add. Po1,* multum auctoritatis conferre possit, et *1le.* — 31 consuetior *add. et obl. Po1;* inter huiusmodi *1le. Po1.* — 33 'subordinatio' *add. Po1,* ordo *1le.* — 34 generalis *om. Po1, 2, 3;* 'vel' *add. Po1;* ut *add. Po2,* quod *1le.* — 35 habeat generalis *Po1, 2, 3;* 'vel' *add. Po1,* et *1le.* — 35-36 'ipsemet' *et primum* 'et' *add. Po1,* aget... vel *1le.* — 36-37 'etiam' *et* 'aget' *add. Po1,* personis etiam *1le.* — 37-38 studeat *add. Po1,* eosdemque *[seq.* curando *1le. obl.]* consilio... iuuare 'curet' *2le.* — 38 'munus' *add. Po1.* — 39 'fauore et' *add. Po3.* — 39-40 'ac' *et* 'ad .. perducere' *add. Po1,* supplere ac perficere cum diuino auxilio... est *1le.* — 41 generalis apud se habuerit *1le. Po1.* — 42 concessiones *add. Po1,* facultates *1le.;* facultates *add. Po1,* gratias *1le.* — 43-44 'apud se habuerit' *add. Po1.* — 44 'vnum' *add. Po1.* — 45 'alterum' *add. Po1,* alium *1le.* — 48 probatione *1le. Po1.* — 49 et dotes scribantur *Po1, 2, 3, E1;* dotes *add. Po1,* 'partes' *2le.,* qualitates *1le.* — 51 omnia, quoad eius fieri poterit *[4 vv. om. Cong4]* perspecta *pr.;* rebus *add. Po1.* — 52 pertinent *add. Po1,* fuerint *1le.*

[2] Nota, Constitutionibus eisdem, quae tantam generali auctoritatem tribuunt, commendari ut, quantum fieri possit, maxima caeteris quoque moderatoribus tribuatur. Quantam tribueret Ignatius commissariis v. in *Monum. Ignat.* ser. 1ª, V, 9-15; VII, 1 0; VIII, 438-441; X, 16-18 (Natali); pp. 116-117 (Borgiae); provincialibus ib. I, 449-450, 584-588; II, 557-558; IV, 53-54; XI, 517 (Simoni Rodriguez, Xaverio, Araozio, Canisio).

[3] Ex hoc loco videtur illud acceptum: «VI. Habebit Minister Generalis catalogum unum omnium domorum Congregationis, et alterum personarum, quae in quavis domo et Provincia versantur non solum Professorum, sed etiam illorum qui in Probationibus exercentur, ubi eorum nomina et qualitates fideliter scribantur, quem catalogum singulis annis renovandum curabit», *Constitutiones Scholarum Piarum,* parte 3, c. 2.

[l] P. 6 c. 3 n. 7 et E.

4. [l]Quod in universum in sexta Parte[4], capite tertio, dicitur, eos, qui de Societate sunt, negotiis secularibus, licet pia alioqui essent, implicari non debere; id Generali magis, quam reliquis
B omnibus, convenit: † ne in eis vel aliis etiam rebus, piis quidem, sed ad Societatem non pertinentibus, ita occupari se sinat', ut
[m] *Inf.* n. 7. tempus ac vires ad ea, quae pertinent ad ipsius officium ([m]quod quidem magis quam totum hominem requirit) eum destituant.

B. *Hoc intelligendum est, quatenus declinari poterunt. Sed demum prudentia docebit, num per se aut alios de Societate debeat nonnumquam aliquorum piorum operum, quae ad Societatem non pertinent, curam suscipere; vel quod magni sint momenti in* Dei *obsequio, vel in gratiam eorum, qui id impetrare student.*

C 5. † Sed nec in exsecutione ministeriorum particularium ad Societatem pertinentium, quae per alios effici possunt, magnopere occupari deberet': cuiusmodi esset peculiaris alicuius Domus cura, quod ad sustentationem temporalem et gubernationem eius attinet:
[n] *Sup.* n. 2. quin potius, [n]ut superius dicitur, suos quovis in loco, etiam ubi
[o] C. 2 d. 49, 73. C. 4 d. 28, 32. ipse residebit, Officiales [o]habeat; in quos si totam curam non reiecerit, sublevetur certe ab eis, et huiusmodi curae occupatione liberetur.

C. *Praescribere ordinem, qui tenendus est (si talis non esset, qualis conveniret) ubi residet, et etiam aliis in locis, Praepositi Generalis est: sed exsecutio aliis, ut dicitur, demandabitur.*

---

53 Quod *add. Po3*, Vt *Ile.*; in uniuersum *add. Po2*, generatim *Ile.*, generatim *add. Po1*, in uniuersum *Ile.*; sexta *E3*, *Cong4*, septima *Po1*, *2*, *3*, *E1*, *2b*. — 54 licet piis *add. et obl. Po1*. — 54-55 alioqui essent *add. Po2*, ratione susceptis *Ile.* — 55 *Marg.* Ee *Po1*, *2*; 'non' *add. Po1*; * magis *E1*. — 55-56 magis... omnibus *add. Po2*, omnium maxime generali *Ile.* — 57 'ita' *add. Po1*, se sinat ita *Ile.* — 58 vires eum deficiant [destituant *add. et obl.*] ad *Ile. Po1*. — 58-59 quod quidem *et* requirit *add. Po2*, quae quodammodo magis... requirunt *Ile.* 59 'eum destituant' *add. Po1*. 60 *Marg.* B *add. Po2*, Ee *Ile.*; quatenus *add. Po2*, *om. Po3*, quandiu *Ile.*; declinari poterunt *add. Po1*, se excusari *2Ie.*, euitari poterit *Ile.* — 62 non nunquam *add. Po1*, aliquando *Ile.* 64 eorum, qui ad id impetrandum *Ile. Po1*. — 65 *Marg.* Ff *Po1*, *2*; * exsecutione *E1*. — 66 quae... possunt *add. Po1*. — 68 'attinet' *add. Po1*, pertinet *Ile.* — 71 ab eis *add. Po1*. — 73 *Marg.* C *add. Po2*, Ff *Ile.*, H *2Ie.*; 'Praescribere' *add. Po2*, *marg. Po1*, Constituere *Ile.* — 74 conueniret) proprium est generalis *Ile. Po1*. — 75 'demandabitur' *add. Po1*, committetur *Ile.*

---

[4] Verbum *sexta* (seu 6^a) positum est a congregatione quarta in exemplo authentico *C*, f. 152r (in t. II p. 700 var. textus *B* l. 90) ut est etiam in quarto exemplo seu *D*; non a congregatione prima, ideo nihil addidit Polancus de hoc loco in textu *C*. In textibus praecedentibus *A*, *B*, est 7^a, id quod etiam transcriptum erat in textu *C*. Constat emendatio tum in folio addito initio codicis *C*, tum in actis congregationis quartae, quae vide in Appendicibus n. 3 *(Acta congr. gen. I-VIII*, f. 128v*)*. Scripserat 7ª Polancus in exemplo *A* seu secundo, quia locus de fugiendis «cosas seculares aunque pías», re vera erat in parte septima (capite quarto, in cod. *A*, f. 95v, in t. II p. 600 n. 8), qui locus ibidem deletus est et conjunctus cum alio simili partis sextae (ib. f. 84v et *B*, f. 74, in t. II p. 550 ll. 83-89 textus *B*).

6. [p]Sic etiam in quavis Provincia eos habeat Provinciales tam probatae fidei, ut qui intelligit, magna ex parte ex his et localibus bonam gubernationem Societatis pendere. Cum autem illi tales fuerint, laborem cum illis in rebus, quae id patiuntur, dividendo, et de omnibus gravioribus certiorem se fieri curando, plus otii ac temporis sibi relictum, ut rebus universalibus vacet, quae solus ipse obire potest, intelliget; plus etiam lucis ad perspiciendum, quid in illis facto opus sit, si ipsius intellectus eam lucem, qua donatus est, ex parte non amiserit; ut eis accidit, qui plus aequo in rebus particularibus ac exiguis occupantur, unde opprimi et debilior reddi intellectus acies ad res universales perspiciendas solet. [p] P. 10 n. 8.

7. Nec solum Praepositus Generalis ad res particulares (ut [q]dictum est) ministris opus habet; † sed etiam ad universales et sui ofiicii proprias, ut eis bene ac suaviter possit satisfacere'. Habeat igitur necesse est, qui multa in memoriam reducendo, ad sollicitudinem curandi res tam multas officii sui; qui etiam consilio ad eas ordinandas; demum qui diligentia ac labore ad eas opere complendas adiuvet. Id enim compertum est, quod nec viri unius memoria tam multarum rerum recordationi satis sit; nec, si id praestaret, unius intellectus ad easdem bene considerandas et ordinandas satis esset; nec, quamvis et hoc posset, vires unius ad easdem exsequendas sufficerent. [q] *Sup.* n. 2, 5 et 6. D

D. *Quoniam qui cum tam multis hominibus, deque rebus tam variis et tanti momenti agere debet, si aliorum ministerio non iuvaretur, onus ferret intolerabile, quod ne magna quidem cum distractione animi et sanitatis, ac longioris vitae dispendio bene posset sustinere: et sic videre est, eos omnes, quibus gubernationum ali-*

---

76 Si qua *1le. Po1;* prouinciales et *[1 v. add. Po. Po1] pr. Po1, 2.* — 76-77 prouinciales tam probatae fidei tamque idoneos *[6 vv. add. Po. Po3,* tamque idoneos *obl. Cong4,* quibus res quantumuis magni momenti, tam confidenter committere possit *1le.]* vt *Po3, E1, 2, 3;* 'committere' *add. Po1,* committi tam confidenter possint *1le.* — 79 in... patiuntur *[5 vv. bis script. semel obl.]* 'diuidendo' *add. Po1,* laborem cum illis diuidens *[1 v. add.]* ubi fieri poterit *2le.,* laborem... diuidendo .. poterit *1le.* — 80 'se' *add. Po1.* — 81 uacet *add. Po1;* quas *Ro.* — 82 intelliget *add. Po3,* uacet *1le.* — 83 sit, se habere experietur *[3 vv. obl. Cong4]* si *pr.;* 'ipsius' *add. Po1,* eius *1le.;* lucem *om. Po1, 2, 3.* — 83-84 'eam qua... accidit' *add. Po1,* non perdiderit partem illius, qua praeditus est, ut assolet *1le.* — 84 in *add. Po2, est Po1.* — 84-85 qui *et* 'occupantur' *add. Po1,* quia... aequo occupatur in *1le.* — 86 'intellectus acies' *add. Po1.* — 87 res magis *1le. Po1.* — 89 *Marg.* Gg *Po1, 2;* * sui *E1.* — 90 necessum *Po2, 3.* — 89-90 Habeat... est *add. Po2, 1le. ut Po1;* 'Sunt itaque' ei necessari'i' aliqui, 'qui... reducendo' *add. Po1,* Est itaque ei necessarius aliquis cuius opera *[seq.* redigat *obl. 1le. imp.]* multa recordetur, qui ad *2le.* — 92 disponendas *add. et obl. Po1.* — 93 compertum *add. Po2,* praecipuum *1le., errore librarii,* perspicuum *Po1;* quod *notatum ad delendum Po1.* — 94 'satis sit' *add. Po1,* 'sit' *notatum,* esse *marg. non obl.,* sufficiat *1le. obl.;* id praestaret *obl. et rest. Po1,* 'esset' *add. et obl.* — 95 et ordinandas *add. Po2, est Po1.* — 1 'satis esset' *add. Po1;* 'posset' *add. Po1,* praestaret sufficienter *1le.* — 3 *Marg.* D *add. Po2,* Gg *1le.,*] *2le.* — 6 longioris *add. Po2, om. Po3;* 'animi et' sanitatis *[seq.* dis *et* ad, *imp. v., obl. Po1]* ac uitae dispendio *[6 vv. add. Po1,* et uitae disminutione *1le.]* bene non posset *Po1, 1le. Po2.*

cuius momenti cura est commissa, quo illis satisfacere possint, multis ad id auxiliis sublevari. Unde et Generalis, ut bene, expedite, et suaviter suum officium faciat, eisdem indiget auxiliis.

[r] *Sup.* c. 3 n. 16.

8. Ad [r]primum illud, de sollicitudine omnia curandi, aliquo
E Ministro ei opus est, qui ordinarie apud ipsum maneat; † [s]qui pro
[s] C. 1 d. 89. memoria et manibus illi sit ad omnia quae scribenda et tractanda fuerint', ac breviter ad res omnes officii sui obeundas; qui induat Praepositi personam, et, praeter potestatem, totum officii eius pondus humeris suis impositum esse existimet [5].

E. *Huius officium erit, ex omnibus litteris et informationibus summam in pauca redigere, et capita eorum, quae Superiori proponenda sunt, et quae postulant ut respondeatur vel aliquid agatur; et prout se extendet munus a Generali commissum, litteris poterit respondere; sive Generalis, sive ipse Secretarius de ipsius commissione, eas subscribat: et Generali eas, vel secundum eius voluntatem Assistentibus vel alicui eorum, aut etiam nulli ostendat; prout res ipsae, de quibus scribitur, et ratio personae Secretarii exigunt.*

9. Hic Praepositi Minister vir esse sollicitus, et discretionis, et, si fieri posset, doctrinae dono, et specie honesta, ac modo agendi verbo et litteris cum omni hominum genere praeditus esse deberet;
[t] C. 4 d. 11, 27. C. 9 d. 21. C. 14 d. 13. quique in primis esset vir, [t]cui confidenter quidvis committi posset; quique Societatem in Domino diligeret: quo utilius eius opera ac ministerio uti Praepositus Generalis ad gloriam divinam valeat.

8 quo illis *add. Po2, 1le. ut Po1.* — 8-9 quibus ipsi satisfacere *[3 vv. add.,* quarum ipsi bonam rationem reddere *1le.]* possint... subleuari [subleuantur *1le.*] *Po1.* — 9 'Vnde et' *add. Po1,* Et sic *1le.* — 10 eis indiget *Po1, 3, 1le. Po2,* dem *et* auxiliis *add. Po2.* — 12 'ministro ei' *et* 'est' *add. Po1,* adiutore [mi, *imp. v.* ministro *pr.*] opus habet *1le.;* ordinarie *add. Po2,* fere semper *1le.; marg.* Hh *Po1, 2.* — 13 * et manibus *E1.* — 14 'fuerint' *add. Po1;* ad *add. Po1;* obeundas pertinent *1le. Po1.* — 15 personam ac curam *1le. Po3,* ac curam [officium ac curam *pr.*] *add. Po1;* 'et' *ac* 'potestatem' *add. Po1,* ac... auctoritatem *1le.* — 16 'esse' *[seq.* 'sibi' *obl.] add. Po1;* 'ducat' *add. et obl. Po1.* — 17 *Marg.* E *add. Po2,* Hh *1le.* - 17-19 litteris et aliis quae *[seq.* scribuntur *obl. Po1]* ad generalem referuntur [et... quae *et* 'ad... referuntur' *add. Po1,* relationibus *2le.,* et informationibus *1le.*] summam... et illa annotare, que eidem *[1 v. add. Po. Po1,* superiori *1le.]* sunt proponenda et *Po1, 2, 3, E1.* — 19 quae... respondeatur *add. Po2, om. Po3, 1le. ut Po1 infra;* agatur *add. Po2, om. Po3;* responderi uel aliquid agi postulant *Po1.* — 21 siue eas generalis *1le. Po1;* commissione *add. Po2,* mandato *1le.* — 24 et ratio... secretarii *add. Po1,* et circumstantiae personae secretarii *1le.* — 25 minister *add. Po1,* adiutor *1le.* — 25-26 'dono' *add. Po1,* et dono discretionis et... doctrinae preditus esse deberet qui et *1le.* — 26 speciem honestam ac modum *1le. Po1 imp.* — 26-27 'agendi' *et* 'praeditus... deberet' *add. Po1,* uerbo et litteris agendi cum *1le.* — 28 'quique' [ac *1le.*] ...uir esset *Po1,* ut uir esset *1le.;* esset uir *Po2.* — 29 'quique' Societat'em diligeret' *add. Po1,* amator Societatis *1le.* — 30 'valeat' *add. Po1,* posset *1le.*

[5] Descriptio personae officiique ministri huius (vulgo secretarii) translata fere est in *Constitutiones pro Missionariis Congregationis Filiorum Immaculati Cordis B. Mariae Virginis,* parte 1, c. 7, nn. 25-26; v. *Proleg.,* c. 7, a. 2, § 4.

10. Secundum auxilium, videlicet consilii ad res graves, quae se offerunt, ordinandas et constituendas, quam sit Generali Praeposito necessarium, ex earum multitudine et ex humani intellectus natura, qui tam multas in partes consideratione dividi nequit, vel certe ad id quod oportet in eis partibus dispiciendum ac providendum non sufficit, potest intelligi. [u] Videtur ergo pernecessarium, ut aliqui sint apud Superiorem viri litteris et omnibus aliis Dei donis clari, qui ei assistant; et considerandi peculiari sollicitudine res universales Societatis a Generali commissas curam habeant; quam illis posset dividere, quo accuratius res omnes perspiciant: ut unus rerum Indicarum inspiciendarum, alter Hispaniae et Portugalliae, et alius Germaniae et Galliae, et alius Italiae et Siciliae curam haberet: et sic de aliis, quando Societas in plures partes spargeretur. Quisque autem ex eis peculiari oratione et suis in Sacrificiis recordatione Deo partem illam sibi specialiter commissam commendare debet, et considerare quid in ea magis, ad id consequendum quod sibi Societas proponit, iuvare posset. Conferendum etiam cum aliis esset, si quid ad rem facere magnopere videretur. Res autem inter se discussas Generali referre possent. † Iidem etiam F attenderent iis rebus, quae vel a Praeposito vel etiam a Secretario Societatis proponerentur, ut magis inter ipsos discussae Superiori referantur'. Et in universum, in considerandis et tractandis rebus tam ad doctrinam, quam ad praxim pertinentibus, quae altiorem considerationem postulant, [v] iuvare Praepositum ac sublevare debent. Praeter id autem, et quod rebus multis melius provideri per illos poterit, praedicationi, lectioni, confessionibus audiendis et aliis bonis ac piis operibus ad Dei gloriam et animarum auxilium vacare poterunt.

[u] *Sup.* c. 5 n. 2 et P. 8 c. 1, **G.**

[v] C. 2 d. 74. C. 4 d. 32.

---

33 earum *Po1, 2, Cong4,* eorum *Po3, E1, 2, 3.* — 33-36 multitudine *[seq.* intelligitur *obl. Po1]* et ex... intellectus imbecillitate *[seq.* 'intelligi potest' *add. et obl. Po1]* qui... consideratione diuidi *[1 v. add. Po. Po3,* distrahi *1le.,* distrahi *add. Po1,* diuidi *1le.]*... sufficit *Po1, 2, 3, E1.* — 35 partibus *add. Po3.* — 38 'sollicitudine' *add. Po1,* cura *1le.* — 40 'quam illis' *add. Po3, 1le. ut Po1 infra;* perspiciant *add. Po2, 1le. ut Po1 infra.* — 41 Hispani'ae et Portugalliae' *add. Po3, 1le. ut Po1 infra.* — 39-42 habeant *[add.,* haberent *1le.]* quibus ille 'hoc considerandi onus' [sollicitudinem *1le.*] posset... quo 'accuratius' [planius *add. et obl.,* exactius *1le.*] res omnes prospicerent *[1 v. add. Po1,* intelligerent *add. et obl.,* penetrarent *1le.]* 'vt' [cuiusmodi esset ut *1le.*]... alter hispaniensium, alius Germaniae *Po1.* — 42 Galliae, alius *Po1, 2, 3.* — 43 'quando' *add. Po3,* si *1le.,* si *add. Po1,* prout *1le.* — 45 'sibi specialiter' *add. Po3,* suae considerationi *1le.;* peculiariter *add. et obl. Po1.* — 46 considerare diligenter *1le. Po3.* — 46-47 'iuuare posset' *add. Po1,* magis iuuare posset ad *1le.* — 47-48 'esset' *add. Po1,* Conferre... posset *[1 v. add., omissum pr. ex oblivione (?)] 1le.* — 48 facere *add. Po2.* — 49 autem *add. Po2, est Po1;* referre *add. Po1,* proponere, exposci *(?) add. et obl.,* repraesentare *1le.;* 'possent' *add. Po3,* oporteret *1le., add. Po. Po1,* possent *1le.* — 50 iis *add. Po3,* his *1le.* — 51-52 inter 'ipsos discusae' *et* 'referantur' *add. Po1,* ut res magis inter se *[2 vv. sup.]* uentilatae superiori proponerentur *1le.* — 52 *Marg.*]i *Po1, 2;* * rebus *E1.* — 55 'id... rebus' *add. Po1,* quod et alia *1le. imp.,* quod res multo melius provideri possent *2le.* — 55-56 per... poterit *add. Po2,* posset *1le.* — 58 'poterunt' *add. Po1,* possent *1le.*

F. *Etiam res scribendae maioris momenti, et instructiones eorum, qui huc et illuc mittuntur, cum his, antequam scriberentur, possent conferri: quodque eis, videretur, posset Secretarius Superiori referre: et tantumdem in iis, quae ad doctrinam pertinent. Haec autem non solum sublevarent Generalem, sed etiam rebus illis, quae ab ipso constituerentur, maiorem auctoritatem afferrent.*

11. Numero autem huiusmodi Assistentes nunc quidem [x] quatuor erunt; et quidem illi ipsi esse poterunt, [y] de quibus superius, pagina 258 dictum est. Quamvis autem res graviores cum eis tractandae sint, statuendi tamen facultas, postquam eos audierit, penes Praepositum Generalem erit.

[x] C. 6 d. 1. C. 18 d. 10. C. 22 d. 11. C. 27 d. 263.
[y] C. 1 d. 80. *Sup.* c. 5 n. 2.

12. In tertio auxilio, videlicet diligentiae ad exsequendum vel complendum quod ad res Societati necessarias fuerit constitutum, cuiusmodi essent negotia, quae ad Domos vel Collegia pertinent, expedire, tum etiam quae illorum sunt defendere, et generatim ad res omnes agendas, [z] multum conferet, immo necessarium est unius [a] Procuratoris Generalis Societatis auxilium, qui quidem Romae residebit, ac prudentia, fidelitate et dexteritate cum hominibus agendi, G et omnibus aliis dotibus polleat; non tamen Professus sit [6], † nec in Domibus Societatis Professae habitet'; sed in alia (de qua dictum H est in quarta parte [7]), † qui suis etiam auxiliis ac ministris ad ea negotia, quae solus non potest conficere, necessariis sublevetur'.

[z] *Sup.* c. 3 n. 16 et P. 4 c. 2, E.
[a] C. 3 d. 44. C. 8 d. 48. C. 17 d. 5. C. 27 d. 273.

59 *Marg.* F *add. Po2*, Ii *Ile.* — 60 'his' *add. Po2, om. Po3*, huiusmodi *Ile.* — 62 'referre' *add. Po1*, ostendere *Ile.*; iis *add. Po2, om. Po3*, his *Ile.* — 63-64 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 63 Haec autem *add. Po2, om. Po3*; subleuarent *add. Po2, om. Po3.* — 64 afferrent *add. Po2, om. Po3.* — 63-64 Quod non... subleuaret..., sed 'etiam rebus illis'... maior 'inde' autoritas accederet ['etiam... accederet *5le.*, 'etiam' eis quae *caet. 4le.*, sed eis quae *caet. 3le.*, sed eis etiam *2le. imp.*, sed eis qui *(sic)* ab ipso ordinarentur maiorem autoritatem daret *Ile.*] *Po1.* — 65-66 Numero [Numerus *Ile. Po1*]... assistentes [assistentium *Ile. Po1*] nunc quidem *[seq.* certe *obl. Po3]* quatuor erunt [erit *Ile. Po1*], et quidem *[1 v. add. Po3]*... esse poterunt *[2 vv. a.ld. Po3]*... superi'us' [superiori capite *Ile. Po1*] *Po1, 2, 3*; superius pagina ducentesima trigesima septima dictum *E2, 3*; superius pagina 143 *E1, 2[b]*; *quarta et sequentes nullam paginam notant, sed* c. 5, n. 2 *in marg., nos addimus paginam nostrae editiouis*; superi'us pagina 143' *add. Po3*, superiori capite *Ile.** — 68 tamen *om. Po1, 2, 3*; 'facultas ...audierit' *add. Po1*, auctoritas penes... generalem *[seq.* post *obl.]* erit postquam eosdem audierit *Ile.* — 71-74 quod *[seq.* fuerit constitutum *obl.]* ad... necessarias 'fuerit constitutum, cuiusmodi *[seq.* 'sunt' *obl.]* esset' [essent *Po2, (emend. ex* esset*) Po3, et EE. omnes*, ut expeditiones uel *Ile. Po1]* negocia quae *[1 v. sup.]*... pertinent, 'expedire ['expedienda' *pr.*] tum etiam' [et defendere *Ile.*] quae illorum sunt 'defendere'... agendas *[supra hoc v. est* negocia *obl.] Po1.* — 74 unius *add. Po1.* — 75 'quidem' *add. Po1.* — 76 ac *add. Po2*; fidelitate *add. Po1*, fide *Ile.* — 77 'polleat' *add. Po1*, praeditus sit *Ile.*; *marg.* G *add. Po3*, Kk *Ile.*; 'sit' *add. Po1*; nec qui *Ile.* — 79 *Marg.* H *add. Po3*, Ll *Ile.*; 'auxiliis' *[seq.* * *E1] add. Po1*, adiutoribus *Ile.* — 79-80 'necessariis' *add. Po1*, ministris necessariis *Ile.*

* Nota, paginam additam non esse paginam codicis cui addita est, sed editionis primae, unde colliges additamentum factum esse aut exeunte anno 1558, aut post illum.

[6] Res ad deliberandum proposita in t. I, monum. 38, n. 26, p. 274. Polancus, quatuor votorum professus, fuit et ipse procurator, annis 1549-1567.

[7] Nunc quidem mentio domus procuratorum non est in quarta parte; erat autem in textu hispano *a*, v. t. II, p. 174 n. 8.

G. [b] *Quamvis Procuratorum habitatio in Domibus Professae Societatis ordinarie esse non debeat, sed in alia ipsis assignata; nihilominus quando non tractant lites, vel quando necessitas aliqua urgeret, vel alioqui conveniret, et ad tempus, possent in Domibus habitare. Et hoc eorum iudicio relinquitur, qui in dictis Domibus Professae Societatis aliis praesunt, iuxta quod ordinatum vel commissum eis fuerit a Generali, vel de ipsius intentione eis constiterit.* [b] C. 27 d. 273.

H. *Vel ut plures Procuratores constituerentur; prout res, quae incidunt, et necessitas urgens diversarum ac variarum regionum postularet.*

13. Cum ergo Praepositus huiusmodi habeat auxilia, tempus (quod quidem valetudo et vires corporis permittent) partim cum Deo, partim cum officialibus et ministris huiusmodi agendo, partim secum seorsum considerando ac cum auxilio et favore Dei ac Domini nostri, quod agendum est, statuendo, impendet.

14. † Praepositi [c] etiam Provinciales, et Rectores Collegiorum, vel Praepositi particulares Domorum suis auxiliis pluribus et paucioribus, pro necessitate ac momento rerum ipsis commissarum, sublevari debent': ac praecipue ad consilium aliquos, cum quibus res graviores, quae occurrunt, communicent (quamvis, eis auditis, penes Superiores sit statuendi facultas), designatos habeant [8]. I

[c] P. 4 c. 10 n. 7 et c. 17 n. 1 et P. 10 n. 8.

81 *Marg.* G *add. Po2,* Kk *1le.* — 81-82 procuratorum 'solita' [consueta *1le. Po2*] habitatio... Societatis non sit, sed... assignata [designata *Po3, 1le. Po2*] *Po2, 3, E1;* procuratorum consueta [consuete non *et* consuetam *pr. Po1*] 'habitatio' *[3 vv. add. Po1[* in... Societatis 'non sit' sed... ipsis 'designata' *Po1, 1le. Po2,* procuratores consuete non debeant *[3 vv. add.[* in domibus professae Societatis *2le. imp. Po1,* procuratores ex consuetudine non in domibus professae Societatis habitent, sed... deputata *1le. Po1.* — 82-84 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 83 tractant lites *add. Po2, om. Po3;* uel... aliqua *obl. et rest. Po2,* necessitatem aliquam urgentem *add. et obl. Po2,* uel... aliqua *Po3;* vrgeret *add. Po2, om. Po3.* — 84 'et... possent' *add. Po2.* — 82-84 nihilominus *[seq.* quando lites *obl.]* quando non litigatur uel 'quando' [si *pr.*]... urget [urgeat *1le.*] uel ualde conuenit [conueniat *1le., seq.* et *obl.*] ad tempus *Po1.* — 85-86 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 86 ordinatum vel commissum *obl. et rest. Po2,* 'praescriptum vel imperatum' *add. et obl.,* ordinatum vel commissum *Po3.* — 85-86 dictis [iis *marg.*]... professae Societatis *[2 vv. add.[...* iuxta 'quod' ordinatum uel commissum [imperatum *marg.*] *Po1, 3, 1le. Po2,* iuxta ordinationem uel quod commissum *1le. Po1.* — 87 ipsius *add. Po2, om. Po3,* eius *1le.* — 88 *Marg.* H *add. Po2,* Ll *1le.* — 88-90 *1le. Po2 ut Po1 infra.* — 88-89 'res ...incidunt' *add. Po2, om. Po3,* 'offeruntur' *add. et obl.* — 88-90 prout occasiones quae offeruntur et... postularit *Po3, 2le. Po2;* 'prout' occasiones 'quae occurrunt' [offeruntur, contingunt *marg.*] et necessitas 'urgens'... 'postularet' *Po1,* 'prout'... necessitas diuersarum... regionum 'quae urget' *3le. imp.,* iuxta occasiones occurrentes et necessitates diuersarum regionum 'quae urgent' *2le.,* iuxta... necessitates urgentes diuersarum regionum *1le.* — 91-95 *1le. Po3, ut Po1 infra.* — 92 permittent *add. Po3.* — 91-95 tempus *[seq.* suum dispensare *obl.[...* huiusmodi *[seq.* deberet, cum *obl.[* his 'atque' [et *1le.*] illis agendo... secum *[seq.* considerando *obl. Po1[* seorsum 'considerando' ac *[seq.* statuendo *obl.[* cum... est, 'statuendo' impendet *[2 vv. add.,* 'dispensabit' *2le.] Po1.* — 1 *Marg.* Mm *Po1, 2;* * provinciales *E1.* — 2 auxiliis subleuari debent *1le. Po1.* — 4 'subleuari debent' *add. Po1.* — 6 penes eosdem sit *Po1, 2, 3, E1.* — 4-6 aliquos *[seq.* deputatos habeant *obl.]* cum... penes eosdem sit statuendi 'facultas' [auctoritas *1le.*], 'designatos ['deputatos' *pr.*] habeant' *Po1.*

[8] V. sup. p. 157 not. 1.

1. *Ex iis, quae dicta sunt de Generali, intelligi poterit, quod Provincialibus, et Localibus, et Rectoribus Collegiorum convenit, quod attinet ad* Dei *dona, quibus ornari debent, ad potestatem, officium, et auxilia, quae habere eos oportet; prout expresse dici* [d] *poterit in Regulis, quae ad Praepositos huiusmodi particulares pertinent.*

[d] *Prooe. Declar.*

DECIMA PARS.

DE MODO, QUO CONSERVARI ET AUGERI TOTUM CORPUS SOCIETATIS IN SUO BONO STATU POSSIT [1].

---

1. Quia Societas, quae mediis humanis instituta non est, per ea nec conservari nec augeri potest, sed per gratiam omnipotentis Dei ac Domini nostri Iesu Christi; in eo solo spem constitui oportet, [a] quod conservaturus sit et promoturus hoc opus, quod ad obsequium et laudem suam et auxilium animarum inchoare dignatus est. Et iuxta spem hanc, primum medium et maxime consentaneum, orationum et sacrificiorum erit; quae hac cum intentione sancta offerri, et singulis hebdomadis, mensibus et annis in omnibus locis, ubi Societas residet, certa ordinatione institui debent.

[a] *Inf.* n. 12 et *Prooe. Const.* n. 1.

---

1 *Marg.*] *add. Po2,* Mm *Ile.*; iis *add. Po2, om. Po3,* his *Ile.* — 9 'Dei... potestatem' *add. Po1,* ipsorum dotes *[1 v. add.,* partes *Ile.]* autoritatem et officium *2le.; secundum* ad *add. Po2, om. Po3,* ipsorum partes *Ile.* — 10 auxilia quibus uti eos oportet *[2 vv. add. Po. Po1,* debent *Ile.] Po1, 2, 3, E1;* expresse [planius et separatim *marg.*] *Po1;* 'planius' *add. et obl. Po2,* planius *Po3.*

2-3 'De... Societatis' *et* 'possit' *add. Po1,* 'Quomodo conseruari... possit' *2le.,* De conseruatione et augmento [incremento *add. et obl.*] totius corporis Societatis... statu *Ile.* — 5 ea conseruari *Ile. Po1.* — 5-6 'sed' per gratiam... Christi *add. Po1,* potest, gratiam *Ile. imp.,* sed per manum omnipotentem Christi, Dei ac Domini nostri *2le.* — 6 spem ponere *Ile. Po3,* constitui *Po1, 2;* 'oportet' *add. Po1,* necesse est *Ile.* — 8 est *add. Po2, est Po1, ubi seq.* 'oportet', *add. et obl.* — 9 hanc *add. Po1,* istam *Ile.*; 'consentaneum' *add. Po3, Ile. ut Po1 infra.* — 9-11 'quod' maxime 'quadrat' [maxime proportionatum *Ile.*] ad propositum nobis finem, orationum *[seq.* erit *obl.]* et sacrificiorum 'erit'... offerri *[seq.* debent *obl.] Po1.*

---

1 Ex hac parte videtur pendere Regula gubernandi Fratrum Scholarum Christianarum in capite quinto, cf. *Proleg.* c. 7, a. 2, § 5.

2. Ad conservationem et incrementum non solum corporis, id est [2], eorum, quae externa sunt, sed etiam spiritus Societatis, atque ad assecutionem [b] finis, quem sibi praefigit, auxilii animarum ad ultimum et supernaturalem suum finem consequendum media illa, quae cum Deo instrumentum coniungunt ac disponunt, ut a divina manu recte gubernetur, efficaciora sunt, quam quae illud disponunt erga homines. [c] Huiusmodi est probitas et virtus, ac praecipue charitas, et pura intentio divinii servitii, et [d] familiaritas cum Deo in spiritualibus devotionis exercitiis, et zelus sincerus animarum ad gloriam eius, qui eas creavit ac redemit, quovis alio emolumento posthabito. Videtur [e] itaque in universum curandum esse, ut omnes, qui se Societati addixerunt, in virtutum solidarum ac perfectarum et spiritualium rerum studium incumbant; ac in huiusmodi maius momentum, quam in doctrina vel aliis donis naturalibus et humanis constitutum esse ducant. Illa enim interiora sunt, ex quibus efficaciam ad exteriora permanare ad finem nobis propositum oportet.

3. Hoc iacto fundamento, media illa naturalia, quae Dei ac Domini nostri instrumentum in proximorum utilitatem disponunt,

[b] *Exa.* c. 1 n. 2 et P. 1 c. 2 n. 8 et c. 3 n. 1 et P. 3 c. 1 n. 9 et P. 4 *Prooe.* et c. 12 n. 1 et P. 6 c. 3 n. 4 et P. 7 c. 1 n. 1.

[c] P. 8 c. 1 n. 8.

[d] P. 9 c. 2 n. 1 et c. 6, A.

[e] P. 3 c. 1 n. 10.

---

13 corporum *Po2, 1le. Po3,* corporis *Po1.* — 14 sedent *[pro* sed etiam*] 1le. Po3*.* — 14-15 Societatis et assecutionem *Po1, 2, 3,* 'assec'utionem *add. Po1,* consequtionem *1le.* — 16 ultimi et supernaturalis sui finis consequtionem *1le. Po1.* — 17 iungunt *Po2, 3,* coniungunt *Po1, 1le. Po2,* giungunt *1le. Po3* **; ut bene *1le. Po3.* — 18 recte gubernetur [gubernentur *Po2, 1le. Po3*] *add. Po2, 1le. ut Po1 infra;* efficaciora sunt *et* illud *add. Po3, 1le. ut Po1 infra.* — 18-19 manu regi se sinat *[seq.* efficaciora sunt *obl.]* quam quae 'id' disponunt... homines 'efficaciora sunt' *Po1.* — 21-22 quouis... posthabito *add. Po3,* animarum, posthabito quouis alio emolumento *[4 vv. add. Po2,* priuatae utilitatis ratione non habita *1le., add. Po. Po1]* ad... redemit *[seq.* priuatae utilitatis ratione non habita *add. et obl. Po1,* que sua sunt non querendo *1le.] 1le.* — 25 'studium' *add. Po1;* studium rerum *E5 sqq.* — 25-27 'maius momentum' *add. Po1,* potius quam... humanis maius momentum constitutum *1le.* — 27-28 Illa *Cong4,* Haec *E1, 2, 3;* 'Haec ['Illa' *pr.*] enim... quibus' *et* 'promanare' *** *add. Po3,* Ex illis enim *[1 v. add. Po2, est Po1]* interioribus uis et efficacia ad haec exteriora ad... propositum, promanet necesse est *1le.;* Illa enim interiora *1le. imp. Po1.* — 30-31 instrumentum ab ea parte disponunt, qua proximos respicit, in universum *[2 vv. add. Po2,* generatim *1le., add. Po. Po1,* in uniuersum loquendo conferent *1le.] Po1, 2, 3, E1.*

---

* *Po2* habet «sed etiam», ita tamen scriptum «sed ēt»; librarius imperitus transcripsit *sedent* nullo sensu.

** *Po2* recte scripserat *coniungunt,* sed syllabam *con* per compendium simile litterae *g,* quod non intelligens librarius transcripsit *giungunt.*

*** Legimus in ms. *promanare* non *permanare,* etiamsi *promanare* a quibusdam optimis lexicis latinis absit, v. g. Forcellini-Corradini, et compendio a Polanco scriptum sit, quia et signum compendii respondet praepositioni *pro,* non *per,* et positum loco verbi finiti, *promanet,* sic plene scripti. Polancus habet praeterea *promanet* Po1, f. 5v, marg. (*Const.* II, 2, 4 ad fin.) id quod retentum est in impressis, mutatum in *promanarent.*

---

[2] Omnes textus latini tam mss. quam impressi habent *id est*; facta nempe est translatio antequam aliquis, non intelligens signum ·|· quod est in Autographo hispano et in reliquis hispanis textibus (praeter unum qui plene scripsit *id est*) pro illo signo scripsit litteram y in codice *C.* cf. textus hispanos in t. II p. 253 l. 15 et not. 2, p. 714 l. 16 cum var. Editor *Matr.* notavit quidem (p. 285 not. a) id quod est in codd. *B* et *C*, et suspicatus est quaenam fuerit vera lectio; at non modo retinuit y in textu hispano, sed proposuit etiam correctionem textus latini (p. 284 not. 6), unde transiit in Elenchos (v. *Proleg.* c. 6 prope finem).

in universum ad conservationem et incrementum totius huius corporis conferent; si tamen et addiscantur et exerceantur sincere ad solum Dei obsequium; non ut illis fiducia nostra innitatur, sed potius ut divinae gratiae iuxta summae providentiae suae ordinem per haec cooperemur; qui ad gloriam suam tam dona naturalia, quae ipse ut Creator, quam supernaturalia, quae ut gratiae auctor donat, vult referri. Et ideo media humana, vel per industriam acquisita, ac praecipue doctrina exacta et solida, [f]et modus eam proponendi populo in concionibus et lectionibus, [g]et forma agendi cum hominibus eosdemque tractandi, diligenter curanda sunt [3].

4. Iuverit etiam magnopere, in suo bono statu ac disciplina Collegia conservare, et ad id eorum [h]superintendentiam per illos exercere, quibus [i]utilitatis temporalis nihil ex eis potest accedere. Talis est Societas Professa [j]quae in Collegiis eos instituendos curabit in perfectione vitae litterisque christiano dignis, qui talentum ad id sortiti esse videbuntur. Hi enim pro Seminario Societati Professae et eius Coadiutoribus erunt. Et si cum Collegiis Universitates etiam curae Societatis commissae fuerint; observato illo modo procedendi, [k]de quo in quarta parte dictum est, ad finem eundem iuvabunt.

5. Quia [l]paupertas, velut propugnaculum est Religionibus, ut eas in statu suo et disciplina conservet, et a compluribus hostibus defendat (unde etiam daemon enititur illud variis rationibus ever-

[f] P. 3 c. 1 n. 21 et P. 4 c. 8 n. 3 et **A, B** et **C.**
[g] P. 4 c. 8 n. 8
[h] P. 4 c. 10 n. 1.
[i] *Inf.* n. 5 et *Exa.* c. 1 n. 4 et P. 4 c. 2 n. 5 et c. 10 n. 1 et P. 6 c. 2 n. 3 et P. 9 c. 3 n. 18 et c. 4 n. 7.
[j] P. 3 c. 1 n. 27 et P. 4 *Prooe.* et c. 3 n. 1 et c. 7 n. 1 et c. 11 n. 1.
[k] P. 4 c. 11.
[l] P. 3 c. 1 n. 25 et P. 6 c. 2 n. 1.

31-32 incrementum 'totius' *et* 'conferent' *3* rr. *add. Po1,* augmentum huius corporis totius *1le.;* huius *add. Po2,* corporis huius *1le.;* conferet *Po2, 1le. Po3 (?).* — 33 'nostra' *add. Po1.* — 34 gratiae et *1le. Po3,* et *non est Po2.* — 37 referri *add. Po2, 1le. ut Po1 infra.* 35-37 'per... suam *[seq.* 'conuerti uult' *obl.]* tam... naturalia *[seq.* 'quam' *obl.]* quae ipse ...supernaturalia quae *[seq.* 'vt idem' *obl.]* vt gratiae... uult conuerti' *add. Po1,* ordinem, qui glorificari uult in donis quae *1le. imp.,* ordinem... uult in his quae donat ut Creator quae sunt naturalia *2le. imp.,* ordinem... uult in donis naturalibus, quorum auctor est ut Creator, et in his qne confert ut auctor gratiae, qne supernaturalia sunt *3le.* — 37 uel per *add. Po3, 1le. ut Po1 infra.* — 40 eosque *1le. Po2,* eosdemque *Po1.* — 37-40 Et ideo *[seq.* curanda sunt *obl. et* 'diligenter' *add. et obl.]* media per humanam industriam acquisita *[4* rr. *add.,* humana uel acquisita, diligenter *1le.]* ac praecipue... agendi *[seq.* et conuersandi *obl.]* cum... 'eosdemque... sunt' *Po1.* — 41 suo *add. Po1.* — 42 superintendentiam *add. Po2,* supremam eorum curam *1le.;* 'et ad id' *add. Po1,* 'corum' supremam curam *2le.* — 42-43 per *[add.]* illos exerceri [exercere *pr.*] *Po3.* — 43 quibus priuatae utilitatis *1le. Po3.* — 44-46 in... dignis *[seq.* eos *obl. Po3]* qui ad id talentum sortiti esse *Po3, add. Po2, 1le. ut Po1;* qui talentum *[seq.* ad id *obl.]* sortiti esse 'ad vitae exemplum et litteras' [in uita et litteris christiano dignis *1le.,* ad uitae exemplum *add. et obl.*] christiano dignas uidebuntur *Po1.* — 46-47 'cius' *et* 'erunt' *add. Po1,* seminario erunt... et coadiutoribus eius *1le.* — 48 fuerint, confcrent etiam ad finem eumdem *1le. Po1;* modo illo *Po1, 2.* — 49-50 eumdem illi iidem iuuabunt *[3* rr. *add. Po2, 1le. ut Po1 infra] 1le. Po3;* 'ad... cumdem conferent' *add. Po1.* — 51 paupertas pro uallo firmissimo est *Po1, 2, 3, E1.* — 53 illud *add. Po3, 1le. ut Po1 infra.*

[3] De humana industria ad Dei gloriam adhibenda cf. *Monum. Ignat.* ser. 1ª, II, 480-483; de donis Dei naturalibus ad eumdem finem aestimandis cf. finem Examinis textus α, t. II p. 125 a l. 22.

tere) refert plurimum ad conservationem et augmentum totius huius corporis, procul admodum omnem avaritiae speciem ablegasse; nullos reditus, vel possessiones, [m] vel stipendia pro verbi Dei praedicatione, aut lectione, aut Missis, aut administratione Sacramentorum, aut demum rebus quibuslibet spiritualibus (ut est in sexta parte dictum) admitttendo, [n] nec ad suam utilitatem reditus Collegiorum applicando.

6. [o] Erit etiam summi momenti, ut perpetuo foelix Societatis status conservetur, diligentissime ambitionem, malorum omnium in quavis Republica vel Congregatione matrem, submovere, ac aditum ad dignitatem vel praelationem ullam directe vel indirecte quaerendam in Societate praecludere. Quod ut fiat, omnes Professi [p] se nihil umquam ad eam obtinendam acturos, et quos [q] agere animadverterint delaturos, Deo ac Domino nostro voveant [4] [r] et incapaces ac inhabiles ad praelationem quamvis habeantur ii, de quibus probari posset, quod eam ambiissent. Promittant [s] etiam Deo ac Domino nostro, ad nullam etiam extra Societatem praelationem vel dignitatem obtinendam se quidquam acturos, nec ad sui electionem ad huiusmodi munus, quoad eius fieri poterit, consensum praestituros; si eius obedientia, qui sub poena peccati potest praecipere, eos non compulerit: sed unusquisque videat, qua ratione animarum saluti, iuxta nostrae Professionis humilitatem et submissionem,

[m] *Exa.* c. 1 n. 3 et c. 4 n. 27 et P. 4 c. 7 n. 3 et c. 15 n. 4 et c. 17, **F** et P. 6 c. 2 n. 7 et **G** et P. 7 c. 4 n. 4 et **B**.

[n] *Sup.* n. 4.

[o] P. 4 c. 6 n. 17 et c. 15 n. 4 et P. 9 c. 1, **A**.

[p] C. 4 d. 54. C. 27 d. 205 § 1.

[q] C. 1 d. 102. C. 3 d. 46. C. 9 d. 13. C. 27 d. 206.

[r] P. 8 c. 6 n. 2 et **A**.

[s] P. 9 c. 3 n. 13 et c. 4 n. 5 et **B** et c. 5 n. 6 et **E**.

---

54 referet *Po1, 2.* — 51-54 paupertas pro uallo firmissimo *[1 v. add.,* fortissimo *1le.]* est religionibus 'vt' [ut *obl. et rest. Po1,* 'et' *add. et obl.*] eas... conseruet... defendat [conseruat... defendit *1le.*]... summopere *[1 v. add.,* sollicite nititur *1le.]* daemon 'enititur eum' [eam *1le.*]... euertere *[1 v. add.,* dissoluere *1le.]* referet *Po1.* — 55 speciem ab ea *1le. Po3.* — 56 salaria *add. et obl. Po1.* — 59 'admittendo' *add. Po1.* — 60 eorum conuertendo *add. et obl. Po1;* collegiorum aliqua ratione *1le. Po3;* 'applicando' *add. Po1,* trahendo *1le.* — 62 diligentissime ab ea *Po1.* — 63 radicem *add. et obl. Po1;* 'submovere' *add. Po1,* excludere *1le.* — 64 ad quaerendam dignitatem *1le. Po1;* directe... indirecte 'quaerendam' *add. Po1,* manifeste aut latenter *1le.* — 65 occludere *Po1, 2, 3, add. Po1,* obstruere *1le.* — 65-68 *1le. Po3 ut Po1 infra.* — 65-66 'Quod ut fiat ['Id fiet' *3le.,* 'Ad id' *2le.*], omnes... unquam *[seq.* 'acturos' *obl.]* ad eam... acturos' *et* 'agere' *add. Po3.* — 67-68 uoueant *et* incapaces ac inhabiles *add. Po3.* — 68 habeantur ii de *add. Po3.* — 65-68 Ad quod conferet *[3 vv. add.,* Quod fiet *1le.]* si omnes... se nunquam eam quesituros, et quos quaerere animaduerterint 'delaturos' [manifestaturos *pr., 5 vv. add.*]... 'vouerint' [obtulerint *1le.*], et si expertes et nulla ratione 'habiles' [idonei *1le.*] ad... habebuntur quibus *Po1.* — 70 'ad' *et* etiam [se *1le.*] *add. Po3.* — 70-71 'obtinendam... acturos' *add. Po3,* curaturos *1le., add. Po. Po1,* curaturos *[1 v. add.,* quesituros *1le.]* praelationem vel dignitatem *2le.* — 75 saluti inseruire possit *1le. Po1.*

---

[4] Verbum *voveant* respondet hispano *ofrezcan*, quod posuit S. Ignatius pro *juramento que hagan* (v. textum hispanum *A*, t. II p. 718, ll. 79 et 85-86); Polancus autem, mentis Ignatii penitus conscius, pro latino *obtulerint*, scripsit *voverint*. Caeterum *ofrecer* est non solum *offerre*, sed etiam *prometer* seu *promittere*; «Invocaron el patrocinio de S. Luis, ofreciendo, si saliesen libres de la presente calamidad, visitar su sepulchro con los pies descalzos» (Ex *Diccionario de la lengua castellana*, 1737, t. V). Jam *promittere* est in formulis professionis et coadjutorum formatorum, *Const.* V, 3 et 4, sup. pp. 168, 169, 170.

inservire possit; et ne Societas his hominibus, qui ad propositum sibi finem sunt ei necessarii, privetur [5].

Promittat etiam Deo, quod, si quando dicto modo compulsus,
A praelationem aliquam extra Societatem admitttet, † audiet postea quovis tempore Praepositi Generalis, qui pro tempore fuerit, con- 80
silium, vel alicuius, quem ille sibi ad hoc substitueret; quodque, si senserit melius esse, quod consulitur, sit illud exsecuturus': non quod habeat, qui Praelatus est, aliquem de Societate Superioris loco; sed quod sponte in Dei conspectu vult ad id faciendum obligari, quod ad divinum obsequium melius esse intellexerit; quodque pla- 85
ceat esse aliquem, qui sibi cum charitate ac libertate christiana ad gloriam Dei et Domini nostri id proponat [6].

Declarationes in Decimam Partem.

A. *Considerando, quam instanter quamque multis rationibus curatum sit, ut aliqui de nostra Societate varios Episcopatus sume-* 90
rent; cumque in multis obviam itum sit, nec tamen in Patriarchatu

---

76 'inseruire possit' *add. Po1.* — 76-77 'priuetur' *add. Po1,* priuetur qui *1le.* — 78 *Marg.* 7 *E1;* Deo quiuis professus *[2 vv. add. Po2] Po2, 3, E1;* quod si *obl. et rest. Po1.* — 79 audiat *1le. Po1,* se auditurum *add. et obl.* — 80 * qui *E1;* qui... fuerit *om. Po1, 2, 3, E1.* — 82 senserit id *1le. Po1;* 'illud' *add. Po1.* — 84 Dei *et* 'obligari' *add. Po1,* diuino conspectu unit obligari ad *1le.* — 85 ad ipsius *1le. Po1;* intellexerit *add. Po1,* deprehenderit *1le.;* que *add. Po1,* et quod ipsi *1le.* — 86 sibi *add. Po1.* — 87 'proponat' *add. Po1,* proponat *2le.,* ei representet *1le.* — 88 *Seq.* De conseruatione et incremento totius corporis Societatis *non obl. Po1, 3, obl. Po2.* — 89 *Marg.* A *add. Po2,* A *1le.,* C *2le.,* 'A' *add. Po1,* 'B' *1le.; praec. in Po2* 'Hoc 3° loco ponatur post duos paragraphos' *add. et obl.*;* 'rationibus' *add. Po2, om. Po3,* viis *1le.;* 'quamque multis' [totque *1le.*] viis *Po1.* — 90 'varios' *add. Po1,* aliq, *imp. v., 1le.;* assumerent *1le. Po1.*

* In *Po1* prima declaratio est ultimo loco posita, secunda primo, tertia secundo, sicut scriptae sunt in Autographo hispano, f. 149v, sed litterae emendatae ut ibidem; in *Po2, 3* recte transcriptae sunt secundum ordinem litteris indicatum, sed litterae secundae additae vitiose sunt in *Po2* et deletae.

---

[5] Cf. t. I, monum. 21, Constitutiones de ambitu, p. 164; monum. 38, pp. 271-272, nn. 12, 13, 19; *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 360 (ubi Ribadeneira narrat sermones de hac re habitos inter P. de Olave et cardinalem de Sta. Cruce, qui postea fuit Marcellus II). S. Ignatius votum illud voverat jam ante aestatem anni 1543, quo tempore in suo legati officio cessavit marquio de Aguilar (Pastor, *Geschichte.* V, 497); hoc enim praesente votum suum Ignatius fecerat, *Monum. Ignat.* ser. 1ª, I, 183; ser. 4ª, I, 401. Cf. et *Constitutiones monasticae,* c. 24, PG., 31, 1411. Vota non ambiendi dignitates et ambientes deferendi nuncupant etiam religiosi Scholarum Piarum, *Constitutiones,* parte 1, c. 3, n. 6. In capitulo gener. O. P. anni 1233 praecepit magister ordinis B. Iordanis · in virtute obedientiae quod nullus frater... consensum prebeat electioni vel postulacioni de se facte in dignitatem episcopalem, nisi de speciali licencia domini pape vel generalis capituli vel nostri; quod si aliquis contra fecerit, ipso facto sit excommunicatus », *Acta capitulor. gener.* vol. 1, p. 4, in MOFPH, t. III, Romae 1898. Cf. et Suarez, *De Religione Societatis Jesu* l. 6, c. 8, n. 21.

[6] Cf. t. I, monum. 48, p. 404, in quo est consilium de hac re domi nostrae Romae habitum. Jusserat autem summus pontifex, ab aliquo de Societate posse

et Episcopatibus Aethiopiae, admittendis resisti potuerit: de hoc auxilio ad opus illud Aethiopiae, et alia similia, cum resistendi modus deesset, cogitatum est[7]. *Non tamen obligatur Societas ad hoc munus suscipiendum, quandocumque alicui ex ea Episcopatus esset admittendus: immo libera manet, ut id oneris et relinquere, et assumere possit, ubi multum referre, ad* Dei *obsequium iudicaret. Post emissam autem professionem, hoc votum simplex* [t] *cum aliis, de quibus diximus, emittetur.*

[t] *Sup.* n. 6 et P. 6 c. 2 n. 1.

---

7. Ut perpetuo totius huius corporis bonus status conservetur, confert plurimum, quod in prima, secunda et quinta parte dictum est, de [u] turba et hominibus ad nostrum Institutum ineptis, ne ad probationem quidem admittendis: et si aliqui probationis tempore [v] non esse idonei invenirentur, etiam dimittendis. [x] Si qui vero depravatis moribus essent, aut de quorum emendatione parum speraretur, multo minus essent retinendi. Minus etiam apertum ostium esse debebit ad admittendos aliquos in Scholasticos approbatos et Coadiutores formatos; minime vero omnium in Professos: [y] non enim alii, quam spiritus et doctrinae selectae viri, et multum diuque exercitati, et in variis probationibus virtutis et abnegationis sui ipso-

[u] P. 1 c. 1 n. 3 et P. 4 *Prooe.*, **A** et P. 8 c. 1 n. 2 et **B**.
[v] P. 2 c. 1 n. 1.
[x] P. 2 c. 2 n. 2.
[y] P. 5 c. 2 n. 1 et 2. C. 27 d. 118 et 160.

---

92 admittendo *Ile. Po1;* resisti 'summi pontificis voluntati' *3 vv. add. et obl. Po1.* — 93-94 'Ethiopiae' *et* 'cogitatum est' *add. Po1,* auxilio cogitatum est *Ile.* — 95 munus 'suscipiendum' *2 vv. add. Po1,* onus assumendum *Ile.* — 1 'id oneris' *add. Po1,* hoc onus *Ile.* — 2 iudicaret *add. Po2, om. Po3.* — 2-3 iudicauerit. Et post *Po1, 3, Ile. Po2.* — 3 autem *add. Po2, om. Po3.* — 3-4 'emittetur' *add. Po1,* professionem, emittet *Ile.* — 5 *Marg.* 8 *E1;* perpetuo totum hoc corpus *Ile. imp. Po1.* — 6 5ª 'et 8ª' *[2 vv. om. CompC2] CompC1.* 6-9 dictum est *[2 vv. add. Po3]* de... ineptis *[seq.* non admittendis *obl. Po1]* ne... 'admittendis' *[1 v. add. Po1]* et si... etiam dimitt'e'n'dis' [nt etiam dimittantur *Ile. Po1, seq.* 'dictum est' *add. Po1, obl. Po3*] *Po1, 2, 3.* — 9 *Ante* Si *est marg.* 9 *E1;* Minus etiam essent retinendi si qui *Ile. Po1;* 'vero' *add. Po1,* uitiis *Ile. imp.* — 10 essent *add. Po2, est Po1;* et de *Po1, 2, 3, E1;* quorum 'emendatione' *add. Po1,* eorum correctione *2le.,* correptione *Ile.* — 11 'multo minus' *add. Po3,* nullo modo *Ile.,* 'nullo modo essent retinendi' *add. Po1;* 'Minus' *add. Po1,* Minus *2le.,* Magis *Ile.;* 'etiam' *add. Po3.* — 12 admittendum *Ile. Po1.* — 13 uero *add. Po3,* omnium uero *Ile.* — 14-17 alios... selectae uiros *[2 vv. add. Po. Po1]*... exercitatos... perspectos *[1 v. add. Po. Po1]*... admitti debent *Po1, 2, Ile. Po3, sic correctione Imp. In Po1,* alii quam qui in spiritu *[seq.* diui *(?) imp. v. obl.]* et doctrina selecti et exercitati et perspecti in uariis... satisfactione fuerint, ad *Ile. Po1.*

---

visitari patriarcham Aethiopiae, *Monum. Ignat.* ser. 4ª, I, 427, n. 42, et praecepit ut tum patriarcha, tum episcopi electi dignitatem impositam acciperent. Hoc sensu emendabis notationem 35 p. 427 ib. Cf. et *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VIII, 450 et 476. Narrat praeterea Camara, constituisse S. Ignatium, ut esset syndicus in Aethiopia, qui moneret generalem, non episcopum vel patriarcham, si quid esset in quo hi consilio illius indigere viderentur (ib. ser. 4ª, I, 232). Addit Manaraeus se fuisse syndicum designatum (*De rebus Societatis Iesu* c. 8, n. 23); is tamen profectus in Aethiopiam non est. Monumenta complura de rebus aethiopicis ad Ignatii tempora spectantibus habes in Appendice ad *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VIII.

[7] Cf. annot. 6. Verba hujus loci hispana «podiendo resistir en el aceptar el patriarcado y obispado» scripta sunt in Autographo super abrasa charta, in qua quid esset prius exaratum, legi non potest.

rum, cum omnium aedificatione et satisfactione perspecti, ad professionem admitti debent. Sic enim licet multitudo augescat, non imminuetur nec debilior reddetur spiritus, dum tales sint, qui in Societatis corpus cooptantur.

[z] P. 9 c. 2.

8. [z] Cum bona et mala capitis habitudo in universum corpus redundet, summopere conferet, si electio Praepositi Generalis ea

[a] P. 9 c. 6 n. 6.

sit, quae in nona parte descripta est. [a] Et post hanc electionem illa maximi erit momenti, qua inferiores Praepositi in Provinciis et Collegiis ac Domibus Societatis eliguntur. Nam fere quales hi fuerint,

[b] P. 2 c. 1 n. 2 et **B** et P. 4 c. 10 n. 4 et P. 9 c. 3, 4, 5 et 6.

tales et eorum subditi erunt. Refert [b] etiam magnopere, praeter electionem, si Praepositi particulares in sibi subditos, et Generalis in particulares, ac contra Societas

[c] C. 1 d. 145.

[c] in Generalem (ut in nona parte declaratum est) multum potestatis habeant; ita ut omnes ad bonum omnia possint, et, si male agerent, omnino subiecti sint. Refert

[d] P. 9 c. 6 n. 2 et 14.

[d] etiam, ut Superiores ministros idoneos (ut in eadem parte dictum est) ad ordinationem et exsecutionem rerum, quae spectant ad

[e] P. 8 c. 1 n. 8.

eorum officium, habeant.

[f] P. 8 c. 1 n. 9.

[g] *Prooe. Declar.* et P. 3 c. 1 n. 18 et P. 8 c. 1 n. 8.

9. [e] Quod iuvat ad unionem membrorum huius Societatis inter se et cum suo capite, multum etiam ad conservationem boni status illius iuvabit; cuiusmodi est, in primis, voluntatum vinculum, quod

[h] P. 4 c. 10 n. 5 et 8 et P. 8 c. 1 n. 4.

charitas est, et mutuus amor, [f] quem crebra communicatio et rerum mutua notitia, [g] eadem doctrina et in omnibus, quantum fieri potest, uniformitas nutriet. Sed in primis id praestabit obedientiae

[i] P. 2 c. 1 n. 2 et P. 8 c. 1 n. 4 et **E** et P. 9 c. 6 n. 2.

vinculum, quod [h] particulares cum suis Praepositis et hos ipsos inter se et cum Provincialibus, et utrosque cum Generali uniet; ita ut inter omnes diligenter [i] subordinatio servetur.

[j] P. 3 c. 2 n. 4 et 5 et P. 4 c. 4 n. 1.

10. [j] Moderatio laborum animi et corporis, et in Constitutionibus, quae ad neutrum extremum rigoris vel dissolutionis vergant

---

17 'Sic' *add. Po1,* Si qua *1le.* — 18 'dum... sint' *add. Po1,* si huiusmodi fuerint *1le.* — 19 coaptantur *Po2,* optantur *(?)* [cooptantur *(?) 1le.*] *Po1.* — 20 *Marg.* 10 *E1.* — 21 'conferet' *add. Po1,* redundet, conferet *1le.* — 22-23 'illa *[seq.* 'superest' *add. et obl.]* maximi ['magni' *pr.*]... momenti' *add. Po1,* 'illa' *[seq. v. quod legi nequit, obl.] 2le.,* reliqua est *1le.* — 25 et tales *Pra2 sqq.;* magnopere *add. Po1.* — 26 'si praepositi' *add. Po1,* si multum auctoritatis praepositi *1le.;* et prouinciales in eos simul ac eorum subditos et generalis *Po2,* et prouinciales... subditos *add. et obl. Po3;* 'eos simul ac eorum' subdit'o's *add. Po1,* hos cum suis subditis *1le.* — 27 'particulares' *add. Po3,* uniuersos *1le.;* uniuersos *[seq.* 'habeant' *2le. et* multum habeat auctoritatis *1le. Po1 obl.]* 'ac' contra *[2 vv. add. Po1,* uicenersa autem *1le.;* uniuersa *obl. Po2, ex falsa transcriptione verborum* uiccuersa*] Po1.* — 28 'potestatis' *add. Po1,* auctoritatis *1le.;* bonum *add. Po3,* aedificationem *1le.* — 29 'omnia ['plurimum' *add. pr. et obl.*] possint' *et* 'omnino.. sint' *add. Po1,* plenam habeant potestatem... plenam submissionem *2le.,* subiectionem *1le.* — 30-32 ministr'o's idone'o's *et* 'habeant' *add. Po3,* ministris idoneis... subleuentur *1le.* — 33 *Marg.* 11 *E1;* 'huius' *add. Po3.* — 34-35 'iuuabit' *add. Po1,* multum etiam *[1 v. add.]* iuuabit *2le.* — 36 quem 'nutriet' *2le.,* alct *1le., utraque obl. Po1.* — 37 notitia 'nutriet', *1 v. add. et obl. Po1,* notitia et eius, *imp. v.* eiusdem, *1le.;* eadem uti doctrina *1le. Po1.* — 38 'nutriet' *add. Po1.* — 38-41 *1le. Po3 ut Po1 infra.* — 38 'imprimis id praestabit' *add. Po3,* admodum *2le., add. Po2;* 'praestabit' *add. Po3.* — 40 *Primum* 'et' *add. Po3, est Po2, 1.* — 38-41 'Sed' [Et *pr.*] praecipue obedientiae... 'subordinatio' [ordo *1le.*] seruetur 'id prestabit' *Po1.* — 42 *Marg.* 12 *E1;* animae *1le. Po3;* 'spiritualium et corporalium' *add. et obl.;* Constitutionibus mediocritas *Po1, 2, 3.*

(ut sic melius observari possint) mediocritas, conferet ad duratio-
nem et totius corporis in suo statu conservationem.

11. [k]Ad eumdem finem faciet generatim curare, ut amor et cha-
ritas omnium etiam externorum erga Societatem conservetur: † sed **B**
eorum praesertim, [l]quorum voluntas, bene aut male in nos affecta,
multum habet momenti, ut aditus ad divinum obsequium et ani-
marum auxilium aperiatur vel praecludatur'. In ipsa vero Societate
nec sit nec sentiatur animorum propensio ad partem alterutram
factionis, quae esset fortassis inter Principes vel Dominos christia-
nos: sed sit potius quidam universalis amor, qui partes omnes (licet
sibi invicem contrariae sint) in Domino nostro amplectatur [8].

B. *In primis conservetur benevolentia Sedis Apostolicae, cui pe-
culiariter iuservire debet Societas: deinde* [m] *principum secularium,
et Magnatum, ac primariae auctoritatis hominum; quorum favor aut
alienatio animi multum facit, ut ostium divino servitio et bono ani-
marum aperiatur vel praecludatur.* [n]*Sic itidem, cum aliqui male
affecti esse intelligerentur, praecipue, si homines sint non vulgaris
auctoritatis, orandum est pro eis, utendumque rationibus conveniен-
tibus, ut in amicitiam redeant, vel certe adversarii non sint: idque
non timore contradictionum, vel quod asperius quidquam nobis inde
posset accidere; sed ut per huiusmodi hominum benevolentiam, magis
in rebus omnibus* Dei *obsequium et gloria crescat.*

[k] P. 3 c. 1 n. 9 et P. 4 c. 16, **D** et P. 6 c. 3 n. 8 et P. 7 c. 2, **H**.

[l] C. 2 d. 40.

[m] C. 6 d. 21. C. 22 d. 14.

[n] P. 4 c. 10, **C**.

44-45 conferet ad ala *Ile. imp. Po1**; et conseruationem *Ile.* — 46 *Marg.* 13 *E1.* — 46-47 'generatim' *et* amor... omnium *add. Po1,* etiam... Societatem *add. obl. et rest.,* conseruetur *add.,* curare ut Societas conseruetur in beneuolentia et charitate omnium *Ile.* — 47 *Marg.* 'B' *add. Po1,* 'A' *Ile.;* 'sed' *add. Po1,* et *Ile.* — 48 * praesertim *E1;* quorum *add. Po1,* cuius *Ile.;* 'in nos' *add. Po1.* — 49 et *om. E3.* — 49-50 ut aperiatur *[seq.* 'vel praecludatur' *add. et obl. Po1]* aditus... auxilium uel praecludatur *[2 vv. add. Po. Po1] Po1, 2, 3.* — 51-52 ad... christianos *add. Po2,* quae factionem sapiat erga hunc uel illum ex principibus uel dominis christianis *Ile.* — 54 inuicem illae *[1 v. add. Po. Po1]* contrariae [contrarii *Ile. Po1*] sint *Po1, 2.* — 55 *Marg.* B *add. Po2,* B *Ile ,* A *2Ie.,* 'B' *add. Po1,* 'A' *Ile.* — 57 primorum *add. et obl. Po1;* 'primariae' *add. Po1,* magnae *Ile.;* ualoris *add. et obl. Po1.* — 58 'alienatio animi' *add. Po2,* repugnantia *Ile., add. Po. Po1,* contradictio *Ile.,* disfauor, persequtio *add. et obl.,* alienatio, auersio *marg.;* 'multum' *obl. et rest. Po1.* — 58-59 ut aperiatur *[seq.* uel praecludatur *obl.]* ostium diuino seruitio et bono animarum 'vel praecludatur'. Sic *Po1, 3, Ile. Po2.* — 59 aperiatur *add. Po2, om. Po3.* — 59-60 *Ile. Po2 ut Po1 infra.* — 59-60 aliqui *et* affecti *et* intelligerentur *add. Po2, om. Po3.* — 60 'vulgaris' *add. Po2, om. Po3.* — 59-60 cum aliquos ...affectos... intelligeretur,... non modicae *Po1.* — 61 rationibus *add. Po1,* mediis *Ile.* — 63 *Ile. Po2 ut Po1 infra;* 'contradictionum' *add. Po2, om. Po3;* asperius quicquam *add. Po2, om. Po3;* timore 'rerum aduersarum' [contradictionum *Ile.*] uel si quid asperum nobis *Po1.* — 64 'per' *add. Po1,* cum *Ile.*

* Suspicamur hispanum «a la duración».

[8] Ex hoc loco videntur pendere *Constitutiones Scholarum Piarum*, parte 2, c. 7, § 10: «In nostra Congregatione nullo modo permittatur animorum propensio ad partem alterutram factionis, quae solet esse inter Principes, inter civitates, et cives, seminarium enim gravium malorum esset; sed sit inter nos quidam universalis amor, quo partes omnes, licet sibi invicem contrariae sint, in Domino complectamur, et pro earum unione oremus». De mediis autem humanis ad Dei gloriam adhibendis cf. supra, not. 3.

12. Iuverit etiam moderatus et prudens usus gratiarum per Sedem Apostolicam concessarum, solius auxilii animarum fine sincerissime nobis proposito. Sic enim divina bonitas [o] opus hoc, quod coepit, promovebit; ac bonus odor, [p] qui veritati bonorum operum innitatur, hominum devotionem augebit; ut et a Societate ipsi iuvari, et eamdem ad propositum sibi finem obsequii et gloriae divinae maiestatis iuvare curent.

[o] *Sup.* n. 1 et *Prooe. Const.* n. 1.

[p] P. 7 c. 4 n. 2.

C

13. † [q] Conferet etiam rationem habere valetudinis, ut ea in particularibus conservetur', quemadmodum tertia in parte dictum est; [r] et ut demum omnes observationi Constitutionum studeant: ad quam, easdem scire, saltem quae ad quemlibet pertinent, necesse est. Quare legere vel audire easdem [s] singulis mensibus oportebit [9].

[q] P. 3 c. 2 n. 1.

[r] P. 4 c. 10 n. 5 et P. 6 c. 1 n. 1 et c. 5 et P. 9 c. 3 n. 8 et c. 6, A.

[s] C. 1 d. 50.

C. *Ad hoc etiam curandum est, ut* [t] *Domus et Collegia in locis, ubi sit purum et salubre coelum, habeantur; et non in eis, qui contrariam habent proprietatem.*

[t] C. 1 d. 113.

FINIS

66 *Marg.* 14 *E1;* moderatus usus et prudens *Po1, 2, 3.* — 67-68 solo [solius *2Ie. et Po2,* solum *Ie.*] auxilii *[2 vv. add. Po1]* animarum fine *[seq.* auxilii fine *add. et obl.,* auxilium *Ie.]* syncerissime nobis proposito *[2 vv. add.,* quaerendo *Ie.] Po1.* — 68 Sic *add. Po1,* Siqua *Ie.* — 70 augebunt *Ie. Po1;* 'ipsi' *add. Po1,* eandem [*cmend. ex* eamdem] iuuare *Ie.* — 72 'iuuare' *add. Po1.* — 73 *Marg.* 15 *E1,* 'C' *add. Po1,* 'B' *Ie.;* 'Conferet' *add. Po1,* Juuerit *Ie.;* * habere *E1;* ualetudinis corporalis *Ie. Po3;* ut in *Ie. Po1.* — 75 'et ut' *add. Po1,* ac *Ie.;* conseruationi Coustitutionum *Po1, 2, 3.* — 76-77 scire *[seq.* necesse est *obl. Po1]* certe *[seq.* eas *obl. Po1]* quae... necesse est *[2 vv. add. Po. Po1].* Vnde legere... singulis *[seq.* quibusque *obl. Po1]* mensibus *Po1, 2, 3.* — 78 *Seq. in Po2, E1* 8° die septembris 1558 nomine sanctissimi domini nostri Pauli PP. IIII allocutus est Reverendissimus cardinalis neapolitanus eos omnes qui congregationi generali nostrae Societatis intererant; et proposuit duo quae sequuntur; et in Constitutionibus poni iussit; in utroque autem congregatio nostra se obedituram dixit. Vnde et hic ea posita sunt: vnum fuit placere sue sanctitati, ut praepositus Societatis nostrae triennalis esset, et non perpetuus, quamuis post triennium confirmari posset. Alterum ut Societas nostra chorum ad horas canonicas dicendas haberet, quemadmodum aliae religiones cum ea tamen moderatione, quae preposito generali conuenire uideretur. *Tum subscriptiones autographae in Po2* Ostendatur R. P. magistro sacri palatii et postea imprimatur. Virgilius cardinalis vicarius. F. Daniel sacri palatii magister; *vide Prolegomena; in E2* Finis [*nomem* IHS] Romae, M. D. LXX. Apud Victorium Haelianum. Cum facultate superiorum; *in E2b* Finis. Lavs Deo. — 79 *Marg.* C *add. Po2,* C *Ie.,* B *2Ie.,* 'C' *add. Po1,* 'B' *Ie.;* est *om. Po3.* — 80 'vbi... coelum' habeautur *add. Po2,* habeantur *om. Po3;* locis sani ac puri aëris teneantur [ubi sit salubre ac temperatum coelum, constituantur *marg.*] et non *Po1, Ie. Po2.*

[9] Lex huiusmodi de constitutionibus regulisve statis temporibus legendis frequentissima est. Cf. *Regulam S. Aureliani,* n. 55, PL., 66, 394; *Regulam S. Ferreoli,* c. 39, PL., 66, 976, caeteras vix non omnes. Cf. et *Proleg.* t. II, p. CCVII circa mediam not. 5.

APPENDICES

1

Formula votorum simplicium quae professi emittunt post professionem

Hanc formulam primo Appendicum loco ponimus, cum quia in editione quarta Constitutionum, quam nos iteramus, proxime post partem decimam, sicut in caeteris editionibus, invenitur, tum quia ad usum, quem etiam hac nostra editione quaerimus, facilius hic quam alibi reperietur.

Formula autem haec confecta in congregatione prima anno 1558, et parumper immutata in tertia anno 1573 [1], nullam deinde mutationem alicujus momenti passa est; itaque nostra, quam ex ultima editione romana, a. 1937, transcribimus, eadem est atque illa quam habemus in editione quarta. Nostra vero, sancita a congregatione generali XXVII, a. 1924, in praxi observanda est.

Discrimina nullius momenti modo indicata, sunt, quod in editione quarta non legitur littera N post verbum *Patre*, in locutione «et coram R. Patre Praeposito Generali»; et in fine voti tertii (quod est de praelatione vel dignitate extra Societatem) editio quarta habet *coactus* pro *coactum*. Incepit dicere *coactum* editio quinta, seu anni 1606; illud N additum est in secunda editione pragensi, seu anni 1757; est editio illa quae quinquies litteram eamdem addidit parti quintae Constitutionum [2].

Cum vero differentias praecipuas inter hanc nostram et primam notare debeamus, simul aliquid de illius formulae historia attingendum est.

Formulae votorum aliorum in Societate nuncupandorum sunt omnes in Constitutionum parte quinta: professionis tum quatuor tum trium votorum, coadjutorum et scholasticorum. Vota vero post professionem emittenda, etsi omnia praeter unum in Constitutionibus continentur, nulla tamen formula exprimuntur [3]. Itaque nihil mirum, non constare nobis utrum professi omnes, primis Societatis temporibus, vota illa fecerint necne. Imo fundamentum est opinandi probabiliter, ab aliquibus (pluribus, paucioribus) aut nullo modo aut omnino privatim, aut denique aliter quam in congregatione provisum est, esse facta. Ratio praecipua hujus opinionis est decretum ipsum congregationis primae, in quo formula votorum illorum approbatur, additurque emissa vota tunc esse a Patribus congregatis. En decretum: «De forma votorum simplicium, quae post professionem emittenda esse in Constitutionibus dicuntur; actum est: an approbanda videretur et exsecutioni mandanda. Placuit Congregationi formula, et exsecutio huiusmodi emissionis votorum indicta est in S. Bartholomaei festum, quod ad praesentes attinebat, quod Romae celebratur 25 Augusti, ut coram Praeposito

---

[1] Decreto 46, *Institutum* II, 228.

[2] V. *Proleg.* c. 5, a. 5, § 5, p. LXXVIII.

[3] De paupertate non relaxanda VI, 2, 1 et A; reliqua in X, 6 et A. In Constitutionibus non est votum manifestandi Societati vel praeposito ejus, eum qui praelationem vel dignitatem extra Societatem ambiret. Hoc additum est a congregatione generali tertia, ea mutatione inducta quam notamus infra in variatis. Idem sentit ARREGUI, *Annotationes*, n. 541: dixerat tamen n. 406: «quinque simplicia Constitutiones accurate describunt». Cf. SUAREZ, *De Religione Societatis Iesu*, l. 6, c. 10, nn. 1-2.

Generali, sine communione, ne sacrificio Missae privarentur, vota sua facerent; et ita praedicto die, a prandio, in ipso loco Congregationis omnes Professi illa emiserunt iuxta formulam hic adiunctam »[4].

Sequitur deinde formula cum variatis quibusdam suo loco notatis. Affirmat ergo decretum, omnes professos ibi praesentes emisisse vota haec die 25 Augusti anni 1558; probabile est ab aliquibus saltem non esse hoc eodem modo prius emissa.

Novimus, e. g., a S. Francisco Borgia esse nuncupata die 22 Augusti anni 1554, sexennio itaque post emissam professionem quamvis non publicam, idque suggerente Ignatio, et probabiliter privatim omnino, siquidem absunt ab ejus formula (quam vide in notatione) locutiones illae « coram R. P. Praeposito Generali, vel coram N. locum Generalis Praepositi tenente », quae jam sunt in formula primae congregationis. Abest quoque votum quintum quod est de audiendo consilio Patris Generalis; id vero mirum non est, quandoquidem deliberatum est Romae die 17 Septembris anni 1554, utrum liceret atque expediret necne, illud votum fieri atque in Constitutionibus poni; Borgia vero sua vota nuncupaverat, ut diximus, die 22 mensis Augusti praecedentis[5].

Similem nisi forte eamdem prorsus formulam adhibuisse videtur Bustamante paucis ante mensibus; nam scribit Nadal, fecisse Bustamantium « los tres votos símplices que han de hazer los professos »[6].

Nam etsi Bustamante, ex Natalis epistola, fecit tria vota, Borgia vero quatuor, in ejus enim formula solum quintum desideratur; existimamus tamen eo tempore, imo toto tempore ante primam congregationem generalem, sumptum esse pro uno voto, non pro duobus, votum non ambiendi in Societate et denunciandi ambientes. Rationes ita sentiendi sunt quae sequuntur. In primis est formula quaedam horum votorum simplicium codicis *Instit. 222*, f. 181v, et notatio margini adscripta manu ipsius Natalis. In formula illa videntur distingui quatuor vota: primum quidem de paupertate nullo signo; secundum a verbis *Praeterea* promitto, tractu calami subter ducto, complectens votum non ambiendi in Societate et denunciandi ambientes, quae duo nullo signo inter se distinguuntur; tertium a verbis *Promitto praeterea*, quae calamo quoque ducto notantur, estque de non ambiendo extra Societatem; quartum denique a verbis *insuper promitto* calamo notatis eodem modo (etsi non a capite versus, ut secundum et tertium). Notatio vero Natalis, huic formulae apposita, ait: « Emendetur iuxta formulam quae edita est decreto in p^a. congregatione generali ». Lectio « in p^a. » certa est, et « p^a » additum supra versum manu ipsius Natalis. Nisi ergo velimus censere, Natalem scripsisse *primam* pro *tertia;* emendanda est haec formula secundum formulam primae congregationis, non tertiae; id quod signum est, hanc notationem scriptam esse ante, non post tertiam congregationem; secus enim emendandam dixisset formulam hanc secundum decretum tertiae congregationis. Jam vero discrimina inter hanc et congregationis primae formulam, duo sunt alicujus momenti: primum est in primo voto, ubi congregatio dicit « ex causa iusta rerum exigentium », Natalis vero « ex

---

[4] *Institutum* II, 170. decr. 102.

[5] Cf. t. I, monum. 48, p. 404. et *Proleg.* c. 1, a. 10, p. xc. Formula adhibita a S. Francisco B. haec est: « † Ihs. Ego, Franciscus de Borgia, professus Societatis Ihu., promitto Deo omnipotenti coram eius virgine matre et tota curia celesti nunquam me acturum quacumque ratione vel consensurum, vt, que ordinata sunt circa paupertatem in constitucionibus et declarationibus Societatis, immutentur, nisi si quando ex causa iuxta rerum exigentiam videretur paupertas restringenda magis. Praeterea promitto nunquam me acturum vel pretensurum, ne indireete quidem, vt in aliquam prelationem vel dignitatem in Societate eligar vel promouear. Tum si quem scíam id curare vel pretendere, promitto illum remque totam me manifestaturum Societati vel prepositis eius. Promitto preterea nunquam me curaturum pretensurumve extra Societatem prelationem aliquam vel dignitatem, nec consensurum in eam electionem meam, quantum in me fuerit, nisi coactum obedientia eius, qui michi precipere potest sub pena peccati; omnia intelligendo iuxta ciusdem Societatis Ihu. constitucciones et declarationes. Datis in oppido de Simancas 22 Augusti 1554. — Franciscus de Borgia ». *S. Franc. Borgia, III,* 174-175. Cf. ib. II, 544; *Chron. IV,* 502. Formula borgiana convenit cum *Na,* in praecipuis variatis.

[6] De his votis jam emissis post emissam prius Tordesillis coram P. Francisco professionem, scribit Nadal die 14 Maji 1554, quo mense videtur fuisse Tordesillis P. Franciscus, *Epist. P. Nadal* I, 254; *S. Franc. Borgia,* III, 161.

causa iuxta [*prius erat* iusta] rerum exigentiam»; alterum est quod data opera distinguit congregatio «Primum votum simplex», «Secundum», «Tertium», «Quartum», «Quintum». Et quamvis illud primum discrimen fortasse sufficeret ad natalianam notationem marginis intelligendam, putamus tamen hanc referendam potius esse ad discrimen secundum, cum quia res est majoris momenti, tum quia ita melius intelliguntur alia quaedam monumenta, quae de his votis meminerunt, suntque novae rationes idem sentiendi.

Natalis enim scribit Ignatio die 6 Julii 1555 Vienna: «Li professi hanno fato li 4 voti semplici, i quali si hanno di far' secondo le constitutioni dipoi della professione»[7]. Inter illos professos erat S. Petrus Canisius, cujus formula a consueta in eo tantum differebat quod votum manifestandi esset post secundum, inquit Braunsberger[8]. Continebat ergo quinque vota; Nadal tamen loquitur de quatuor votis. Imo Polancus in Chronico anni 1555, enarrans hunc ipsum eventum viennensem, ait, Natalem emisisse tunc quartum votum «accidentale (hoc enim solum illi deerat)»[9]. Atqui anno 1554 jam constitutum erat, et licere et expedire, ut fieret votum audiendi consilii Patris Generalis; non est igitur verisimile illud esse omissum anno 1555 ab iis qui reliqua nuncupabant. Res clarissima evaderet, si nobis compertum esset, quaenam essent tria vota prius a Nadal emissa, quae quamquam censemus illa tria esse de quibus ipse cum Bustamente loquebatur, et eadem quae in formula borgiana continentur, directum tamen testimonium adhuc non vidimus.

Possumus nihilominus alia via omne dubium excludere. Nam die 2 Februarii ejus anni 1555 scribebat S. Ignatius Patribus Nuñez Barreto, Oviedo, et Carnero, mox consecrandis episcopis in mentem illis revocans, anno superiore Romae statutum esse (Oviedo et Carnero praesentibus et consentientibus) votum quoddam simplex esse faciendum a professis post professionem, una cum caeteris quae Constitutiones postularent. Hoc votum esse illud de audiendo consilio Patris Generalis, dubium esse non potest[10]. Addit Ignatius mitti ad illos formulam vota illa omnia continentem; sed formula haec abest[11]. Jam vero erat Romae hoc tempore Nadal, quippe qui ex Hispania redux exeunte anno 1554, in Germaniam profectus est die 19 Februarii 1555[12]. Quidni secum tulerit formulam Romae tum concinnatam et missam in Lusitaniam die 2 mensis ejusdem?

Addendum hic est, in ea ipsa epistola quam ab Ignatio ad mox futuros episcopos missam diximus, affirmare Sanctum Patrem, professos in Lusitania nuncupasse prius, praesente P. Nadal (itaque anno 1553 vel 1554) vota simplicia professorum (excepto ultimo, certe). Ex quo facto aliisque huc allatis explicandi vel corrigendi sunt scriptores, qui, narrata emissione votorum simplicium in congregatione prima, addunt, non fuisse id factitatum vivente S. Ignatio[13].

Itaque ante mensem Augustum anni 1554 vota simplicia post professionem emittenda, illa videntur fuisse, quae in formula borgiana continentur, quae saltem a Polanco et Nadal tria numerabantur; postquam in Constitutionibus additum est illud de consilio audiendo Patris Generalis (p. 274), auctores iidem numerabant quatuor, quae congregatio prima anno 1558, nulla promissione votove superaddito, clarius in quinque distinxit.

Plures differentias inter varias formulas, cum antiquas tum recentiores, monumento ipsi subjicimus. Hic una remanet indicanda, quae a congregatione tertia inducta est. Continetur autem decreto 46, quod est hujusmodi: «Verba illa: *Tum, si quem sciam id curare*, etc., addita secundo voto simplici, quod Professi emittunt post professionem, reponantur post sequentem promissionem, de non praetendenda praelatione aliqua extra Societatem, in hunc modum: *Tum, si quem sciam aliquid praedictorum*

---

[7] *Epist. P. Nadal* ib. 311.

[8] *B. Petri Canisii Epist. et Acta*, I, 656, annot. 1. Erat ergo formula similis formulae primae congregationis, unde a consueta, quae est tertiae congregationis, alia re majoris momenti differebat, id quod ex dicendis colligetur.

[9] *Chron.* V, 237.

[10] Cf. t. I, monum. 48, p. 404, et *Proleg.* c. 1, a. 10, p. XC.

[11] *Monum. Ignat.* ser. 1ª, VIII, 452.

[12] Ib., ser. 4ª, I, 228, n. 152.

[13] Ita in cod. *De Instit.* vol. II, monum. 22, «Consuetudines quaedam Societatis».

duorum curare vel praetendere, etc., ut ita utrumque complectantur, scilicet, quod de praelatione in Societate et extra Societatem dicitur »[14].

In Actis mss. nihil ad haec additur praeter diem, qui fuit 8 Junii (1573). Ratio tamen additamenti facile intelligitur, cum ambitus dignitatis extra religiosum ordinem viro religioso non minoris, imo majoris periculi, quam intra ipsum ordinem esse videatur.

FORMULA VOTORUM SIMPLICIUM

[a] Col. d. 147. QUAE [a] PROFESSI EMITTUNT POST PROFESSIONEM, IUXTA CONSTITUTIONES; EXTRACTA EX PRIMA CONGREGATIONE GENERALI, RECOGNITA A TERTIA, ET CONFIR-

[b] Col. 169. MATA [b] A VIGESIMA SEPTIMA [1]

1. Ego N., Professus Societatis Iesu, promitto Deo Omnipotenti, coram eius Virgine Matre, et tota curia caelesti, et coram R. Patre N., Praeposito Generali, (vel coram N., locum Generalis Praepositi tenente) [c] numquam me acturum quacumque ratione vel consensurum, ut quae ordinata sunt circa paupertatem in Constitutionibus Societatis immutentur; nisi quando ex causa iusta rerum exigentium videretur paupertas restringenda magis.

[c] P. 6 c. 2 n. 1, A.

[d] P. 10 n. 6. 2. Praeterea [d] promitto, numquam me acturum vel praetensurum, ne indirecte quidem, ut in aliquam praelationem vel dignitatem in Societate eligar vel promovear.

[e] P. 10 n. 6. 3. Promitto [e] praeterea, numquam me curaturum praetensurumve extra Societatem praelationem aliquam vel dignitatem, nec consensurum in mei electionem, quantum in me fuerit, nisi coactum oboedientia eius, qui mihi praecipere potest sub poena peccati.

[f] P. 10 n. 6. 4. Tum, [f] si quem sciam aliquid praedictorum duorum curare vel praetendere, promitto illum remque totam me manifestaturum Societati vel Praeposito eius.

2-4 iuxta ... septima *om. ms., Na, El.* — 3 extracta ... generali et *E3, 4 sqq. usque Fl.* — 3-4 *Pro* extracta ... septima *habet E2* parte sexta, capite secundo et parte decima. Quae formula extracta est ex prima congregatione generali titulo sexto, decreto uigesimo tertio; et ... septima *add. a. 1923.* — 5 *Praec.* Primum votum simplex *ms.* — 6 N *add. Pra2.* — 6-7 coram ... vel *om. Na, El.* — 7 tenenti, *emend. ex* tenente, *ms.* — 9 Constitutionibus et Declarationibus *Na, El.* — 10 iuxta [*emend. ex* iusta *Na*] rerum exigentiam *Na, El.* — 12 *Praec.* Secundum *ms.* — 15 *Praec.* Quartum *ms.**; praetensurumque *Decr.* — 16-17 in eam electionem meam *Na.* — 17 coactus *ms., Na, El 1.* — 19 *Praec.* Tertium *ms.***; sciam id curare *ms., Decr., Na, El. 2.* — 21 Praepositis *Na, El.*

---

* Vide notationem **.

** Hoc votum, adhibitis verbis « Tum si quem sciam aliquid praedictorum duorum curare vel praetendere » pro verbis « Tum si quem sciam id curare », translatum est in hunc locum (ac proinde factum ordine quartum), a congregatione tertia, decr. 46, a. 1573 (*Institutum* II, 228).

---

[14] *Institutum* II, 228.

[1] Ex editione romana Constitutionum anni 1937, pp. 294-295. Notatio marginis *Col.* significat Collectionem decretorum congregationis generalis XXVII. Contulimus hanc formulam cum codd. *Acta cong. I-VIII*, ff. 23v-24 (*ms.*), et *Instit.* 222, f. 181 (*Na*); cum impressis, in decr. 102 congregationis primae, *Institutum* II, 180 (*Decr.*) et in editionibus *El, 2, 3, 4, 5, 6, Ant, Pra 1* et *2, Av, Ci, Fl, Ro.* Ex editionibus *Instituti* comparamus formulam, quae reperitur proxime post Constitutionum textum. Editiones omnes, praeter *El*, addunt signa singula numerorum 1-5 ad singula vota; *Na* haec signa non habet. Omissa quoque sunt in recentissimis impressis *Statuta Congregationis Generalis XXVII* (1924, p. 83), et *Regulae Societatis Iesu* (1932, p. 282); sunt vero in formula quam recudimus.

5. Insuper [g] promitto, si quando acciderit, ut hac ratione in Praesidem alicuius Ecclesiae promovear, pro cura, quam de animae meae salute ac recta muneris mihi impositi administratione gerere debeo, me eo loco ac numero habiturum Praepositum Societatis Generalem, ut nunquam consilium audire detrectem, quod vel ipse per se, vel quivis alius de Societate, quem ad id ipse sibi substituerit, dare mihi dignabitur. Consiliis vero huiusmodi ita me pariturum semper esse promitto, si ea meliora esse, quam quae mihi in mentem venerint, iudicabo [2]. Omnia intellegendo iuxta Societatis Iesu Constitutiones et Declarationes. In tali loco, tali die, mense et anno, etc.

[g] P. 10 n. 6, A.

In hac et in aliis formulis votorum observandum est id, quod legitur in Collectione decretorum d. 170: «In omnibus ultimorum votorum formulis semper exprimatur nomen vota excipientis; Praepositi Generalis vero (aut, post huius mortem, Vicarii Generalis) officium tantum et non nomen, nisi ipse vota excipiat».

2

Versionis latinae partes quaedam

Suo loco vidimus, Hieronymum Nadal aliquas Constitutionum partes latine transtulisse (p. LVII).

Hujus translationis partem esse suspicamur, textum quemdam capitis primi partis quartae (quod ibi vocatur secundum secundae partis). Multum enim illa a polanciana seu vulgata differt, et Natalem, in scribendo facilem, elegantem, fugientemque verbalem translationem, mirifice sapit. Est locus infra positus sub littera a).

Sed multo magis natalianam dicendi formam referunt alii loci duo, quos juxta textum hispanicum ab ipso Natali usurpatum legimus. Est autem primus locus una e Constitutionibus extra illarum librum repertis, quam prima congregatio parti quartae inserendam decrevit; inserta vero est capiti septimo. Alter est hujus constitutionis declaratio [1]. Uterque est infra sub littera b).

Quantum vero dicendi forma a translatione communi differat, legenti patet. Ecce initium loci primi: «Cum sucepta pro Christo a nobis viuendi conditio» caet., quae vide infra, ubi etiam invenies usurpatum nomen «theologiae praelectorem», quo utitur Natalis in Scholiis, «inferiores praelectores», «aliquem esse praelectorem» [2].

Longiores partes nonnullae in aliis codicibus asservantur, quarum primas Natalis non esse judicamus, sunt enim secundi exempli transcriptio mera; utrum alterae illius sint necne, infra vestigabimus.

Primae illae sunt in codice *Po. Constit. lat.*, ff. 109-114, estque exemplum integrum capitum illorum partis octavae et nonae a Joanne Philippo Vito, ut videtur, descriptorum in quo multa marginis annotata Polanci inesse, supra diximus (p.XXV). Haec capita, cum a secundo textu nulla re differant, typis non exscribimus.

Alterae sunt in codice *Instit.* 7, ff. 129r-130r, suntque capita quatuor (2-5), neque illa integra, partis octavae, et nonnullae Declarationes in capita tertium et quartum. Omnes inveniuntur infra sub littera c). Textus hic nullum habet additorum marginalium exempli secundi; unde jam con-

22 *Praec.* Quintum *ms.* — 26 ipse vel per *ms.*; per se *om. Decr.*

[2] Monumentum de hujus voti deliberatione habes in t. I, ultimo loco. Decretum olim fuit, presbyterum e Societate Jesu electum ad vicariatum apostolicum regendum, ab hoc voto eximi (12 Augusti 1851); deinde vero expunctum hoc est (23 Febr. 1880), ARREGUI, *Annotationes ad Epitomen* (p. 536), Romae, 1934.

[1] *Institutum* II, 172, decr. 74 et 75.

[2] Pag. 356.

stat, illum ab hoc vel ab illius apographo non pendere. A primo autem non videtur immunis, quippe qui saepe cum ipso, quamvis neutra translatio ex hispano ad verbum sit, ad verbum tamen convenit. Scripsit haec manu sua Martinus de Olave; fueritne et ipse translator necne, paulo post inquiremus. Prope finem capitis tertii est locus emendatus manu Polanci.

Capitis secundi summarium incipit hoc modo: «Occasiones quaedam incidunt ob quas congregari aliquando Societatem necessum est». Haec dicendi forma in nullo alio exemplo reperitur.

Declaratio autem in caput quartum, dicenda est alia translatio; compara textum inferius positum cum supra impresso (p. 231 ll. 12-23) qui a primo nihil differt (ante ultimum membrum) praeter paucissima et nullius momenti ibidem notata; videbis profecto, translationem, quae est in *Instit.* 7 non solum diversam esse, sed elegantiorem dicendi formam et ampliorem orationem sectari, quodque majoris momenti est, omitti etiam illud «uel qui uicinior esset, si nulla in domo Societatis moreretur», quod est in primo. Contra, in extremo loco habemus in *Instit.* 7 expressum duplicem finem, ad quem convenire debent professi vicini «vel ad cognoscendum nominatum vicarium, vel ad eligendum novum aliquem quemadmodum supra dictum est, qui tantisper» caet.; in primo autem, e duobus unum tantum «ad vicarium constituendum» caet. Aliis locis multo minus aut etiam nullum discrimen inter utrumque textum deprehenditur. Haec autem discrimina, quod ad omissiones attinet, ex hispanico exemplari aliquid lucis accipiunt. Nam in Autographo seu *B*, f. 141v, addita sunt in margine «o si no muriese en casa de la Compañía, el más vecino», quod membrum est omissum in translatione *Instit.* 7; alia quae desiderantur in primo, sunt etiam addita in *B*, nempe illa «o a reconocer el que constare que fue nombrado», quae quidem etsi in codice *B* cum praecedentibus additis etiam manu Polanci continuantur, temporis tamen ejusdem esse non videntur, quia in textu hispano authentico *C* (qui transcriptus est ex *B*) f. 225v, verba haec «o reconocer» et caetera, addita sunt in margine, praecedentia vero scripta in textu, unde illa posterius addita censeri possunt [3].

Si utraque translatio reddit quod in hispanico textu erat, non pendet utraque, in his declarationibus quarti capitis, ab eodem exemplari; prima pendere posset a *C* antequam illud adderetur quod est unicum additum hoc loco in *C*, et unicum quod desideratur in primo; *Instit.* 7 vero pendere posset a *B* antequam adderetur illud quod in *Instit.* 7 desideratur, additum etiam in *B*, etsi non unicum. Exemplum hispanum usurpatum a Nadal in textu habet illa «o si no muriese en casa de la Compañía», in margine illa «o a reconocer el que constare que fue nombrado» sicut *C* [4]. De textu hispano unde latina translatio facta sit, egimus in *Proleg.* pp. LXI-LXIV.

Et quoniam diximus, interpretationem latinam ex Autographo, non ex *C*, derivatam esse, fortasse proposita difficultas melius solveretur, si antiquior aliqua translatio harum partium fuisset, ex qua utraque nostra haec penderet. Iam vero, quidni translatio haec antiquior ipsa illa esset, quam Nadal confecit? At si non fuit (videtur enim non omnes Constitutiones transtulisse Natalis) quisnam harum partium, de quibus agimus, translator fuit? Nadal an Olave?

Pro Olave scriptio facit, quae illius manus est; quare aut aliena transcripsit quasi librarius unus e multis, aut haec latina per se ipse reddidit. Quamquam vero nostris temporibus hominem, cui suprema collegii romani cura erat, librarii munere fungentem difficile nobis animo fingimus; mirari tamen desinemus, si in mentem revocamus Xaverium suo tempore janitoris officio fungentem, maxime cum de re brevi agatur, quae ipsi Olavio magni momenti videri et esse poterat. Caeterum praeter litterarum formam externam, nulla alia argumenta novimus, ex quibus translationem hanc Olavio tribuamus.

Contra, indicia nonnulla sunt Hieronymi Nadal. Nam locutio illa «necessum est» valde illi familiaris erat, in ejusque scriptis frequenter invenitur. Aliis etiam rebus curam quamdam latinae linguae majorem (Natalis quoque propriam) prae se fert scriptor harum partium, quam scriptor

---

[3] V. t. II p. 634 ll. 27-28 et 30-32 cum variatis textus *B*.

[4] In cod. *Instit.* 222, f. 228v. V. t. II p. 744, sub titulo *Parte octava*, n. 8, locum additum Autographo et textui Natalis.

primi exempli. Itaque noster scribit « Ex iis, quae » caet., ubi primus textus « ex his, quae »; amat potius *conuentum* dicere, quam *congregationem;* pleniorem orationem et magis accuratam etiam sectatur; particularum et transitionum delectum exquisitiorem adhibet; quae omnia, collatis utriusque textus locis, facile periclitari per se quisque potest. Ex ratione itaque dicendi Natali haec attribui possunt.

Ratio autem temporis, quamvis non apprime consonet, non omnino repugnat. Novimus quidem tunc Natalem fecisse latinas Constitutiones quasdam, quando in Germania anno 1555 versabatur, atque ex illa missione Romam reducem ineunte autumno anni ejusdem, post dies fere duodeviginti, missum iterum in Hispaniam, ibique ad mortem usque P. Ignatii commoratum, Romam tandem reversum esse die 2 Decembris anni 1556; Olavium vero obiisse praecedenti mense Augusto. Potuit tamen is, illis diebus quibus Nadal in urbe versatus est anno 1555 post reditum ex Germania, in cognitionem hujus translationis venire eamque transcribere.

Praeter has majoris momenti partes versionis latinae locus est singularis in epistola quadam, quam hispanus Pater, Baptista de Barma, Lainio hispano hispane scripsit die 9 Novembris anni 1556; is textum quemdam Constitutionum eo loco latine profert. Est locus partis sextae: « quod professi sint incapaces bonorum, nec possunt acquirere jus ciuile, nec ratione ipsorum collegia aut domus »[5]. Haec translatio differt a textibus omnibus cum manu tum prelo exscriptis, imo vero a compendio latino. Habebatne Barma translationem aliam? Faciebatne ipse suam?

Quam prudenter Societas Jesu inde a prima generali congregatione decrevit, utendum esse una translatione approbata « nec licere privata auctoritate et sine Congregatione aliam edere versionem »[6]. Secus enim post aliquot annos ingens latinorum textuum varietas magnam confusionem peperisset.

a) Ex quarta parte [1]

†
Jhus

Ex secunda parte Constitutionum [2]. *Cap. 2.m De memoria praestanda erga fundatores collegiorum et bene de ipsis meritos.*

Quoniam id maxime rationi consentaneum uidetur, si quantum in nobis
5 situm sit, eorum a nobis pietati ac beneficentiae satisfiat qui sunt rerum nostrarum curatores, quosque constat Dei benignitate atque consilio vel ad aedificanda collegia uel haec ipsa annuis fructibus dotanda delectos: statuimus primum, vt in omnibus nostrae Societatis collegiis perpetuo singulis hebdomadis missa semel celebretur pro fundatoribus et benefactoribus
10 ipsis uiuis et mortuis.

In initio cuiusque mensis collegiorum nostrorum sacerdotes pro eorumdem salute, ad sacrum unum faciendum teneantur.

---

2 memoria facienda *Mc.* — 11 Initio *Mc.*

---

[5] *Const. VI,* 2, 12; *Epist. Mixtae V,* 509.

[6] *Institutum* II, 173, decr. 79.

[1] Ex exemplo in monacensi (München) Hauptstaatsarchiv, Jesuitica, 1357m, f. 9r. Editum est a Mederer, *Annales Ingolstadiensis Academiae,* t. IV, pp. 292-293; pauca discrimina inter illud et nostrum notamus in apparatu critico. Missum illud est Henrico Schweikero, a secretis ducis Bavariae, a S. Ignatio, 20 Januarii 1556, scriptum, opinamur, manu Philippi Viti; cf. *Monum. Ignat.* ser. 1a, X, 535-536. Agebatur cum duce Alberto de acceptanda capitulatione et mittendis theologis, quae omnia inveniuntur in eodem codice ff. 14 r-15 r. (Haec nos accepta referimus, gratias agentes, P. J. Metzler S. J.).

[2] Ea quae sequuntur, perspicuum est ad quartam partem nunc pertinere; neque vidimus alibi, quartam partem olim vel vocari vel fuisse secundam. Nihilominus fuerunt anno 1541 Constitutiones quaedam (v. t. I pp. 33-48) quarum secunda pars non immerito vocetur constitutio illa, quae appellatur « Fundación de collegio », sive « Para fundar colegios » (ib. pp. 49-65), quacum monumentum hoc plane, quod

Singulis insuper annis eo die quo collegii cuiusque possessio Societati tradita est, solenne sacrum fiet in gratiam fundatoris et benefactorum, et id temporis in eodem collegio quicunque sacerdotes adfuerint, eodem sua referent sacrificia.

Eodem die candela caerea fundatori offeretur aut ei qui ipsi sit cognatione aut n[e]cessitudine proxime coniunctus, aut illi demum quem ipse fundator designauerit: in qu[a] candela erunt insignia fundatoris aut signum quodcunque aliud, quo suam ille deuotionem testari uelit; et nos eam quam ipsi in Domino debemus gratitudinem.

Quamprimum Societas in collegii alicuius possessionem uenerit, praepositus generalis i[u]bebit significari omnibus sacerdotibus ipsius Societatis ubique gentium existentibus, [ut] ter celebrent pro erectore ipsius collegii, precando Dominum ut in optima illum mente confi[r]met, et suis donis semper augeat. Rursus cum ex hac illi uita excesserint, praepositus curabit etiam hoc ad omnia collegia perferri, ut pro illorum salute ter itidem sacrum faciant uniuer[si.]

Eodem charitatis officio omnes se obligari intelligant, qui non sunt sacerdotes; eode[m] enim suas ipsi preces referre tenentur, quo sacerdotes sacrificia sua, pari enim iure utrique obligantur, vt gratam meritorum recordationem in Domino testentur.

Fundatores praeterea collegiorum et qui benefici in ea sunt, participes efficiuntur bonorum omni[um] operum, quae tum in ipsis collegiis, tum in reliqua tota Societate Dei gratia fiunt.

In uniuersum autem Societas nostra semper agnoscet, hanc sibi legem et obligationem ab ipsa charitate erga fundatores collegiorum, et quoscunque alios qui cum ipsis coniuncti sunt, ess[e] impositam, vt nullum iis siue uiuentibus siue mortuis ab ipsa officium et obsequium desit, quod iuxta rationem professionis ipsius expectari ab ea in gloriam Domini possit.

[*Pagg. 2 et 3 albae sunt. In quarta pagina scriptum est alia manu*] Puncta quatenus obligetur Societas JHESV fundatoribus ac benefactoribus suis, etiam absque vllo pacto, aut stipulatione.

Transmissa cum litteris Rdi. Patris Ignatii Generalis 20 Januari a. 56to.

b) Ex quarta parte [1]

47v Cum sucepta pro Christo a nobis viuendi conditio id vnice postulet ne ob spiritualia ministeria, quibus in proximorum gratiam uacamus, quid temporalis mercedis reportemus, minime dignum ea quam diximus condi-

18 *Resecta charta hic et infra pluries*; vel necessitudine *Mc.* — 19 designavit *Mc.* 24-25 ut ter *et* hujus collegii *Mc.* — 31 jure singuli obligantur *Mc.* — 40 professionis ipsius rationem *Mc.*

ad rem pertinet, concordat. Jam vero, scribens Ignatius ad ducem Bavariae die 20 Januarii 1556, eique monumentum mittens, ait, ejusmodi erga fundatores et benefactores officia firma jam rataque fuisse antequam ullum collegium Societati eri-geretur (*Monum. Ignat.* ser. 1a, X, 539). Non adeo mirum esset, quod Ignatius ipse rei antiquitatem notare volens, constitutionem anni 1541 ob oculos haberet. Hoc probabiliter admitti posse videtur; nisi forte censendus sit error librarii in verbo 2a (quod est inter quatuor prima, quae videntur addita posterius) praesertim cum epistola Ignatii una cum monumento missa sit anno 1556, quo tempore pars quarta erat certe eadem quae nunc est. Neque aliter se habet prima editio, ad quam fortasse confugi posse autumabat Braunsberger ad nodum solvendum (*B. Petri Canisii Epistulae et Acta* I, 601 not. 1).

[1] Ex apogr. in cod. *Instit.* 222, ff. 47v et 125v, ejusdem manus temporisque ac textus hispanus Constitutionum hujus codicis (v. ejus descriptionem in t. I pp. CCL sqq.)

tione arbitramur cuiusquam colegii anuum aliquod emolumentum ea lege admittere, vt vel concionatorem vel confessarium vel sacre teologie prelectorem aliquem exibere obligemur. Nam et si equitate ac gratitudine, vt recta ratio exigit, incitamur ad ea quae nostrum decent vite statum diligentius prestanda in iis collegiis quae maiori cum libertate[2] et spiritus feruore incepta constitutaque sunt, eos tamen contractus et pactiones quae nostrae vocationis sinceritatem candoremque imminuunt, pretermittere debemus; ille autem candor in eo maxime videtur versari, vt gratis accepta benefficia gratis etiam conferamus; ad eorum tamen victum qui publico deseruiunt collegiorum bono, et eorum qui, eodem prescripto sibi fine, litterarum studia incumbunt, id emolumenti dotisue accipere licet, quod fundamentum charitas ad Dei gloriam propagandam offerre solet.

125v Sucepta tamen vel a generali preposito vel a Societate academie cuiuspiam prouincia, minime constitucionis predicte scopo repugnabit, si ad ea prelegenda (licet alique sint lectiones theologiae) nos obligari patiamur, que eius academiae probata consuetudo exegerit.

c) Ex parte octava [1]

129r *8ae partis Constitutionum cap. 2*

Occasiones quaedam incidunt ob quas cogi aliquando Societatem necessum est. Sunt autem illae duae praesertim: vna cum erit de electione praepositi generalis agendum, siue eligendus sit qui in demortui locum succedat, siue qui subrogetur alteri praeposito, quem cedere officio propter aliquam causam expediat. Altera est cum deliberare oportebit de rebus magni momenti et perpetuo in Societate duraturis, quales verbi gratia essent, collegia aliqua vel domos tollere aut alio transferre; item obscuras et difficiles controuersias ad vniuersam Societatem spectantes explicare et constituere; praeterea dispicere quemadmodum Societas progrediatur et eam rationem procedendi praescribere, quae ad implendam Domini voluntatem commodissima videatur.

Ex cap. 3o

Non omnes qui sub obedientia Societatis viuunt conuocandi sunt ad generalem conuentum, sed professi dumtaxat; vocari etiam nonnunquam coadiutores aliqui poterunt, si ita expedire in Domino uideatur. Porro ex professis conuocandi non sunt nisi qui commode venire queant; non itaque infirmi et valetudinarii, nec qui in regionibus procul disitis, vt in Indiis, agunt; sed nec illi qui prae manibus negotia habent, quae absque graui

---

51 Nan *ms.* — 52 decet *ms.* — 53-54 libertate spiritus *Ile.* — 55 candoremque *add.* — 72 magni . . . et *add.* — 81-82 ex professis *et* non *add.*, non omnes professi conuocandi sunt sed *Ile. imp.*

Hic textus invenitur in fine capitis secundi quartae partis, sed deletus; deinde hispane in fine capitis septimi partis ejusdem. In f. 47v est constitutio « Cum suscepta pro Christo »; in f. 125r ejus declaratio « Suscepta tamen ». V. *Proleg.* t. II, c. 3, a. 13, pp. LXXXIII sqq.

[2] Nota, translationem hanc aut esse lapsum calami pro *liberalitate*, quod est in vulgata, aut ex hispana voce *libertad* esse natam, quam quidem vocem hoc loco nullibi reperimus.

[1] Ex autographo P. Martini Olave, in cod. *Instit.* 7, ff. 129r-130r.

incommodo deserere non possent. Pendebit autem hoc ex judicio et arbitrio praepositi generalis, si is sit qui conuentum indixerit; in singulis autem prouinciis ex eorum voluntate qui congregati in ipsis prouintiis fuerint vt eligant venturos ad generalem conuentum.

Verum vt certa aliqua ratio in hac congregatione cogenda seruetur, cum conuentus celebrabitur ad eligendum generalem aut ad deliberandum de iis quae ad generalem ipsum spectant, terni ex singulis prouintiis venient, prouintialis videlicet cum duobus aliis qui fuerint ad hanc rem in conuentu prouintiali electi. Qui conuentus prouincialis in singulis prouintiis ante generalem in hunc finem habebitur. Suffragia autem in eo dicent praeter professos omnes qui praesentes affuerint, praepositi omnes domorum et collegiorum rectores et procuratores vel ii quos tanquam vicarios illi ad electionem horum duorum faciendam ipsorum nomine miserint. Itaque tota prouintia his tribus, prouintiali, inquam, et duobus electis, suas vices committet, et quidquid tum ab ipsis tum a conuentu generali constitutum fuerit, ratum habebit. Quod si prouincialis praeter duos electos voluerit alios secum ad conuentum generalem ducere, licebit hoc illi, modo amplius duobus 'non' adiic'iat', ita vt ad summum quinque ex vna prouincia veniant. Eorum autem quos prouincialis addiderit, eadem in conuentu generali ratio habebitur atque aliorum duorum quos prouincia elegerit.

129v *Declaratio in 3um cap.*

In conuentu qui pro electione praepositi generalis cogetur, nullus suffragium aut actiue aut passiue habebit preter eos qui quatuor vota professi sunt.

Quod dicitur venturos prouinciales ad generalem conuentum, interpretandum est cum hoc eis per alia legitima impedimenta licebit. Cum non licebit autem, tres eligentur in capitulo prouinciali, et vnus illorum, quem prouincialis designarit, partes ipsius prouincialis aget.

Etsi manentes in prouincia ne scripto quidem suffragia dicere possint, poterunt illi tamen, cum cognouerint ea quae sunt in conuentu tractanda, explicare scripto sententias suas iis qui nomine prouinciae mittentur; ipsi autem eas in media congregatione recitabunt.

8ae partis Constitutionum cap. 4

Cum ad eligendum nouum praepositum, priore defuncto, conuentura est Societas, vnus ex professis, quem suum in hac parte vicarium ante mortem suam praepositus nominarit, alios de summa rei certiores faciendos curabit. Hic autem vicarius vt in plurimum vnus ex iis erit qui adesse praeposito et iuuare illum sunt soliti, vel certe ex iis qui non procul absint a loco vbi praepositus obierit. Officium vero eius erit conuocare Societatem ad electionem praepositi faciendam, praescribendo tempus et locum, quo conuenire venturi debeant.

---

86 indixerit, aut ex eorum voluntate penes quos haec conuocandi facultas fuerit; in *Ile.* — 88 eligant quos (*?*) mittendos *Ile.* — 95 *Secundum* omnes *add.* — 2 electionem . . . faciendam *add.*, dicenda suffragia *Ile.* — 6-7 non *et* adiiciat *add.*, modo non possit amplius duobus adiicere *Ile.* — 12-13 eos . . . sunt *add.*, professos quatuor votorum *Ile.* — 20 sententias suas *add.*, *seq.* poterunt *add. et obl.*; mittentur, id quod in Domino censuerint conducere toti congregationi posse *Ile.* — 27 absit *Ile.* — 28 Societatem prescri, *imp. v.*, *Ile.* — 30 venturi *add.*, omnes *Ile.*

Cum conuentus pro electione generalis habebitur, peracta electione, poterit de rebus aliis grauibus et quae accuratam disquisitionem desiderant, inter eos qui conuenerint, agi.

Declaratio in idem cap.

Si generalis neminem apud se professum habuerit, eamque ob causam aliquem ex iis qui vicini sunt, vicarium nominauerit, eadem erit ratio. Verum si morte praeventus aut morbo oppressus, qui mortis quoad huiusmodi actiones instar habeat, neminem declararit vicarium; professi qui apud eum erunt, quamuis non sint in eadem vrbe, sed in locis vicinis, eligent pluribus suffragiis vnum. Cum autem praepositus ipse nominauerit aliquem ex vicinis absentibus, aut etiam cum neminem nominauerit, is qui praecipuum gerit ministerium in ea domo, vbi generalis obierit, primo quoque tempore vicinos professos admonendos curabit, vt conueniant, vel ad cognoscendum nominatum vicarium, vel ad eligendum nouum aliquem, quemadmodum supra dictum est, qui tantisper dum alius generalis eligitur, vices generalis gerat.

130r *8ae partis Constitutionum cap. 5*

Locus quo conueniet Societas pro generalis electione, conuenientissimus fere erit, vt apparet, curia summi pontificis, vbi plurimum erit ipsius generalis residentia; nisi Societas ex composito statueret conueniendum esse in alium locum qui commodior omnibus futurus esset, vt si quis esset verbi gratia in confinio diuersarum prouinciarum ac regionum, in quibus manet Societas.

Porro spatium quod cogendae Societati tribuetur, vbi erit de eligendo generali agendum, quinque aut sex mensium erit a tempore cum literae, quae de hac re admonebunt, mittentur. Prorogari tamen tempus hoc poterit, cum necessitas postulabit.

Ratio quae in congreganda Societate seruabitur, haec erit: vt ille, cuius est hoc munus, confestim variis viis certiores faciat prouinciales, et si qui alii particulares professi conuocandi essent, ascribens causam, locum et tempus conuentus habendi, admonens quoque vt vbique missae celebrentur et orationes fiant pro felici praepositi electione. Vnusquisque autem prouincialium conuocabit professos qui sunt in ipsius prouincia, rectores quoque ac locales praepositos, qui venire commode possint.

Vbi vero ad conuentum prouincialem peruenerint qui desiderantur, eligent pluribus suffragiis (prouincialis sententia pro duobus sufragiis numerata) eos qui ad generalem conuentum mittuntur. Ii autem erunt eiusmodi quos magis deceat ei conuentui interesse, et quorum absentia minus detrimenti sit allatura. Ipsi vero prouinciales vna cum aliis electis quamprimum poterunt ad constitutum locum proficiscentur, relinquentes in sua quisque prouincia vicarium aliquem et res omnes compositas beneque constitutas.

Curabunt praeterea superiores, vt quicumque Societatis ductu reguntur, in quotidianis sacrificiis et orationibus meminerint in primis eorum

---

32 desiderant si quae *Ile.* — 41 aut etiam *add.*, et *Ile.* — 44 aliquem ea ratione *Ile.* — 56-57 Prorogari . . . poterit *add.*, Ita tamen vt tempus prorogari possit *Ile.* — 69 *Ante* Ipsi *est* Quamprimum au, *imp. v., obl.* — 70 in qua *ms.* — 73 superiore (?) *ms.*

qui ad generalem conuentum proficiscuntur, praecantes Dominum vt quid- 75
quid in ea congregatione transigetur, ad diuini nominis, vt par est, laudem et gloriam referatur.

3

Emendata congregationis quartae generalis

Duobus monumentis haec emendata continentur. Primum est folium insertum initio codicis *C*, nudatum quidem signis externis auctoritatis publicae, auctoritate tamen publica suo modo donatum, non solum quia exemplo *C* insertum est, sed maxime, quia omnia emendata primum in eo ipso hispano exemplo auctoritate congregationis primae approbato, deinde in omnibus impressis cura publicae auctoritatis editis cum latinis tum hispanis, admissa sunt. Alterum est index quidam inter acta ipsa congregationis, munitus sigillo Societatis atque ab hujus secretario Laurentio Magio subsignatus.

De his emendatis, quatenus textum hispanum respicientibus, egimus in Prolegomenis tomi secundi[1]; emendatorum vero omnium historiam invenies in Prolegomenis hujus tomi tertii, ubi de quarta editione Constitutionum prelo emissa loquimur (pp. LXXI sqq.).

Jam si folium illud cum hoc indice comparabis, omnia et singula illic annotata, hic etiam invenies.

At forte existimabis, alia duo ex hoc indice potuisse in illud folium, ac proinde in textum hispanum assumi. Nam in *Exam.* I, 3, posuit congregatio quarta «dari solent» pro «dari solet» (p. 3 l. 38), intactum relinquens numerum singularem in hispano «se suele dar». Id tamen optimo consilio fecit, cum locutio hispana impersonalis activa sit, non passiva, ut est latina, unde latina locutio pluralis clarior, hispana singularis nullo modo obscura. Alterum est in *Exam.* VI, A, cui index congregationis quartae, inter «Menda in autographo, quod approbatum est a 1ª congregatione» primum locum assignat: «Ubi latinus codex habet: quando non faciunt quod debent [*p. 35 ll. 75-76*], legatur in Autographo: quando no hazen su deuer, ut est in exemplari hispanico manu propria P. N. Ignatii emendato, et ut correxit I congregatio titulo 2, decreto 9». Locus hic neque est in folio inserto codici *C*, authentico primae congregationis, ubi etiamnum id legimus, quod ex mandato congregationis quartae tollendum erat; fortasse quia textus publicus seu officialis, qui latinus est, inde a secunda editione, facta sub S. Francisco Borgia, collaborantibus Polanco, Ribadeneyra et Nadal, rectam lectionem amplexus est. Manet tamen illud incommodi, quod textus hispanus et latinus inter se discrepant; cumque translatio latina recte se habeat, illi incommodo medendum erit restituta lectione pristina textus hispani[2].

Jam ad ipsum congregationis quartae indicem accedimus. Index ille lectus est in actione XXIIII, habita die 21 Aprilis 1582[3].

Modus loquendi, qui est in decreto 50 (quod v. in *Proleg.* c. 5, a. 4. § 1, p. LXXII) a modo qui est in indice ipso aliquantulum discrepat. Hic enim ait «Haec praecipua sunt» caetera; decretum autem «ea omnia quae in Constitutionum versione corrigenda erant, lecta» esse «in Congregatione et approbata». Sed cum in decreto eodem paulo ante dicatur de locis eisdem «nonnulla loca» esse lecta, intelligimus, judicasse congregationem ea quidem omnia quae praecipua sint, esse corrigenda, eaque omnia esse lecta, alia tamen superesse, quae utiliter corrigerentur.

Jam vero tam in quarta, quam in praecedentibus congregationibus agitur semper de translatione latina secundum Autographum hispanicum S. P. N. emendanda. Attamen, id quod fere necessarium erat, varii generis

---

[1] In c. 3, a. 11, p. LXXXI.
[2] V. *Proleg.* t. II, c. 2, a. 4, p. XLII, et sup., p. 35 not. 7.
[3] *Acta Cong. I-VIII* f. 110v.

emendata illata sunt, et in indice ipso praeter illa « Quae desunt in versione latina, ex Autographo » et « Expungenda ex versione latina quia non sunt in Autographo »; emendantur « Soloecismi », imo notantur « Menda in Autographo quod approbatum est a prima congregatione ».

Emendata vero illa, quorum norma non erat proprie textus hispanus, saepius ad hunc magis accedunt, rarius magis recedunt, alias neque accedunt neque recedunt, sed latinitatem puriorem efficiunt. Ita contigit soloecismis quibusdam sublatis, quando ponitur *earum* pro *eorum*, refertur enim ad genitivum *causarum* (*Const.* II, 2, 1, p. 65 l. 5); *Missarum sacrificiis et sacramentorum administratione*, omissa praepositione *in* (VII, 4, 4 et 5 p. 212 l. 24 et p. 213 l. 36); *domum* et *universitatem* pro *domus* et *universitas*, in propositione « utrum huiusmodi domus... vel vniversitas relinqui an teneri expediat » (IX, 3, 17, p. 254 ll. 68-69).

Caeterum loci a congregatione notati, omnes praeter unum vel duos emendati sunt in quarta editione, utique ubi opus erat, nam nonnulli emendati jam erant in tertia. Unum locum remansisse immutatum, notavit aliquis in fine apographi, quod est in codice *De Instituto vol. I*, monum. 20, his verbis: « Nota — Quod in editionibus post 4 congregationem factis locus ille de quo supra ar. 7, cap. 3, 2, non est correctus; forte quia deinde, re maturius considerata, deprehensum est, correctione non indigere ». Vide superius quae de emendatis Emmanuelis Rodríguez diximus (p. LXXIII et LXXXI-LXXXIV).

Locus hic (*Const.* VII, 3, 2, p. 211 ll. 17-18) imprimis, ut nunc se habet, re differt hispane et latine. Hispane enim habet: « se han dicho en la quarta parte principal y se dirán en el capítulo siguiente y euitará asímesmo lo que allí[4] se dize »: latine vero: « in quarta parte capite octavo dictis... atque etiam quod in sexta parte devitandum dicitur ». Utramque locutionem emendandam censuit congregatio quarta, jussitque dici primum « in sexta parte, capite tertio » pro « in quarta parte, capite octavo », deinde « illic » pro « in sexta parte ». At neutra mutata est, sed retenta ut jam erat in editionibus tertia et secunda. Haec autem ita correxerat primam, ut priorem locutionem « in sexta parte » mutaret in illam « in quarta parte, capite octavo » et pro adverbio *ibi*, quod certe significabat sextam partem, poneret « in sexta parte »[5].

Concordia inter hispanum et latinum textum haberetur, si pro adverbio *allí* poneretur « en la sexta parte », id quod proprie postulat sententia Autographi emendati, nam illud *allí* significat partem sextam.

Alter locus notatus a congregatione, nec tamen mutatus in quarta editione, est e numero eorum, quos expungendos notat congregatio « quia non sunt in autographo », (*Const.* V, 1, 3, p. 163). Ait congregatio: « 5. p. c. 1. § 3. Si ad professionem est admittendus. Si redundat ». Hoc loco est error scribae, nisi forte ipse annotator, brevitatem consectans, obscurus est factus. Nam particula illa *si* invenitur non solum in tribus primis editionibus, sed etiam in quarta et in posteris omnibus, estque omnino necessaria, id quod legenti quartam editionem aliamve quamcumque ex sequentibus, patet. Quaerenda igitur est explicatio e tribus primis, in quibus bis reperitur particula *si*: semel initio post particulam *Sed*, iterum ante verba *ad Professionem*, sicut in caeteris; hispane autem nullum est *si*, quia nempe est diversa constructio. Quod si latine legimus « Sed si qui... si ad professionem », tunc alterutra particula superest, atque hoc voluisse dicere videtur annotator; nempe, est in prioribus editionibus « Sed siquis »; pro *quis* ponatur *qui*, et tollatur particula *si* ». Patet enim duplicem hanc mutationem hic esse factam; una tantum esset, sola particula *si* sublata. At si lectionem primarum trium editionum attente relegimus, optimam sententiam (salvo meliore judicio) et sibi grammatice constantem, repetita particula *si*, reperiemus. Habent enim editiones illae non « Sed si qui », at « Sed siquis », ut modo diximus, quod est « Sed si aliquis ». Jam vero, hac constructione adhibita, suum quaeque particula verbum habebat: « Si quis diu probatus fuisset, antequam ad studia mitteretur vel in eisdem, post

---

[4] Hoc *allí-illic*, sive referas ad partem quartam, sive ad caput quartum septimae partis, et discordat a textu latino et caret sensu, cum in neutro loco agatur de iis a quibus abstinere debent socii, quod est proprium argumentum capitis tertii sextae partis.

[5] V. locum in t. II pp. 594 et 595 cum variatis textus *B*. Alia animadvertit La Torre in hunc locum, discordiam omisit, *Matr.* p. 220, not. 1 et 2; p. 221, not. (a)

illa absoluta, si ad professionem est admittendus, integrum adhuc probationis annum habebit ».

In reliquis emendatis nihil est notandum praeter pauca quaedam ipsi monumento subjecta.

a) [1]

IN CONSTITUTIONUM AUTOGRAPHO HAEC CORRIGENDA SUNT IUXTA CORRECTIONES 4ae CONGREGATIONIS [2]

Examen, cap. 5. Verba illa « Para maior humildad etc. », quae in modum tituli posita sunt, non sunt legenda per se ut titulus sequentium, sed sunt adjungenda textui, ut in editione latina correctum est [3].

Parte 4, cap. 3, § 2, ibi « en la 2ª parte dichos », lege « en la 1ª parte dichos », sicut in uersione latina correctum est.

Parte 4, c. 4, in Declarationibus, littera B, uerba illa « como está dicho » delenda sunt, sicut in latina deleta sunt.

Parte 5, c. 4, in Declarationibus, littera H, ibi « en tres fiestas », lege « en dos fiestas », ut correctum est in latina.

Parte 7, cap. 2. Declarationes I, K, transferantur, ita ut ea quae est in litera I ponatur in litera K, et uice uersa, ut correctum est in latina editione.

Parte 7, c. 3, § 2, ibi, « en la sexta parte », lege « en la 4ª parte », ut legitur in latina.

Parte 8, c. 1. In Declarationibus, litera B, ibi « en la 2ª y 5ª parte », lege « en la 1ª y 5ª parte », sicut correctum est in latina.

Parte 9, c. 6, § 4, ibi « en la 7 parte », lege « en la 6 parte », ut legitur in latina.

b) [1]

128v HAEC PRAECIPUA SUNT EORUM QUAE DEPUTATI IN EXAMINE ET CONSTITUTIONIBUS ANIMADUERSIONE DIGNA IUDICARUNT

Soloecismi

Exam. c. 4. § 44. Quandoquidem illas ipse propter etc., lege, Quandoquidem illa ipse etc., supple uestes et insignia.

P. 1, c. 2, § 11. Quibus ferre possit, etc., lege, possint, scilicet qui admittuntur. Hispane puedan.

2 p., c. 2, § 1. Quattuor eorum genera, lege, earum, scilicet causarum.

---

5 factum est *Ilc.* — 8 *Post* 4 *seq.* litt. B *obl.*

---

[1] Ex autographo Emmanuelis Rodríguez in folio addito initio codicis *C*. Editum est in *Matr.* p. VIII not. 1, et in editione phototypica Constitutionum, p. XII sub titulo *Erratas*.

[2] *Acta cong.* I-VIII, ff. 128v-129r.

[3] Editio seu versio latina, cujus hae notationes meminerunt, est editio tertia, cui soli conveniunt quae in Examine et in partibus Constitutionum quarta, quinta et octava corrigenda dicuntur; quae de septima dicuntur, eodem modo se habent in editionibus tertia et secunda.

[1] Ex authentico exemplo in cod. *Acta Cong. Gen.* I-VIII, ff. 128v-129r. Exstat apographum in cod. *De Instituto* vol. I, n. 20; in hoc tamen apogr. sunt ordinatae emendationes, secundum ordinem Examinis et Constitutionum; hoc etiam ordine sunt impressae typis, quarum exemplar unum, duobus foliis seu quatuor paginis constans, agglutinatum est in fine cujusdam exemplaris editionis tertiae Constitutionum, *Instit. I, 59*, in Archivo S. J. Romae.

3 p., c. 1, § 9. Applicari debeat, lege, debeant, scilicet bona.
6 p., c. 2, H. Subsint eius dispositioni, lege, eorum, scilicet scholasticorum.
6 p., c. 3, § 7 Suos habeant procuratores, lege, suum habeant procuratorem. Hispane Tengan su procurador; et postea sequitur idem procurator.
7 p., c. 4, § 4. In missarum etiam sacrificiis, lege, Missarum etiam sacrificiis. Similiter praepositio in delenda est § 5, vbi ait in sacramentorum administratione etc.
9 p., c. 3, § 17 Vtrum huiusmodi domus etc., lege, vtrum huiusmodi domum, collegium, uel vniuersitatem etc.
9 p., c. 6, § 10 Ex eorum multitudine, lege, ex earum multitudine, scilicet rerum.
10 p., § 2 Haec enim interiora sunt, lege, illa enim etc., ut patet ex hispano.

Menda in Autographo, quod approbatum est a 1ª congregatione

Examen c. 6, A. Vbi latinus codex habet: quando non faciunt quod debent: legatur in Autographo: quando no hazen su deuer, vt est in exemplari hispanico manu propria P. N. Ignatii emendato, et ut correxit 1 congregatio titulo 2, decreto 9[2].
4 p., c. 3, § 2. In 2 p. dictis, lege, in pª parte dictis, ut emendatum est a P. N. Euerardo[3].
c. 4, B. Parenthesis illa (ut dictum est), tollenda est et ex latino et ex Autographo, quia refertur ad id quod iam in textu deletum est, ut patet[4].
5 p., c. 4, H. In tribus enim festis, hispane, que en tres fiestas, lege in duobus enim festis, ut est emendatum a P. Euerardo et a definitoribus.
7 p., c. 2,1, K. Declaratio quae est in littera J ponatur in littera K et uice uersa.
8 p., c. 1, B. In 2ª parte, lege, in pª parte, ut emendatum est in noua editione latina[5].
9 p., c. 6, § 4. In 6ª parte, ita legendum est, cum tamen in Autographo legatur in 7ª parte.

Quae desunt in uersione latina, ex Autographo

Examen. c. 1, § 7. In fine deest, de qua dicetur, hispane que se dirá.
5 p., c. 2, C. Sufficientiam, adde, in litteris, hispane, suficiencia en letras.
4 p., c. 10, J. In fine deest, et cetera, quod est in autographo, et ad sensum pertinet.

---

36 § 1 *ms.* — 52 illa tollend, *imp. v., pr.* — 66 sufficientia *ms.*

---

[2] V. sup. p. 35 not. 7.
[3] Subintellige semper in tertia editione, nisi aliter notetur.
[4] Quod in textu deletum hic dicitur, legi potest in apparatu critico textus hispani *B*, t. II, p. 410, post l. 54.
[5] V. t. II p. 606 l. 55 cum variatis sub *B*.

Expungenda ex uersione latina, quia non sunt in Autographo

5 p., c. 1, § 3. Si ad professionem est admittendus, Si, redundat.
6 p., c. 1, § 1. Studio celeriter obediendi.
c. 2, A. Vel quidquam aget.
8 p., c. 1, B. Vt his locis traditur.
9 p., c. 4, § 4. Quam maxime.
c. 6, § 3. Quoad eius fieri poterit.
§ 6. Tamque idoneos. Ibid., se habere experietur.

Omnia ista redundant.

Ambigua in uersione latina

In Exam. c. 4, § 32, et 3 p., c. 1, § 17 et c. 2, G, Pro infirmorum praefecto, lege infirmario.

Versio diuersa

Examen c. 1, § 3. Quae ad compensationem hujusmodi ministeriorum dari solet, lege solent, refertur enim ad utrumque, id est, ad stipendium et eleemosinam, ut ex hispano intelligitur.

c. 4, § 26. Cogitet fore, lege, sibi persuadeat, ut emendauit P. Euerardus in Summario Constitutionum, hispane persuadiéndose [6].

c. 5, § 8. Titulus ille, ad maiorem humilitatem etc., non est per se ponendus, sed adiungendus textui, ut in prima uersione [7].

c. 7, § 1. Cum experimentis et probationibus etc., lege, Experimentis et probationibus praedictis absolutis, si scholastici uoluerint studere in collegiis uel domibus Societatis, ut in eis in Domino sustententur, si Societas etc. Hispane, passando los escolares por las experiencias y probaciones dichas, si tuuieren por bien estudiar **129r** en los collegios o casas de la Compañía para ser sustentados en ellas en el Señor etc.

§ 2. Vt in eruditos uiros euadant, lege, vt in litteris proficiant, hispane, para salir con las letras.

1 p., c. 4, G. Minus necesse sit etc., lege, minus necesse sit eam diligentiam adhibere, quae adhiberi solet ad cognoscendos et stabiliendos eos qui admittuntur ad probationem.

2 p., c. 2, B. In ministerio Societatis, lege in obsequio Societatis. Hispane en el seruicio de la Compañía; ita placuit definitoribus.

4 p., c. 10, § 7 Cui rerum spiritualium cura sit, lege, qui rebus spiritualibus superintendat; et quia ita est in hispano, et quia in declaratione habetur in littera G, superintendens dictus.

---

[6] Summarium Constitutionum edidit Mercurianus anno 1580, Romae, in Collegio ejusdem Societatis; editio tertia (a. 1577) nondum emendata erat.
[7] Intellige primam editionem.

7 p., c. 3, § 2. In 4 p., c. 8, lege in 6 p., c. 3, et ubi legitur statim, in 6 p., dele, et lege, illic [8].

8 p., c. 6, C. In locis congregationis, lege, in loco inclusionis. Hispane, en el encerramiento.

c. 7, § 2. Postquam dixerint sententiam suam, lege, postquam proposuerint. Hispane, quando uuiere dicho.

9 p., c. 5, § 4. Et accusatio dilucide explicetur, qua audita praepositus foras egredi debebit, lege et accusatio dilucide explicetur et postquam auditus fuerit praepositus, foras egredi debebit.

Quae uidentur congregationi proponenda

8 p., c. 6, § 6. Qui primus eum nominauit, lege, qui prius eum nominauit. Ita est etiam in hispano [9].

Omnia hactenus scripta sic se habent, in quorum fidem ea manu propria subscripsi, et iuxta 74 § formulae generalis congregationis, sigillo Societatis communiui.

LAURENTIUS MAGIUS secretarius
praedictae 4ae congregationis generalis

[*Manet integrum sigillum praepositi Societatis Jesu.*]

4

Facultas Constitutionum prelo edendarum [1]

Continetur illa facultas in monumento dato a cardinali Alexandrino. Pauca quae de illo dicenda erant, vide in *Proleg.*, c. 5, a. 1, p. LXV.

Nos, Michaël Gisilerius [*sic*], diuina miseratione, tituli S.tae Mariae super Mineruam S. R. E. praesbiter cardinalis Alexandrinus nuncupatus, ac contra haereticam prauitatem a S.mo in Christo Patre et D. N. D. Paulo diuina prouidentia papa quarto ac sede apostolica suppremus inquisitor specialiter deputatus, fidem facimus et attestamur, quod praeposito generali Societatis Jesu licentiam ac facultatem ut imprimi faceret suas Constitutiones, regulas et ordinationes in prelo suo domestico (quod ad usum ipsiusmet Societatis, et non ut hujusmodi scripta impressa uenderentur, petierat) concessimus. In cuius testimonium has patentes literas manu nostra subscriptas ac sigillo nostro consueto obsignatas dedimus. Romae

---

[8] De hac mutatione, quae in nulla editione facta est, cf. p. 291.
[9] V. annot. 3 p. 236.
[1] Ex originali in « Fondo Gesuitico, Piazza del Gesù, 45, *Miscellanea*, cart. N. 1, num.° 676, fasc. 1, Privilegi e facoltà, sec. XVI ». Romae. Est apogr. in cod. *Instit. 222*, f. 284r et v. In eodem codice (f. 281v) fit hujus facultatis mentio his verbis: « Praeterea ut suas Constitutiones, regulas ac huiusmodi imprimant sine alia ostensione uel approbatione speciali, in usum tamen nostrae Societatis, et non ut huiusmodi scripta impressa vendantur, idque in prelo suo domestico. Ultima die Martii 1559. Et de hoc extat scriptum [scriptura *pr.*] eiusdem R.mi ».

in sacro palatio apostolico, anno Domini M. D. LVIIII, vltima die mensis Martii, praefati Patris ac S.mi Dni. Nri. Pauli papae quarti anno quarto.

[*Autographum*] F. M. G. Cardinalis Alexandrinus.

[*Sigillum*]

Joanes Mathaeus Robertus, secretarius.

In dorso rubrica quaedam; tum ult. Martij 1559. Licentia de stampar nostre Constitutioni et Regole; *alia manu* vltimo Martii 1559. Cardinalis Alexandrinus. *Signum archivi* D. XX 14.

INDEX PERSONARUM, RERUM, LOCORUM

N. B. - 1. Post *Exam.* numerus primus (romanus) indicat caput, sequentes, (arabici, unus vel plures) paragraphos. Loci qui non dicuntur esse *Examinis*, sunt Constitutionum, et ita indicantur, ut numerus primus (romanus) significet partem, secundus, seu primus arabicus, caput, reliqui (unus pluresve) paragraphos; in parte X (quae capita non habet) numeri arabici semper significant paragraphos. Litterae, tam in Examine quam in Constitutionibus significant Declarationes.

2. Index Constitutionum sumptus est maxima ex parte ex editione romana Constitutionum anni 1908; quem tamen interdum breviorem fecimus vel emendavimus, multisque locis complevimus, non solum (id quod necesse erat) additis rebus Prolegomenon, Appendicum et annotationum nostrarum, sed etiam non paucis ad ipsas Constitutiones pertinentibus.

A

Abdicatio, quo tempore teneantur promittere se eam facturos, *Exam.* IV, 2, p. 15; quo item optandum erat, ut se quisque bonis suis abdicaret, *Exam.* IV, 1, p. 15; quo teneantur omnes id facere, *Const.* III, 1, 7, 25, pp. 79 et 91; quid sit abdicare se quemque bonorum suorum possessione, III, 1, 7 et F, p. 79; v. Bona particularium.

Abnegatio, impensius studium nostrum debet esse in nostri abnegatione, *Exam.* IV, 46, p. 29; *Const.* III, 1, 27, p. 92; ejus necessitas ad perfectionem, III, 1, 23, 27, pp. 90, 92; requiritur in nostris abnegatio sui in iis, a quibus sensus abhorret, *Exam.* IV, 28, p. 24; ad litterarum studia, *Const.* IV, prooem., A, p. 100; quibus sit difficilior, ib.; voluntatis et judicii, III, 1, 23, p. 90; VI, 1, 1, p. 174; universi amoris sensualis, V, 2, 1, p. 164; item in iis, quae ad corpus pertinent, III, 2, 3, p. 94; quam saepe de ea tractandum, III, 1, 21, p. 88; supponitur ut fundamentum in iis qui educuntur e novitiatu ad studia, IV, prooem., p. 99; et in admittendis ad professionem, V, 2, 1, p. 164; X, 7, p. 275; et ad vota coadjutorum temporalium, *Exam.* VI. 6, p. 33.

Absentia praepositi generalis ab urbe Roma, quatenus liceat, VIII, 1, 7, H, p. 223.

Absolutio, absolutionum formulas minus usitatas habere debet confessarius, IV, 8, D, p. 133; a censuris in loco electionis, VIII, 6, 6 et E, pp. 235, 237.

Abstinentia, ne sit immoderata nec indiscreta, III, 2, 5, p. 96.

Actus, scholastici debent habere suos actus, cum privatos, IV, 6, 10-12, pp. 123-125, tum publicos, ib. 6, 17, p. 127; ante eos debent examinari a cancellario, IV, 17, 2, p. 157; quot anni studiorum ad eos requirantur, IV, 15, 2, B et 3, pp. 152-153.

Administratio, universa est penes Generalem, IV, 2, 5, C, p. 106; 10, 2, p. 136; etiam universitatum, IX, 3, 4, p. 240; per quos eam exerceat

generalis in collegiis et universitatibus, IV, 2, 5, p. 106; IX, 3, 3, 4, p. 249; a quibus rationem exigat, IX, 3, 15, p. 253.
Admittere in Societatem, admittendi facultas est in Generali, etiam per alium, I, 1, 1, p. 44; IX, 3, 1, p. 247; isque eam communicat ut vult, ib.; in admittendo necessarius est delectus, I, 1, 3, p. 45; 2, 1, p. 47; 4, 2, p. 58; X, 7, p. 275; et desiderium moderatum, I, 1, 4, p. 45; ita tamen ne desimus vocationi divinae, ib., C, p. 46; cavendum a particulari affectu, I, 1, 4, p. 45; 3, 16, p. 55; mensuram tenendam docet unctio, I, 2, 13, p. 50; qui habet officium admittendi debet habere apud se examinatorem, I, 1, 3, p. 45; uterque qualis esse debeat, ib., 4, p. 45; in admittendis examinanda est vocatio et dotes, I, 1, 3, p. 45; dotes quae sint, I, 2, 6, sqq., p. 49; IV, 3, 2, p. 109; cur admittantur juvenes, et quales esse debeant, IV, prooem., A, p. 100; inutiles et difficiles non debent admitti, etiamsi ipsis esset utile, I, 2, 4, p. 48; nec quorum parentes sunt in necessitate extrema et praesente, *Exam.* III, B, p. 11; nemo admittatur, quin statuerit vivere et mori in Societate, *Const.* I, 4, 3, p. 57; nisi forte ad triduum ut hospes, ib., B, p. 57; admittendi valde cognosci debent, I, 1, 3, p. 45; 4, 1, 2, 3, pp. 56, 57; alioquin differendi, ib., 3, p. 57; nisi peculiares ob causas, ib., C, p. 58; qui motus esset a nostris in Societatem, quando debeat differri, *Exam.* III, 14, p. 14; admittendorum quatuor classes, *Exam.* I, 7 sqq., pp. 4-7; quis dispenset cum admittendis non habentibus requisita et quo pacto, *Const.* I, 2, C, pp. 44, 46; I, 3, H, K, pp. 53, 55; ut quis in corpus Societatis admittatur, longa probatione opus est, I, 4, 1, p. 56; V, 2, 1, p. 164; num admittendi in coadjutores temporales ii, qui ad studia aut sacerdotium affecti sunt, I, 2, B, p. 48; num admittendi, qui sponte redeunt, et quid ii agere debeant, II, 4, 1, p. 72; admissionis impedimenta, v. Impedimenta; admittere in corpus Societatis, v. Coadjutores, Professi, Scholastici.
Admonitor, generalis et reliqui praepositi habeant admonitorem, IX, 4, 4, p. 255; ejus dotes, officium, electio, ib.
Adriani, Adrianus, S. J., v. Hadriani, H.
Adspirantes, v. Admittere in Societatem.
Adversarii Societatis, pro eis orandum et nobis conciliandi, X, 11, p. 277.
Aedificatio, semper ante oculos habenda, *Exam.* IV, 41, 1, p. 28; *Const.* I, 3 litt. I, L, pp. 54, 55; II, 3, 10, p. 71; III, 1, 9, 15, N, pp. 75, 80, 84; VI, 2, 16, p. 187; VII, 2, G, p. 208; 4, 6, p. 214; procuranda verbis bonis, sed magis operibus, VII, 4, 2, p. 212; etiam ab aegrotis, *Exam.* IV, 32, p. 25; *Const.* III, 1, 17, p. 85; et a morientibus, VI, 4, 1, p. 192; species exterior aedificationi esse solet; I, 2, 3, pp. 44-45.
Aedificia, aedificanda Collegia et Domus in aëre salubri, X, C, p. 278; aedificiorum cura pertinet ad rectores, IV, 2, 5, p. 106; IX, 3, 3, p. 249.
Aedituus, v. Sacrista.
Aegritudo, aegroti, v. Infirmi.
Aemulatio, fovenda in scholasticis, IV, 6, L, p. 125.
Aes alienum, v. Debita.
Aetas, nimis tenera, aut provecta est impedimentum secundarium ad Societatem, I, 3, 15, p. 54; tenera est infra quatuordecim annos, I, 2, 12, p. 49; 3, K, p. 55; ad professionem, I, 2, 12, p. 40; 3, K, 55; in generali debet esse nec valde senilis, nec valde juvenilis, IX, 2, B, p. 246.
Aethiopiae patriarcham, e Societate assumptum, visitari posse ab aliquo de S. J., 274-275; vivae vocis ora-

culo data facultas inquirendi provinciali Indiae Portugaliae, in Addendis pp. 274-275.
Affectus, propinquorum ordinandus, *Exam.* IV, 2, 7, pp. 15, 18; inordinatus periculum affert errandi in judicio, ib., 3, p. 16; pravi incorrigibiles excludunt a Societate, *Const.* I, 3, 9, p. 54; II, 2, 2, p. 65; humani incalescunt refrigescente spiritu, VI, 3, 1, p. 187; in generali debent esse mortificati, IX, 2, 3, p. 245.
Agathon, Fr., superior generalis Fratrum Scholarum Christianarum, XCIX.
« Aggregati » Ordinis Somaschae, XCV-XCVI.
Aguado, Aloysius, typographus, CXLI.
Aguilar, marchio de, legatus Caroli V, 274.
Ahrweiler, opp. Germaniae, CX.
Aicardo, Josephus Emmanuel, S. J., script., 69, 195, 199, 215.
Alarcón, García de, S. J., LXXI.
